BIBLIOTHECA GRAECA

VIRORUM DOCTORUM OPERA RECOGNITA

ET

COMMENTARIIS INSTRUCTA

CURANTIBUS

FRIDERICO IACOBS

ET

VAL. CHR. FR. ROST.

A.

POETARUM

VOL. XII.

CONTINENS

EURIPIDIS TRAGOEDIARUM VOL. II.

ED.

AUG. IUL. EDM. PFLUGK,
GYMNASII GEDANENSIS PROFESSOR.

GOTHAE ET ERFORDIAE MDCCCLIX.
SUMPTIBUS HENNINGS.
LONDINI APUD DAV. NUTT 270, STRAND.

EURIPIDIS

TRAGOEDIAE.

RECENSUIT ET COMMENTARIIS INSTRUXIT

AUG. IUL. EDM. PFLUGK,
GYMNASII GEDANENSIS PROFESSOR.

VOL. II. SECT. I.

CONTINENS

HELENAM.

EDITIO ALTERA,

QUAM CURAVIT

REINHOLDUS KLOTZ.

GOTHAE ET ERFORDIAE MDCCCLIX.
SUMPTIBUS HENNINGS.
LONDINI APUD DAV. NUTT. 270. STRAND.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

Ε Λ Ε Ν Η.

PROOEMIUM.

Helena Euripidis argumentum habet tam diversum a vulgaribus fabulis, ut id quo auctore in scaenam poeta induxerit, omnium primum a doctis hominibus quaesitum sit. Quorum industria tametsi sic est in hoc negotio versata, vix ut ullus nostrae diligentiae locus relictus esse videatur: tamen, quoniam quae ab his disputata sunt eruditum lectorem, non tironem requirunt, non omittendum putavimus, quin eadem nostro more explicaremus et relaxata paullulum ista brevitate scriberemus quae facilius iucundiusque legerentur ab iis, qui studii plus quam doctrinae ad cognoscendum Euripidem adferrent.

Veniat igitur princeps in medium Homerus: quem hoc loco placuit producere, quod et primus de Helenae Menelaique rebus memoriae prodidit et vel praecipuus auctor habendus est earum rerum, quae communi fama et velut publica fide ferebantur. Is igitur Helenam tradit Iovis et Ledae filiam fuisse, conf. Mueller. de cyclo p. 86., quam in matrimonio Menelai agentem raptum venisse Paridem, Priami filium, classe a Phereclo vel ab Harmonide aedificata, Iliad. ε, 59. coll. adnot. ad Helen. 229. Impositam navibus et simul cum magnis opibus avectam in Cranaë insula primum in novi iura mariti cessisse, Il. γ. 443. Inde Paridem non qua cursus fuit brevissimus Troiam repetisse, sed actum erroribus Sidonem appulisse, Il. ζ. 290., uxorem autem

Helenam habuisse viginti fere annis, Il. ω, 765. Post mortem Paridis sunt qui Deiphobo eam nupsisse tradant, v. Heynii Excurs. XII. ad Verg. L. II. Aeneidos; cuius rei non prorsus ignarum Homerum fuisse colligas ex duobus Odysseae locis, δ, 276. ϑ, 517. Post captam urbem orta inter duces discordia pars cum Agamemnone remansit, ut Minervae iram expiarent; pars cum Nestore et Menelao domum petiit, Odyss. γ, 117 sq. Sed Menelai navigatio prope Sunium Atticae promontorium interpellata est obitu et funere gubernatoris: quo perfecto quum ad Maleam accessisset, tempestate deiectus naufragiumque passus est ad Cretam. Unde quinque navibus receptis circa multos populos vagatus in Aegyptum denique pervenit. Ibi hospitio usus est Polybi Thebani et Thonis, multisque et ipse et Helena muneribus ornati sunt. Mox in Pharo insula ventis iniquis detentus Protei monitu Aegyptum repetiit sacrificiorum causa persolvendorum; postremo placatis deis anno octavo in patriam rediit. Odyss. γ, 276 — 312. δ, 81. 125. 227. 351 — 586.

Ab hac Homeri narratione quantum discrepet Euripides, e prologo fabulae cognoscere licet. In quo quae scripta sunt vv. 36 — 41. de Iovis consilio causisque conflati belli Troiani, hisque similia in Oreste v. 1638., in Electra v. 1280., in fragm. inc. trag. 100., a Stasino sumpsit, seu quis alius fuit qui Cypria scripsit, carmen epicum, de cuius argumento memoriae prodidit Proclus in Chrestomathia, versus autem eos, quibus usus est Euripides, Scholiastes Venetus servavit ad Hom. Iliad. α, 5.

ἦν ὅτε μυρία φῦλα κατὰ χθόνα πλαζόμεν' [ἀνδρῶν] *)
. . . . βαρυστέρνου **) πλάτος αἴης
Ζεὺς δὲ ἰδὼν ἐλέησε καὶ ἐν πυκιναῖς πραπίδεσσι
σύνθετο κουφίσαι ἀνθρώπων ***) παμβώτορα γαῖαν
ῥιπίσσας πολέμου μεγάλην ἔριν Ἰλιακοῖο,
ὄφρα κενώσειεν θανάτῳ πάρος· οἱ δ' ἐνὶ Τροίῃ
ἥρωες κτείνοντο· Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή.

---

*) Vulgo πλαζόμενα. Lacunam explevit Wolfius. [Hunc ipsum locum tractavit G. Hermannus ad huius fabulae v. 40. p. 9. R. K.]

**) βαθυστέρνου Wolfius; recte, ut opinor.

***) κουφίσσαι ἀνδρῶν Wolfius. Malim κουφίσσαι μερόπων.

Idem poeta fere primus de Paridis iudicio tradidisse videtur: siquidem Homeri locum eadem significantem potius quam explicantem, Iliad. α, 28., recte Aristarchus interpolatum esse statuit; itemque de Dioscuris immortalitate donatis, quorum mortem breviter Homerus neque ulla addita talis honoris mentione memoravit Iliad. γ, 243. Nec magis huic poetae aut de Paridis itinere cum Homero conveniebat, ut qui hunc post tertium diem quam Sparta solvisset secundo vento et placido mari Troiam pervenisse scripserit, ut monuit Herodotus II, 117., testis haud paullo gravior quam Proclus; aut de Helena cum Euripide: quam ille perinde ut ceteri Troiam venisse, eandemque Iovis e Nemesi, non e Leda, filiam fuisse tradidit. v. Athen. VIII. p. 334. C., unde sua petiit Eustathius ad Iliad. ψ. p. 1321, 27. Callimach. in Dian. 232. ibiq. Schol. Plutarch. de Pyth. orac. c. 14. Pausan. I, 33, 7. Athenag. Legat. p. 6. emendatus a C. G. Kruegero Comment. Thucyd. p. 293, 23. Communem de origine Helenae fabulam e tragicis praeter Euripidem sequutus est Sophocles fragm. 708. ed. Dindorf.

In his rebus si quis miretur quid tantam attulerit varietatem dissensionemque scriptorum, Heynium audiat de ea re docte disputantem in Excursu I ad Vergilii Aen. L. II. p. 271. „Aliquamdiu" inquit „res Troianae communi aliquo inter scriptores consensu erant traditae, prout ab Homero et poetis cyclicis, ex maiorum fama ac narratione, antiquo sermone, hoc est, poetico fuerant expositae. Sed quum poetices honos inter Graecos frequentari coepisset, essentque primum qui singillatim particulam aliquam ex toto illo cyclo mythico decerptam carmine tractarent, ornarent, et delectationis causa variarent, tum alii, inprimis lyrici, qui carmina sua suavibus episodiis distinguerent, ex eo tempore res Troianae quasi materiae poeticae loco esse coeperunt, qua ingeniosi homines in quamcunque formam diffingenda uterentur, unumque id propositum haberent, ut cum probabilitate aliqua delectarent. Ab historiae fide multo magis recessum est, quum Tragici poetae fabularum suarum ὑποθέσεις et argumenta ex cyclo illo peterent, et pro consilio suo tragoediaeque natura varie ea tractarent, ornarent, infle-

eterent, nova adfingerent et saepe in diversissimas partes traherent. Quae quidem res quum vel ex Sophocle et multo magis ex Euripide notissima sit, haerere in illa nolumus.“

Sed a Sophocle et Euripide etsi iure dixit Heynius multa esse in fabularum ratione novata. tamen Noster ille in Helena quidem obscuram potius fabulam minusque cognitam quam quae nullum aut non idoneum auctorem haberet sequutus est. Testem de ea iam is qui argumentum Graecum Helenae scripsit Herodotum adhibuit, cuius Lib. II. c. 112 — 120. exstat narratio Aegyptiorum sacerdotum fide nixa, regem fuisse Aegyptiorum eum qui a Graecis Proteus appellaretur, qua tempestate Paris cum Helena ad Nili ostia delatus esset. Huic Proteum comperta hospitii iniuria et Helenam et opes simul raptas abstulisse, addito redditurum repetenti marito. Sed rem ut acta erat memorantibus Troianis non prius Graecos credidisse, quam capta urbe nusquam mulierem repperissent. Tum denique vectum in Aegyptum Menelaum et uxorem gazamque integram recepisse et donis insuper auctum discessisse.

Ab iisdem unde Herodotus didicit auctoribus acceptam fabulam in scaena Euripidem exhibuisse, haud dissimilis veri coniectura foret, nisi multo esset alia probabilior. Nam duobus fere saeculis ante Herodotum atque iis temporibus, quibus vixdum commercia inter Graecos Aegyptiosque celebrari coepta essent, Stesichorus fuit Himeraeus, poeta clarissimus: qui quum editis carminibus ad res Troianas pertinentibus vel eadem de Helena quae priores, vel etiam turpiora tradidisset, poenas γλώσσης ἀκαιρίμου aut ipsi Helenae aut eius fratribus oculorum caecitate persolvisse fertur. Quorum iram numinum ut placaret, palinodiam scripsit, qua quae antea secus dixerat de Helena retractavit eamque Troiam concessisse prorsus negavit. Et Stesichori quidem carmen una cum reliquis eiusdem monumentis poetae intercidit: ceterum eorum quae modo explicavimus testis est antiquissimus Isocrates Encomio Helenae §. 64. ἐνεδείξατο δὲ καὶ Στησιχόρῳ τῷ ποιητῇ τὴν ἑαυτῆς δύναμιν· ὅτε μὲν γὰρ ἀρχόμενος τῆς ᾠδῆς ἐβλασφήμησέ τι περὶ αὐτῆς, ἀνέστη τῶν ὀφθαλμῶν ἐστερη-

μένος, ἐπειδὴ δὲ γνοὺς τὴν αἰτίαν τῆς συμφορᾶς τὴν καλουμένην παλινῳδίαν ἐποίησε, πάλιν αὐτὸν εἰς τὴν φύσιν κατέστησε. Huic proximus aetate Plato verba ipsa Stesichori, quibus caput palinodiae continerctur, servavit, Phaedro p. 243. A. *οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος οὗτος· οὐδ' ἔβας ἐν νηυσὶν ἐϋσέλμοις οὐδ' ἵκεο πέργαμα Τροίας.* Hinc illa in proverbium abiit palinodia: cuius multi mentionem miecerunt, ut Dio Chrysostomus Orat. XI. p. 323. Reisk. Maximus Tyrius Diss. XXVII. init. Aristides vol. I. p. 430. vol. II. p. 72. 364. ed. Dindorf. Pausanias III, 19. aliique, quos memoravit O. Fr. Kleinius in Fragmentis Stesichori p. 95 — 98. In Aegypto an Helenam fuisse, Graecis ad Troiam belligerantibus, Stesichorus tradiderit, decernere non audeo: nam Herodoti narrationem rettulit Eustathius ad Iliad. *γ*. p. 397. ad Odyss. *δ*. p. 1500. Rom. Philostratus in Vita Apollonii IV, 16. p. 153 sq. et in Heroicis c. 2. §. 20. p. 693. incertum quem auctorem sequutus sit; Sextus Empiricus VII. §. 181. 252. quae scripsit, in eandem sententiam ab Euripide sumpta censet A. Matthiae. Sane Stesichorum ipsum huius rei testem laudavit Tzetzes ad Lycophr. 113. et Schol. Aristid. p. 56. ed. Frommel. Sed de his vereor ne recte iudicaverit Kleinius, qui confusam ab iis Stesichori Herodotique narrationem suspicatur. Ne tamen raram huius rei mentionem fuisse putes, Anticlidis facit testimonium *Νόστων* scriptoris (v. Mueller. de Cyclo p. 126.), quo utitur Eustathius ad Odyss. l. c. *περὶ δὲ Φάρου ἱστορία φέρεται κατὰ τοὺς παλαιοὺς παρὰ Ἀντικλείδῃ, ὡς Ἑλένη πόθῳ Μενελάου λάθρα ἐξελθοῦσα τῆς πόλεως, ὅτε κατέσχεν αὐτὴν ὁ Πρωτεύς, ὡς μετ' ὀλίγα ῥηθήσεται, καὶ Καρικὸν εὑροῦσα πλοῖον, ἔπεισε τὸν ναύκληρον Φάρον ἀποκαταστῆσαι αὐτὴν εἰς Λακεδαίμονα· χειμῶνος δὲ ἐπιγεγονότος ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς Αἴγυπτον, ἔνθα τὸν Φάρον ὑπὸ ὄφεως θανεῖν, τὴν δὲ θάψασαν αὐτὸν οὕτω τὴν νῆσον ἀπ' ἐκείνου ὀνομάσαι.*

At de imaginc Helenae sive *εἰδώλῳ*, quod ipsius loco Troiam abductum fuerat, nemo reperietur qui ante Euripidem tradiderit, praeter Stesichorum: de quo testis est Plato de republica lib. IX. p. 586. C. *ὥσπερ τὸ τῆς Ἑλένης εἴδωλον ὑπὸ τῶν ἐν Τροίᾳ*

Στησίχορός φησι γενέσθαι περιμάχητον ἀγνοίᾳ τοῦ ἀληθοῦς. Verba Stesichori sunt apud Tzetzem l. c. Τρῶες οἱ τότ' ἴσαν Ἑλένας εἴδωλον ἔχοντες. Quae quum ita sint, dubitari non potest quin ab hoc poeta Euripides sumpserit id, in quo summa fabulae posita est.

Haec fere sunt quae de argumento Helenae dicenda putavimus: quae quidem etsi ad doctrinam haud contemnenda, tamen non eam vim habent, ut de tractatione non quaerendum videatur. De qua quanquam sic disputare, ut doctis satisfacere possimus, non est nobis propositum; tamen haud alienum fuerit de quibusdam rebus admonere lectorem, quas qui recte consideraverit non poterit non certa iam munitaque via ad iudicandum procedere. Ac primum commemoranda est sententia Aug. Guil. Schlegelii: qui eodem hanc quo alias Euripidis fabulas crimine perculit soccoque quam cothurno propiorem esse pronuntiavit. Qua in sententia et veri aliqua pars est, ut mihi videtur, et nonnihil erroris. Etenim comoediae similem quum hanc fabulam dixit, non eam ut opinor, quam vulgo dicunt comoediam intellexit: a cuius levitate et res et personae et oratio abhorret. Nec vero quemquam esse existimo, qui exitum fabulae laetum felicemque aut a natura tragoediae aut a consuetudine Graecorum abhorrere censeat. Agitur fides Helenae, salus Menelai, promissa Mercurii, vaticinia Theonoae, pietasque in patrem; postremo aequitas et iustitia deorum, quos contractam nulla culpa calamitatem, sed fati lege invectam pensare felicitate, non prorogare in infinitum decebat. Quae omnia eiusmodi sunt, ut nihil cum ioco ludoque commune habeant, sed vel maxime tragica esse videantur. Verum tamen qui attendere volet haud pauca reperiet quae infra tragoediae gravitatem iaceant. Etenim duae sunt partes huius fabulae: brevior altera ab initio usque ad v. 760., cuius haec summa est, ut Helena et Menelaus post longum discidium, quod utrique invito acciderat, multosque exantlatos labores se invicem agnoscant. Quo postquam perventum est, mirum quantum actio elanguescit, multis sermonum ambagibus argutiisque, dum vel Theonoam sibi conciliare vel Theoclymenum fraude circumvenire student, extracta iusto

longius et debilitata. In ea re satis mirari non queo iudicium Euripidis, qui quae tragicam gravitatem caperent perstrinxerit potius quam explicaverit; rem autem suapte natura si minus alienam a tragoedia, at tamen neque ad delectationem eximiam neque ad magnitudinem animi laudabilem, fraudem atque insidias, tanta cura persequutus sit. Quae res aliud quoque incommodum attulit, ut chori, cui in priore parte aliquid tamen relictum erat, nullae sint in altera partes nisi tacendi moramve interponendi canticis ad rem nihil pertinentibus. Postremo si de moribus personarum quaeras, Helenam video unam quae laudari possit, non propter singularem quandam animi magnitudinem, sed caritate mariti ac fide: quem quidem quo studiosius colebat, eo magis Theoclymeni incendebat amorem. Theonoam et Theoclymenum induxit apte ad implicationem fabulae, ceterum nulla re insignes. Teucri personam fuit qui inductam reprehenderet: non facturus, ut opinor, si illum et genere cognatum cum Atheniensibus ac velut indigenam heroem fuisse reputasset, et regionum situ quas petebat omnium aptissimum, qui quid ad Troiam et in Graecia actum esset Helenae nuntiaret. At Menelaus sane cultu habituque indignus ampullis istis, quibus, quum primum in scaenam ingressus est, orationem suam orditur, homo pannis obsitus, fama exhaustus, vetulae aedium regiarum custodi turpiter supplex, eiusdem minis trepidus, aliquando ridicule expostulans; postremo qui, etiamsi quando maiores spiritus sumat et generosius quid proloquatur, fidem ignavia amiserit suaque ipse verba inepto plerumque acumine corrumpat. Cuiusmodi si fuit Telephus ille aut Bellerophontes, minime miror ludibrio fuisse Aristophani.

Haec igitur atque talia si indigna cothurno censuit Schlegelius, non dubito quin omnes adsentientes habiturus sit. Ac quoniam haec fabula eiusmodi est, ut neque pro tragoedia iure haberi possit neque ad comoediae humilitatem detrudenda videatur, quaeritur, quodnam sit aut quale illud genus, in quo eam collocandam esse arbitremur. Cui rei brevis responsio est. Nam Euripides fere primus videtur illud genus incohasse, quod inter tragoediam comoediamque interiectum Graeci nondum invenerant quo distinguerent nomine singulari; nostrates ab eo ap-

Στησίχορός φησι γενέσθαι περιμάχ
ἀληθοῦς. Verba Stesichori sunt ap
Τρῶες οἵ τότ' ἴσαν Ἑλένας
τες. Quae quum ita sint, dubitari
ab hoc poeta Euripides sumpserit id
fabulae posita est.

Haec fere sunt quae de argum
cenda putavimus: quae quidem et
haud contemnenda, tamen non ean
de tractatione non quaerendum vi
quanquam sic disputare, ut doctis
mus, non est nobis propositum; tan
fuerit de quibusdam rebus admoner
qui recte consideraverit non poteri
munitaque via ad iudicandum proced
commemoranda est sententia Aug.
gelii: qui eodem hanc quo alias
crimine perculit soccoque quam co
esse pronuntiavit. Qua in sentent
pars est, ut mihi videtur, et nonnil
nim comoediae similem quum ha
xit, non eam ut opinor, quam v
moediam intellexit: a cuius levitat
sonae et oratio abhorret. Nec vero
existimo, qui exitum fabulae laetu
a natura tragoediae aut a consuet
abhorrere censeat. Agitur fides He
nelai, promissa Mercurii, vaticinia
que in patrem; postremo aequitas e
quos contractam nulla culpa calar
lege invectam pensare felicitate, no
finitum decebat. Quae omnia eius
hil cum ioco ludoque commune
maxime tragica esse videantur.
attendere volet haud pauca reperi
goediae gravitatem iaceant. Eteni
huius fabulae: brevior altera ab
760., cuius haec summa est, ut I
post longum discidium, quod ut
rat, multosque exantlatos labores
scant. Quo postquam perventum
actio elanguescit, multis sermon
tiisque, dum vel Theonoam sibi
clymenum fraude circumvenire st

pellaverunt, quod erat ei cum utroque genere commune, ut et actionem haberet et in scaena spectaretur.

Sed quoniam ne sic quidem satis illud aut explicatum aut a reprehensione tutum esse videtur, quod plus Euripides alteri fabulae parti quam par erat spatii concessit: non existimo dissimulandum esse de quodam huius fabulae loco quid mihi in mentem venerit. Etenim quum in universa fabula rem a colloquio et ab actione ad perpetuitatem quandam orationis et ad μακρολογίαν illam sophistarum revocavit *), prolixisque sermonibus et narrandi artificium et lamentationum facundiam et sententias splendidas subtilesque ostentavit; tum eo loco qui est v. 865 — 1029. colloquium Theonoam inter et Helenam Menelaumque institui fecit, quod inventione, eloquentia, argumento hominem prodere videtur et forensium certaminum gnarum et aliquid civium studiis et temporum rationi tribuere solitum. Ac genus orationis iudiciale et agnosci facile potest et diximus de eius usu in fabulis Euripideis quantum satis esset pro tempore in praefatione vol. I. p. XXVIII sqq. Argumentum autem coniunctum est, nisi fallor, cum rebus iis, quae brevi ante actae erant in re publica. Etenim si considero, quanto cum studio illud quum in reliqua fabula tum in illo sermone inculcetur, reddi debere, quae quis aliena teneat sive fidei suae commissa seu forte potitus; tametsi ea res e fabulae ratione ducta est, tamen impetrare a me non possum, ut tantum in ea verborum consumptum putem, nisi aliud simul spectasset. Ac facile cuivis in mentem veniat eorum, quae inter Athenienses et Lacedaemonios acta sunt, postquam pax convenerat (Olymp. LXXXIX, 4.) ea condicione, ut oppida bello capta invicem redderentur. V. Thucyd. V, 18 sqq. Nam ea condicio quum impleri a Lacedaemoniis non posset, et sociis repugnantibus et duce eorum Charida,

---

*) Vide praeter prologum v. 255—305. 386—436. 483—514. 711—733. 1526—1618. 1642—1679. Conf. A. Boeckh. de Platonis Min. et Legg. p. 8 C. Fr. Hermann. ad Lucian. de conscr. hist. p. 6. Digna lectu de Italis quaeque ad indicandi de talibus prudentiam valeant, rettulit Goethius Opp. vol. XXVII. p. 123 — 125.

qui Amphipolin praesidio tenebat, non obtemperante: ἐγίγνοντο ἀεὶ λόγοι, ut verbis Thucydidis utar lib. V. c. 39., τοῖς τε Ἀθηναίοις καὶ Λακεδαιμονίοις περὶ ὧν εἶχον ἀλλήλων, donec Alcibiadis dolo foedus disiectum est. Thucyd. V, 43 sqq. Plutarch. Nic. 10. Alcib. 14. His igitur temporibus quae publice tractata sunt ab utriusque oratoribus civitatis, eorum si in scaena memoriam recoluit Euripides, et adsensionem summam gratiamque populi sperare potuit et fecit idem, quod eum saepe et magno quidem cum successu fecisse constat. Sed haec ego, ne quis erret, probabilia ad coniecturam esse, non certo conclusionis genere colligi dixi. Unum addiderim, quo nescio an aliquid etiam accedat probabilitatis coniecturae nostrae: foedus, quod hoc ipso tempore, auctore Alcibiade, inter Athenienses et Argivos ictum est, in Supplicibus attigisse Euripidem: qua de re consentiunt inter se viri primarii A. Boeckhius in libro de Trag. Gr. p. 187. et G. Hermannus in praefatione ad eam fabulam. Quodsi his iure visum est ex ea re coniecturam fieri posse de tempore editarum Supplicum: idem facere licebit in Helena. Quanquam annum definire non audeo: tantum constare puto actam esse Helenam post Olymp. LXXXIX, 4. et ante Ol. XCII. I, quo anno Thesmophoriazusas edidit Aristophanes, Helenam ut nuper actam perstringens. Vide Iacobi Palmerii Exercitationes in Auctores Graecos p. 758 sqq. sive Comment. Aristoph. vol. VI. ed. Lips. p. 294. Clintonis Fast. Hell. p. 83. ed. Krueger. PFLUGK.

Multo rectius de tempore, quo haec Euripidis fabula docta esset, disputavit G. Hermannus quam Pflugkius noster. Is enim spretis atque contemptis levibus istis aut potius inanibus coniecturis, quibus ductus esset Pflugkius ad annum Helenae investigandum, hoc argumento usus est, ut, quum Scholiastam Aristophanis ad Thesmophoriazusas v. 1012. meminisset tradere Helenam una cum Andromeda ab Euripide in scaenam prolatam esse (Scholion ad l. c. eiusmodi habetur: Ἀνδρομέδαν] πιθανῶς· συνδεδίδακται γὰρ τῇ Ἑλένῃ), hoc statueret, Helenam una cum illa fabula actam esse Olympiadis XCI. anno quarto archonte Cleocrito. Etenim non solum Scholiastam Aristophanis ad Avium v. 347. hoc adno-

tavisse, editam non iam fuisse, quia reprehendisset Asclepiadem, quod is eam Euripidis fabulam ab Aristophane dixisset respici in Avibus, quae essent actae Olympiadis XCI. anno altero archonte Chabria, verum eiusdem Aristophanis Scholiastam ad Ranarum, quae editae essent Olympiadis XCIII. anno tertio, v. 53. ascripsisse Andromedam octo annis ante eam fabulam ab Euripide in scaenam prolatam esse, unde ille annus efficeretur, quem annum communem Andromedae atque Helenae supra diximus. Id comprobari etiam eo, quod Aristophanes in Thesmophoriazusis v. 850, quae ipso teste eius fabulae v. 1060. actae essent Olympiadis XCII. anno primo Callia archonte, dixisset τὴν καινὴν Ἑλένην, quod Scholiasta recte referens ad Euripideam fabulam explicavisset τὴν ὑπόγυον δεδιδαγμένην.

In verbis poetae constituendis praeter G. Hermanni operam in ea fabula positam Lipsiae MDCCCXXXVII. et Ad. Kirchhoffii editionem paratam Berolini MDCCCLV. usus sum altera Aug. Nauckii editione anni MDCCCLVII. et iis, quae F. Bamberger in opusculis philologicis Lipsiae anno MDCCCLVI. emissis p. 99 — 106. proposuit; quanquam ne sic quidem in hac parte multum pro certo adfirmari potuit propterea, quod unus tantum modo liber et familiae quidem Byzantiae cod. Florentinus XXXII. 2., qui littera *C.* a Kirchhoffio est notatus, hanc fabulam servavit, cuius non sunt nisi apographa, quibus interdum ipsorum librorum auctoritas est tributa. In explicatione autem Euripideae fabulae, ne moles adnotationum nimio opere cresceret, ita me continui, ut nihil attingerem nisi quod aut aperte falsum esse aut necessario uberiore explicatione egere videretur aut iniuria prorsus a Pflugkio esset praetermissum. Quaedam etiam resecanda fuerunt, quo in negotio vereor ne nimium modeste potius quam imprudentius egisse videar. Sed tamen etiam sic illud a me effectum esse spero, ut opella a me in hac fabula posita non plane inutilis esse videatur.

Scripsi Lipsiae d. XXIX. mens. Mart. MDCCCLVIII.

Reinholdus Klotz.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΕΛΕΝΗΣ.

Ἡρόδοτος ἱστορεῖ περὶ Ἑλένης καί φησιν ἐλθεῖν μὲν αὐτὴν εἰς Αἴγυπτον καὶ τοῦτο φάσκειν καὶ τὸν Ὅμηρον, ποιοῦντα τὴν Ἑλένην παρέχειν τῷ Τηλεμάχῳ ἐν Ὀδυσσείᾳ τὸ λαθικηδὲς φάρμακον, τό οἱ πόρε Πολυδάμνα Θόωνος παράκοιτις, οὐ μὴν δὲ οὕτως ὡς Εὐριπίδης φησίν. Οἱ μὲν γὰρ πλανωμένην φασὶν αὐτὴν μετὰ τοῦ Μενελάου μετὰ τὴν τῆς Ἰλίου πόρθησιν καὶ εἰς Αἴγυπτον παραγενέσθαι, κἀκεῖθεν πεπορίσθαι τὰ φάρμακα· ὁ δὲ τὴν μὲν ἀληθῶς Ἑλένην φησὶ μηδ' ὁπωσοῦν ἐλθεῖν εἰς Τροίαν, τὸ εἴδωλον δὲ αὐτῆς. Κλέψας γὰρ αὐτὴν ὁ Ἑρμῆς Ἥρας βουλῇ Πρωτεῖ τῷ βασιλεῖ τῆς Αἰγύπτου φυλάττειν παρέδωκε· τούτου δὲ θανόντος ὁ υἱὸς αὐτοῦ Θεοκλύμενος ἐπειρᾶτο γαμεῖν αὐτήν. Ἡ δὲ ἱκέτις παρεκάθητο τῷ τοῦ Πρωτέως μνημείῳ, ὅθεν αὐτῇ ἐπιφαίνεται Μενέλεως, τὰς μὲν ναῦς ἐν τῇ θαλάσσῃ ἀπολέσας, ὀλίγους δέ τινας τῶν ἑταίρων ἐν ἄντρῳ καθειργμένους σώζων. Εἰς λόγους δὲ ἐλθόντες καὶ μηχανορραφήσαντες ἀπατῶσι μὲν τὸν Θεοκλύμενον, αὐτοὶ δὲ νηῒ ἐμβάντες ὡς δὴ τῷ Μενέλεῳ θανόντι κατὰ θάλατταν θύσοντες εἰς τὴν ἰδίαν διασώζονται.

V. 4. *οὐ μὴν δὲ* Cod. C. *οὐ μήν γε* Ad. Kirchhoffius, quo opus non est.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΕΛΕΝΗ.
ΤΕΥΚΡΟΣ.
ΧΟΡΟΣ.
ΜΕΝΕΛΑΟΣ.
ΓΡΑΥΣ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΘΕΟΝΟΗ.
ΘΕΟΚΛΥΜΕΝΟΣ.
[ΑΛΛΟΣ ΑΓΓΕΛΟΣ].
ΔΙΟΣΚΟΥΡΟΙ.

Προλογίζει δὲ ἡ Ἑλένη.

V. 10. *ΑΛΛΟΣ ΑΓΓΕΛΟΣ* om. Cod. C. et edd. vett.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

ΕΛΕΝΗ.

ΕΛΕΝΗ.

Νείλου μὲν αἵδε καλλιπάρθενοι ῥοαί,
ὃς ἀντὶ δίας ψεκάδος Αἰγύπτου πέδον,
λευκῆς τακείσης χιόνος, ὑγραίνει γύας.

V. 1—3. ante oculos habuit Aristophanes Thesmophor. v. 855—857. Laudat Scriptor de incremento Nili ap. Athen. II. p. 165. Dind. Aristides T. II. p. 334. Scholiasta Apoll. Rhod. lib. IV. v. 269. vol. II. p. 495. ed. Merkel om. versu medio. conf. Ioannes Lydus de mens. IV. 68. p. 96. 19.

V. 1. *εἰλουμένη δὲ* cod. Laurent. Schol. Apoll. Rhod. l. c. Nec tamen is habet *καλλιπάρθενος ῥοή*, sed *καλλιπάρθενοι ῥοαί.*

V. 2. *ψεκάδος* Cod. Euripidis C. Cod. Athenaei. *ψακάδος* Aristophanes, Aristides. Vereor ne critici citius damnaverint formam *ψεκάς*, quae est in libris etiam apud Aeschylum in Agamemn. 1501. ed. Herm. et habetur etiam in quibusdam Aristophanis libris. *πέδου* Hartungius, Nauckius, id quod probare non possum. Credo enim, si genetivum scribere voluisset Euripides, eum potius *χθονός* vel quid eiusmodi positurum fuisse.

V. 3. *ἀρδεύει* Aristides pro *ὑγραίνει*. *ἄρδειν* et *ἀρδεύειν* frequentantur a Graecis posterioribus, ut *ἀρδεύει* merito de glossemate suspectum esse videatur. *γυίας* Cod. C. *γύην* Schol. Apoll. Rhod. *ῥοαῖς* Reiskius, *χοαῖς* Lobeck. ad Soph. Aiac. 459.

V. 1—3. Scitum illud Euripidis, quod qua in regione terrarum res ageretur intelligi potissimum voluit ex mentione clarissimi fluminis, cuius *δῶρον* Aegyptus fuit, *iudice Herodoto* L. II, 5. eundemque fuerunt qui *Αἰγύπτιον Δία* dicerent, ut qui Iovis *Ὑετίου* vicem praestaret terrae pluviarum ignarae. Herodot. II, 22. III, 10. *Philo* Iud. p. 619. Iulian.

Πρωτεὺς δ', ὅτ' ἔζη, τῆςδε γῆς τύραννος ἦν,
Φάρον μὲν οἰκῶν νῆσον, Αἰγύπτου δ' ἄναξ,
ὃς τῶν κατ' οἶδμα παρθένων μίαν γαμεῖ,

V. 7. *Αιακοῦ* de Musgravii coniectura est. Vide Valckenarium ad Callim. Fr. p. 114. *αἰόλου* Cod. *C.*

V. 9. *Θεοκλύμενον*] *μὲν* addebat Scaliger. Non opus esse docuit C. Reisigius Coniect. I. p. 245 sq. Vide infra 1643. Wunderus tamen Advers. in Soph. Philoct. p. 42. coniecit *Θεοκλύμενον ἄρσενα θ'*. PFLUGK.

Or. III. p. 221. Petav. Ex quo *ὀρθῶς καὶ ὁμώνυμον τῇ Αἰγύπτῳ φησὶ λεχθῆναι τὸν Νεῖλον ὁ Νέαρχος*, ab Homero scilicet. Strab. XV. p. 691. De huius fluminis natura Anaxagorae sententiam, praeceptoris sui, suscepit Euripides prodiditque eandem Archelai fr. II [Fr. 230. p. 340. ed. Nauckii, cuius conferas adnotationem. R. K.] Vid. Schaubach. Fragm. Anaxag. p. 179. [Facit huc Heliodor. IX, 9. p. 362. de Aegyptiis Nilum venerantibus, *ἀντίμιμον οὐρανοῦ τὸν ποταμὸν σεμνηγοροῦντες οἷα δὴ δίχα νεφώσεων καὶ ὑετῶν ἀερίων τὴν ἀρουμένην αὐτοῖς ἄρδοντα.* F. I.] — *καλλιπάρθενοι*, i. e. *καλαὶ καὶ καθαραί*, interprete G. H. Schaefero ad schol. Apoll. Rhod. p. 287. *ἁγνόρυτοι* dixeris Aeschylo auctore Prom. 443., qui etiam alterum exemplum praeivit Pers. v. 619. *παρθένου πηγῆς μέτα*, notatum Valckenario ad Hipp. 1006. Iacobsio ad Anth. Gr. vol. I, 1. p. 6. [Erat etiam prope Romam aqua Virgo, quam Agrippa duxit in Urbem, v. Plinium h. n. XXXI, 3 (25), 42. Martialem VI, 42, 19. Frontin. de aquae duct. c. 16. Orelli inscript. n. 703. Nam quod G. Hermannus noluit hanc Nili appellationem ad puras aquas referri, quia qui irrigaret arva fluvius lutulenta potius aqua flueret quam pura et perspicua, in eo maximo opere fallitur vir doctissimus, si quidem haec appellatio: *Νείλου μὲν αἵδε καλλιπάρθενοι ῥοαί*, per se stat, neque est confundenda cum eis verbis, quae deinceps de irrigatione Nili praedicant: *ὃς — ὑγραίνει γύας*, et tum denique aliquid ponderis haberet illud, quod opponit Hermannus, si Euripides *αἷς* pro *ὃς* scripsisset. Persimilis in hoc quoque genere est locus Euripidis in Archelai Fragm. loco supra indicato p. 340. ed. Nauck., ubi haec leguntur: *Δαναὸς ὁ πεντήκοντα θυγατέρων πατὴρ Νείλου λιπὼν κάλλιστον ἐκ γαίας ὕδωρ, Ὃς ἐκ μελαμβρότοιο πληροῦται ῥοὰς Αἰθιοπίδος γῆς, ἡνίκ' ἂν τακῇ χιὼν Τέθριππ' ἔχοντος ἡλίου κατὰ χθόνα κτέ.* R. K.] Ad constructionem verborum quod attinet, quum satis esset *Αἰγύπτου πέδον*, addidit poeta leviter conversa oratione *γύας*: quod genus constructionis *ἐκ παραλλήλου* vocant. Vid. C. Reisig. ad Soph. Oed. C. p. 290. G. Hermann. ad eandem fabulam p. 114. A. Matthiae Gr. §. 636. Non fecisset, opinor, nisi illa intulisset, *λευκῆς τακείσης χιόνος*: a quibus quasi novo impetu capto quum decurreret oratio, alterius accusativi capax evasit. Simile Aeschyli illud Pers. 823: *Θῖνες νεκρῶν δὲ καὶ τριτοσπόρῳ γονῇ Ἄφωνα σημανοῦσιν ὄμμασιν βροτῶν Ὡς οὐχ ὑπέρφευ θνητὸν ὄντα χρὴ φρονεῖν*, de quo loco

Ψαμάθην, ἐπειδὴ λέκτρ' ἀφῆκεν Αἰακοῦ.
τίκτει δὲ τέκνα δισσὰ τοῖςδε δώμασι,
Θεοκλύμενον ἄρσεν', ὅτι δὴ θεοὺς σέβων

V. 9 sq. ὅτι δὴ θεοὺς σέβων βίον διήνεγκ' de glossemate suspecta habuit A. Nauckius, in eiusque sententiam concessit etiam Kirchhoffius, sine dubio Euripidem, non eius interpolatorem corrigentes. Morem enim suum tenuit Euripides, de quo praeter ea, quae Pflugkius infra adnotavit, conferas quae ad Phoenissas dixi v. 639 sq. p. 115. ed. Goth.

operae pretium est consuluisse Iacobs. ad Anth. Gr. II, 3. p. 82. ad Anth. Pal. p 775. Eurip. Troad. 1105: Ἰλιόθεν ὅτι με πολυδάκρυτον, Ἑλλάδι λάτρευμα γᾶθεν ἐξορίζει. Philippus in Delectu Epigr. VIII, 109, 3: τῇ δ' ἐκ καλάμης συνέριθοι Νῆσαν πυρκαϊήν, ἄξιον ἐκ σταχύων, de quo loco est sane elegans, sed, ut mihi videtur, non necessaria coniectura clarissimi editoris. Tetigit Helenae locum etiam G. Bernhardy Synt. p. 55. PFLUGK. Probavit Pflugkii rationem ex parte etiam G. Hermannus, quanquam non omnes locos a Pflugkio huc iure vocatos censuit. Ego rem definire nolo, sed malim tamen duplicem accusativum explicare, secundum σχῆμα καθ' ὅλον καὶ μέρος, ut Αἰγύπτου πέδον omnem Aegyptum, γύας autem arva significet, vide Rost. gr. Gr. p. 484 sq. ed. sept. R. K.

V. 5. De Pharo insula dixit Nitzschius ad Hom. Odyss. IV. p. 266. et C. F. Hermannus ad Lucian. de conscr. hist. c. 62. p. 349. sqq. de Proteo Vossius ad Verg. Georg. IV, 387. et Nitzsch. l. l. p. 270 sq. PFLUGK.

V. 7. Apollodorus Lib. III. 12, 6: μίγνυται δὲ αὖθις Αἰακὸς Ψαμάθῃ τῇ Νηρέως εἰς φώκην ἠλλαγμένῃ διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι συνελθεῖν, καὶ τεκνοῖ παῖδα Φῶκον. Cf. Hesiodi Theog. 1004. Pind. Nem. V, 12. Ex verbis Apollodori et quae ad hunc scriptorem adnotavit Heynius vol. II. p 309. suspicio est non sine causa Euripidem verbo ἀφῆκεν usum. PFLUGK. Nihil constat de Psamathe, nisi invitam et reluctantem coniugatam esse Aeaco, quumque filium eius Phocum interemisset Telamo, gregibus immisisse lupum. Prius illud memoravit Apollodorus III. 12, 6. 9. de lupo Ovidius Metam. XI. 346 sqq. G. HERMANNUS.

V. 9. ὅτι δή] οὕτω καλούμενον, ὅτι δὴ κτέ. Ceterum quod ad etymologicam rationem revocavit utriusque nomen Protei liberorum, saepius id fortasse quam ceteri, sed nec solus fecit Euripides, neque res ipsa reprehendi debebat. Tragicorum poetarum pleraque ex hoc genere complexus est Elmsleius in adnotatione ad Eurip. Bacch. 508., cui iungas Meinekium ad Euphor. p. 128. Creuzerum de arte hist. Gr. p. 52. Non expertes huius sive vitii sive artificii Latini, quorum Ennium corripuit M. Varro de L. L. VII. p. 361. ed Spengel. Fecit idem Plautus Poen. prol. 42. Bacch. IV, 4, 53. Pseud II, 2, 58. ipse etiam Cicero pro Roscio Am. c. 43., qui de hoc genere praecepit ipse Lib. II. de orat. 63. PFLUGK.

βίον διήνεγκ', εὐγενῆ τε παρθένον
Εἰδώ, τὸ μητρὸς ἀγλάϊσμ', ὅτ' ἦν βρέφος·
ἐπεὶ δ' ἐς ἥβην ἦλθεν ὡραίων γάμων,
καλοῦσιν αὐτὴν Θεονόην· τὰ θεῖα γὰρ
τά τ' ὄντα καὶ μέλλοντα πάντ' ἠπίστατο,
προγόνου λαβοῦσα Νηρέως τιμὰς πάρα.
ἡμῖν δὲ γῆ μὲν πατρὶς οὐκ ἀνώνυμος

V. 11. *Εἰδώ* A. Matthiae. *εἶδος* Cod. *C.*
V. 12. *ὡραίων* Cod. *C.* *ὡραίαν* Musgravius. *ὡραία* A. Nauckius.
V. 16. 17. ante oculos habuit Aristophanes Thesmophor.

V. 10 sq. *εὐγενῆ τε παρθένον Εἰδώ, τὸ μητρὸς ἀγλάϊσμ', ὅτ' ἦν βρέφος*] Recte A. Matthiae vidit, quod in Cod. *C.* et vulgo legeretur *εἶδος* neque ad sententiam neque ad ipsam verborum constructionem satis esse accommodatum, idque reposuit, quod et ipsam sententiam iuvaret, ad quam complendam Musgravius statuerat versum excidisse post v. 11. fere eiusmodi: *κεκλημένην πρὸς πατρὸς Εἰδοθέαν ἀεί*, et, si codicis scripturam spectaremus, esset facillimum: *Εἰδώ*. Quum enim Protei filia apud Homerum esset *Εἰδοθέα* in Odysseae δ, 365., a multis autem grammaticis traditum, *Εἰδώ* pro *Εἰδοθέα* usurpatum esse, Etym. Magn. p. 264, 7. p. 505, 34. p. 760, 54. et Etymol. Gud. p. 316, 31. p. 531, 26. quibus addit G. Hermannus I. Bekkeri Anecd. p. 857, 9. eo deminutivorum genere, quo vulgo in appellandis pueris ac puellis uterentur, veri simillimum esse Euripidem *Εἰδώ* potius quam *εἶδος* scripsisse, neque satis recte ad *εὐγενῆ παρθένον* adiungi accusativum *εἶδος*, quod etsi Pflugkius eo defendere studuit, quod ex Aeoli Fragm. III. [Fragm. 15. p. 292. ed. Nauck.], *εἶδος ἀξίους τυραννίδος* attulit, tamen recte sensisse A. Matthiae videtur, quia et ipsa notio verbi *εὐγενὴς* non facile recipit illam constructionem nec ipsa verborum collocatio adiuvat eam rationem. A. Matthiae G. Hermannus, A. Nauckius, A. Kirchhoffius iure sequuti sunt. R. K.

V. 12. *ἐς ἥβην ἦλθεν ὡραίων γάμων*] "Libri *ὡραίων γάμων*. Tritam loquendi formam *ὡραίαν γάμων* adsciverunt Musgravii iussu novissimi editores, recte fortasse, sed tamen nescio an praestet, quod minus vulgare est. Amat autem Euripides hoc genus permutationis. Sic v. 130: *μέσον πέλαγος Αἰγαίου πόρου* dicit, quod potius *μέσον πόρον πελάγους Αἰγαίου* dictum oportebat." G. HERMANNUS. Pertinet hoc ad id genus dicendi, quo ab Livio I, 4. dictum ad iusti cursum amnis et similia, de quo multi sunt grammatici. Quod autem A. Nauckius nuper scripsit *ὡραία γάμων*, id non minus tritum est quam *ὡραίαν γάμων*, poeticum minus. R. K.

V. 15. Quomodo a Nereo? Videlicet ne caerula quidem vate suo carent. Testis Hesiodus Theogon. 233: *Νηρέα δ' ἀψευδέα καὶ ἀληθέα γείνατο Πόντος.* [Aelian. Hist. An. XIV, 28. init. de Nereo, *ὅνπερ οὖν ἀληθῆ τε καὶ ἀψευδῆ ἀκούομεν δεῦρο ἀεί.*] Ac quemadmodum de Apolline scripsit Ae

Σπάρτη, πατὴρ δὲ Τυνδάρεως· ἔστιν δὲ δὴ
λόγος τις, ὡς Ζεὺς μητέρ' ἔπτατ' εἰς ἐμὴν
Λήδαν κύκνου μορφώματ' ὄρνιθος λαβών,
ὃς δόλιον εὐνὴν ἐξέπραξ' ὑπ' αἰετοῦ
δίωγμα φεύγων, εἰ σαφὴς οὗτος λόγος.
Ἑλένη δ' ἐκλήθην· ἃ δὲ πεπόνθαμεν κακὰ
λέγοιμ' ἄν. ἦλθον τρεῖς θεαὶ κάλλους πέρι

v. 859 sq. ubi ἐμοὶ δὲ pro ἡμῖν δὲ liberiore citantis oratione legitur.
V. 20. ἐξέπραξ' ὡς ἀετοῦ dubitanter proposuit A. Nauckius.
V. 22. Ἑλένη δ' ἐκλήθην ante oculos habuit Aristophanes Thesmophor. v. 862.

schylus Eum. 19: Διὸς προφήτης δ' ἐστὶ Λοξίας πατρός, sic de Glauco Noster Or. 364: Νηρέως προφήτης Γλαῦκος ἀψευδὴς θεός. Apollon. Rhod. I, 1310. Hesiodum sive Euripidem sequutus est Horatius Carm. I, 15. PFLUGK.

V. 17—21 Fabulam, cuius hic mentio et infra v. 256. 1144. Iph. A. 794. Or. 1388., narravit Ovidius Met. VI, 109. Hygin. Fab. 77. PFLUGK. [Probabilis fabula, quum aquila cycnum impugnare soleat. Vid. Aristot. H. An. IX, 2, 9. F. I.]

V. 18. μητέρ' εἰς ἐμήν] Rarior hic praepositionis εἰς usus apud Atticos pro πρὸς vel ὡς. V. Schoemann. ad Isaeum p. 363. PFLUGK. Hoc tamen loco aliam ob causam dicitur εἰς, quod Iuppiter, ut ales, se volando immisit in ipsam Ledam coitus causa. R. K.

V. 19. μορφώματ'] Pluralis pro singulari, more poetarum. Antiop. Fr. VI. [209. p. 335. ed. Nauck.] φωτὸς κακούργου σχήματ' ἐκμιμούμενον. V. Porson. ad Or. 1051. PFLUGK. Musgravius ad Bacch. 1364. videtur κύκνον ὄρνιθος iunxisse. Ab sententia est ὀρνίθεια μορφώματα κύκνου. G. HERMANNUS.

V. 20. ὑπ' αἰετοῦ δ. φεύγων] Vulgo ita loquuntur, θανεῖν ὑπ' ἀστῶν Orest. 442. Ion. 1239. κλέος ὑφ' Ἑλλήνων λαβεῖν Phoen. 577. πλαγκτὰ δ' ὡσεί τις νεφέλα πνευμάτων ὕπο δυσχίμων ἀΐσσω. Suppl. 962. Herodot. VIII, 16: ὑπὸ νεῶν ὀλίγων ἐς φυγὴν τραπέσθαι. Quare etsi δίωγμα si abesset nemo desideraret, tamen nec additum constructionis rationem mutat. Demosth. c. Timoth. §. 1: φεύγει νῦν ὑπ' ἐμοῦ ταύτην τὴν δίκην. Xenoph. Mem. IV, 4, 3: ὅτε τὴν ὑπὸ Μελήτου γραφὴν ἔφευγε. Licet vero etiam iungere δίωγμα ὑπ' αἰετοῦ. V. Erfurdt. ad Soph. Antig. 1204. (1219 Br.) PFLUGK. Dubitavit etiam Hermannus utrum τὸ ὑπ' αἰετοῦ δίωγμα φεύγων, an, quod veri similius tamen esse dixit, ὑπ' αἰετοῦ φεύγων τὸ δίωγμα αὐτοῦ. Mihi unice verum illud esse videtur, ut δίωγμα aptius cum φεύγων, quo ipsa etiam verborum collocatio ducit, coniungamus, quo significatur, verum impetum, non inanem aquilae adventum timuisse cycnum, in cuius forma latuit Iuppiter. R. K.

V. 23. κάλλους πέρι] Loquendi forma qualis apud Aristoph. Av. 1531: ἥξουσι πρέσβεις δεῦρο περὶ διαλλαγῶν. et apud Tacitum Ann. XV. 27. tractata a Porsono in Addendis ad Hecubam v. 1169. Mox poeta idem pluribus verbis explicavit v. 26., de qua consuetudine adnotatio est ad Androm.

Ἰδαῖον εἰς κευθμῶν᾽ Ἀλέξανδρον πάρα,
Ἥρα Κύπρις τε διογενής τε παρθένος,
μορφῆς θέλουσαι διαπεράνασθαι κρίσιν.
τοὐμὸν δὲ κάλλος, εἰ καλὸν τὸ δυςτυχές,
Κύπρις προτείνασ᾽ ὡς Ἀλέξανδρος γαμεῖ,
νικᾷ· λιπὼν δὲ βούσταθμ᾽ Ἰδαῖος Πάρις
Σπάρτην ἀφίκεθ᾽, ὡς ἐμὸν σχήσων λέχος.
Ἥρα δὲ μεμφθεῖσ᾽, οὕνεκ᾽ οὐ νικᾷ θεάς,
ἐξηνέμωσε τἄμ᾽ Ἀλεξάνδρῳ λέχη,
δίδωσι δ᾽ οὐκ ἔμ᾽, ἀλλ᾽ ὁμοιώσασ᾽ ἐμοὶ

V. 29. Ἰδαῖος Πάρις] Ἰδαίας χθονὸς Elmsleius ad Iph. Taur. 824. p. 296. = p. 224. Lips. credo, quod nudum βούσταθμα displiceret. PFLUGK.

V. 34. ὕπο Cod. C. ἄπο G. Hermannus de coniectura scripsit, quem sequuti sunt A. Nauckius et Kirchhoffius.

18. ad Heracl. 300. Homerus Od. ξ, 524: οὐδὲ συβώτῃ Ἥνδανεν αὐτόθι κοῖτος, ὑῶν ἄπο κοιμηθῆναι. π, 296: καὶ δοιὰ βοάγρια χερσὶν ἑλέσθαι, Ὡς ἂν ἐπιθύσαντες ἑλοίμεθα. Huiusmodi etiam illud est, iactatum tironibus, Nepotis Cornelii Miltiad. c. I, 2: ex his delecti Delphos deliberatum missi sunt, qui consulerent Apollinem, quo potissimum duce uterentur. Ubi vide Bremium. PFLUGK.

V. 27. εἰ καλὸν τὸ δ.] si modo recte pulcrum dicitur, quod potius miserum dicendum est. Cf. infra v. 236. 952. Hecub. 731: ὡς τἀκεῖθεν εὖ Πεπραγμέν᾽ ἐστίν, εἴ τι τῶνδ᾽ ἐστὶν καλῶς. Troad. 1170. Iph. T. 43. Or. 17. Ceterum lepidam venerum Helenae descriptionem a Constantino Manasse factam Meziriacus exhibuit in Comment. ad Ovid. Epist. T. II. p. 361. [Adde Tzetzae Antehomer. v. 114—120.] PFLUGK.

V. 28. προτείνασ᾽] mercedis loco offerens. Sic κέρδος προτείνων Aesch. Prom. 802. τελετάς Bacch. 238. μισθόν, σπονδάς, ἀξιώσεις πρ. Aelianus H. A. XI. 33. Appian. Bell. Civ. V, 50. Plutarch. Anton. 5. V. ad Androm. 428. PFLUGK.

V. 29. λιπὼν δὲ βούσταθμ᾽ Ἰδαῖος Πάρις] Quod Paris pastoris munere in Ida monte fungebatur, si stabula sua Idaeus Paris reliquisse dicebatur, hoc nihil erat aliud nisi hoc, stabula in Ida monte reliquisse Paridem, prorsus contemnenda erat Elmsleii coniectura Ἰδαίας χθονός, quae orationem Euripidis, quia colore poetico privat, efficit multo etiam deteriorem. R. K.

V. 31. μεμφθεῖσα] offensa, irata. Hom. Il. α, 65. de Apolline: εἴτ᾽ ἄρ᾽ ὅγ᾽ εὐχωλῆς ἐπιμέμφεται εἴθ᾽ ἑκατόμβης. De Venere Eurip. Hipp. 1402: τιμῆς ἐμέμφθη. Item de Marte Soph. Ai. 179: μομφὰν ἔχων ξυνοῦ δορός. PFLUGK.

V. 32. ἐξηνέμωσε] irritum reddidit coniugium. Vid. Hermann. ad Soph. Trach. v. 326. p. 71. PFLUGK. Ἐξανε-

εἴδωλον ἔμπνουν οὐρανοῦ ξυνθεῖσ' ὕπο,
Πριάμου τυράννου παιδί· καὶ δοκεῖ μ' ἔχειν,
κενὴν δόκησιν, οὐκ ἔχων, τὰ δ' αὖ Διὸς
βουλεύματ' ἄλλα τοῖςδε συμβαίνει κακοῖς·
πόλεμον γὰρ εἰςήνεγκεν Ἑλλήνων χθονὶ
καὶ Φρυξὶ δυστήνοισιν, ὡς ὄχλου βροτῶν
πλήθους τε κουφίσειε μητέρα χθόνα,
γνωτόν τε θείη τὸν κράτιστον Ἑλλάδος.
Φρυγῶν δ' ἐς ἀλκὴν προὐτέθην ἐγὼ μὲν οὔ,
τὸ δ' ὄνομα τοὐμόν, ἆθλον Ἕλλησιν δορός.

V. 35. τυράννῳ παιδὶ G. Hermannus coll. Alcest. v. 1150: ἐγὼ δὲ τὸν προκείμενον πόνον Σθενέλου τυράννῳ παιδὶ πορσυνῶ μολών, ubi itidem nonnulli libri τυράννου habent scriptum.

V. 42. προὐτέθην Musgravius, quem recentiores fere omnes sequuti sunt. προὐθέμην Cod. C., quod vix queas defendere iis, quae composuit A. Matthiae Gr. Gr. ampl. §. 496. 8.

μοῦν non est irritum reddere, quam in sententiam etiam Lexicographi interpretati sunt hanc vocem, sed revera ventosum facere aliquid, quod dicitur rectissime de coniugio Helenae ac Paridis propterea, quod non veram et meram Helenam habuit, sed effigiem ex aëre assimulatam (ein Luftgebilde). Ipse G. Hermannus, quem laudat Pflugkius, nihil habet ad Sophoclis Ai. 327. p. 60 sq. ed. sec. quod Pflugkii rationem adiuvet. R. K.

V. 34. οὐρανοῦ ξυνθεῖσ' ὕπο] Nihil causae erat quamobrem auctore G. Hermanno A. Nauckius et Kirchhoffius ederent ἄπο pro ὕπο. Ex ipso enim loco, unde imaginem istam compositam protulisse dicitur Iuno, intelligi poterat quanam ex re composita esset. Neque vero ex eo loco, qui infra legitur v. 583 sqq., quo usus est G. Hermannus, efficitur hic ἄπο potius quam ὕπο scribendum esse, praesertim quum ibi aetheri ipsi aliqua efficiendi vis tribuatur his verbis: *MEN.* καὶ τίς βλέποντα σώματ' ἐξεργάζεται; *ΕΛΕΝ.* Αἰθήρ, ὅθεν σὺ θεοπόνητ' ἔχεις λέχη. Nam quae ibi sequuntur: *MEN.* τίνος πλάσαντος θεῶν; ἄελπτα γὰρ λέγεις. *ΕΛΕΝ.* Ἥρας διάλλαγμ', ὡς Πάρις με μὴ λάβοι., ad deam, quae rem designaverit eique formam dederit, pertinent, quum aether ex se materiem praeberet. R. K.

V. 35. Alcest. 351: τὴν φίλην ἐν ἀγκάλαις Δόξω γυναῖκα καίπερ οὐκ ἔχων ἔχειν: Ψυχρὰν μὲν οἶμαι τέρψιν. Demosth. c. Aristocr. §. 100. ἤδη δέ τινα εἶδον τοῖς νόμοις μὲν ἁλισκόμενον, ὡς δὲ συμφέρονθ' ὑμῖν γέγραφε λέγειν ἐπιχειροῦντα καὶ ταύτῃ βιαζόμενον, εὐήθη μέν, οἶμαι, μᾶλλον δ' ἀναιδῆ λόγον. PFLUGK. Conf. Rost. gr. Gr. §. 101. 3. c. p. 485. ed. sept. R. K.

V. 40. Rhes. 281: λόγου δὲ δὶς τόσου μ' ἐκούφισας. El. 72: μόχθου 'πικουφίζουσαν. Orest. 1347: οἴκτειρον ἡμᾶς κἀποκούφισον κακῶν. V. A. Matth. Gr. gr. §. 353. [Rost. gr Gr. p. 545 sq. ed. sept. R. K.] PFLUGK.

V. 42 Φρυγῶν δ' ἐς ἀλκὴν προὐτέθην ἐγὼ μὲν

λαβὼν δέ μ' Ἑρμῆς ἐν πτυχαῖσιν αἰθέρος
νεφέλῃ καλύψας, οὐ γὰρ ἠμέλησέ μου
Ζεύς, τόνδ' ἐς οἶκον Πρωτέως ἱδρύσατο,
πάντων προκρίνας σωφρονέστατον βροτῶν,
ἀκέραιον ὡς σώσαιμι Μενέλεῳ λέχος.
κἀγὼ μὲν ἐνθάδ' εἴμ', ὁ δ' ἄθλιος πόσις
στράτευμ' ἀθροίσας τὰς ἐμὰς ἀναρπαγὰς
θηρᾷ, πορευθεὶς Ἰλίου πυργώματα.
ψυχαὶ δὲ πολλαὶ δι' ἔμ' ἐπὶ Σκαμανδρίοις
ῥοαῖσιν ἔθανον· ἡ δὲ πάντα τλᾶσ' ἐγὼ
κατάρατός εἰμι, καὶ δοκῶ προδοῦσ' ἐμὸν

V. 48. *Μενέλεῳ* Portus, C. Keilius et recentiores. *Μενέλεω* Cod. *C.*

V. 49. Aristophanes Thesmoph. v. 866. Euripidem irridens haec habet: *κἀγὼ μὲν ἐνθάδ' εἴμ', ὁ δ' ἄθλιος πόσις οὑμὸς Μενέλεως οὐδέπω προσέρχεται.*

V. 52. 53. Aristophanes l. c. v. 864. sq. Mnesilochum οὗ] Multi post *προϊτέθην* comma posuerunt. Non solent in eiusmodi locis inhibere vocem Graeci, non magis quam Latini: Phrygum in manum mandata sum ego quidem non dicam, nomen vero meum. R. K.

V. 44. *ἐν πτυχαῖσιν αἰθέρος*] Haec utrum iungas cum sequentibus *νεφέλῃ καλύψας*, an ad *λαβὼν* referas, perinde est: modo teneas *λαβὼν* dici pro eo quod uberius dicas *ἀναγαγὼν καὶ λαβών*. PFLUGK.

V. 45. *οὐ γὰρ ἠμέλησέ μου Ζεύς*] Quippe cuius iussu Mercurius ipsam ad Proteum detulerit. R. K.

V. 47. *προκρίνας*] Satisfacere videatur simplex *κρίνας*, subsequente superlativo. Sed eodem modo Xenophon Cyrop. II, 3, 8: *ἀλλὰ πᾶσι καὶ τοῦτο προκέκριται κάλλιστον εἶναι.* PFLUGK.

V. 56. *τί δῆτ' ἔτι ζῶ*] Velut crimine oblato purgare se studet in eo, quod non amplexa sit sententiam multum celebratam in tragoediis, *τοῦ ζῆν δὲ λυπρῶς κρεῖσσόν ἐστι κατθανεῖν.* Troad. 632. PFLUGK.

V. 57. *ἔτι*] posthac aliquando. Aeschylus Prom. 518: *εὔελπίς εἰμι τῶνδέ σ' ἐκ δεσμῶν ἔτι λυθέντα μηδὲν μεῖον ἰσχύσειν Διός.* V. Seidler. ad El. 636. PFLUGK. Paullo pinguius sententiam particulae *ἔτι* reddidit Pflugkius, quae per se minime posthac aliquando significare potest. Est *ἔτι* potius adhuc, quo significatur particula non iam spem omnem evanuisse fore, ut rursus etiam melior condicio vitae Helenae contingat. — Quod autem *κλεινόν μ'* scribi voluit G. Hermannus, quem sequuti etiam alii sunt, id hoc quidem loco prorsus supervacaneum est, quod quo pertineat res minime ignoratur, nec in vaticinantis quasi oratione expressa singula solent esse, sed potius obiter omnia significata magis quam denuntiata, quo magis etiam placet in sequentibus solutior oratio *γνόντος*, quam si concinniore quidem oratione ex inutili Budhami coniectura scribas: *γνόντι μ' ὡς κτέ.* R. K.

V. 58. *γνόντος*] Exspectes *γνόντι*. Sed correctionem et ver-

πόσιν συνάψαι πόλεμον Ἕλλησιν μέγαν.
τί δῆτ' ἔτι ζῶ; θεοῦ τόδ' εἰςήκουσ' ἔπος
Ἑρμοῦ, τὸ κλεινὸν ἔτι κατοικήσειν πέδον
Σπάρτης σὺν ἀνδρί, γνόντος ὡς ἐς Ἴλιον
οὐκ ἦλθον, ἵνα μὴ λέκτρ' ὑποστρώσω τινί.
ἕως μὲν οὖν φῶς ἡλίου τόδ' ἔβλεπε
Πρωτεύς, ἄσυλος ἦν γάμων· ἐπεὶ δὲ γῆς
σκότῳ κέκρυπται, παῖς ὁ τοῦ τεθνηκότος
θηρᾷ γαμεῖν με. τὸν πάλαι δ' ἐμὸν πόσιν
τιμῶσα Πρωτέως μνῆμα προςπίτνω τόδε
ἱκέτις, ἵν' ἀνδρὶ τἀμὰ διασώσῃ λέχη,

facit loquentem: ψυχαὶ δὲ πολλαὶ δι' ἔμ' ἐπὶ Σκαμανδρίαις ῥοαῖσιν ἔθανον.

V. 56. τί δῆτ' ἔτι ζῶ;] Aristophanes l. c. v. 868. τί οὖν ἔτι ζῶ τῶν κοράκων πονηρίᾳ;

V. 57. κλεινόν μ' G. Hermannus, A. Nauckius.

V. 59. λέχος Eustathius ad Il. p. 30.

V. 64. προςπιτνῶ Cod. C.

sus respuit et genus constructionis bonos auctores habet. Hom. h. Cer. 57: τόφρα οἱ ἐλπὶς ἔθελγε μέγαν νόον ἀχνυμένης περ. Iliad. π, 531. Eurip. Troad. 76. Herc. Fur. 1331. Xenoph. An. II, 4, 24. 6, 3. Vid. Schaefer. ad L. Bos. p. 51. Baehr. in Creuzeri Melett. III. p. 80. Fritzsch. Q. L. p. 173. Matth. Gr. §. 561. [Rost. gr. Gr. §. 131. p. 720 sq. ed. sept.] Nec frustra compares quae de Latinis scriptoribus monuerunt Oudendorpius ad Caes. B. Gall. VII, 4. Wolfius ad Sueton. Tiber. 31. PFLUGK.

V. 59. ἵνα μὴ λ. ὑποστρώσω τινί] Dictionem ex Homerico fonte derivatam explicavit Buttmannus Lexil. I. p. 11. Ceterum haec verba ne quis quo non debent referret, cavit Musgravius, cohaerere monens, quamvis satis longo dirempta intervallo, θεοῦ τόδ' εἰςήκουσ' ἔπος — ἵνα μὴ ὑποστρώσω. Diremit etiam Homerus quae cohaerere non senserunt editores, Odyss. ρ, 22: ἐμὲ δ' ἄξει ἀνὴρ ὅδε, τὸν σὺ κελεύεις, Αὐτίκ', ἐπεί κε πυρὸς θερέω ἀλέη τε γένηται — Αἰνῶς γὰρ τάδε εἵματ' ἔχω κακά — μή με δαμάσσῃ Στίβη ὑπηοίη. Restat, ut de coniunctivo dicatur, quem quamvis aoristo praegresso posuit recte et ordine, traducta cogitatione atque oratione Helenae ab eo, quod efficere voluisset Mercurius, ad id, quod dei monitu faciendum sibi mulier mariti amantissima ducebat. Cf. Bacch. 475. 806. Ion. 1557. El. 95. Hecub. 27. ibiq. adnot. PFLUGK.

V. 61. ἄσυλος ἦν γάμων] "i. e. οὐκ ἐσυλώμην τοὺς γάμους, vel οἱ ἐμοὶ γάμοι οὐκ ἐσυλῶντο." A. MATTHIAE. Prius teneas. PFLUGK. Permirum est Pflugkium A. Matthiae explicationem, quae una eademque est, quasi duplicem accepisse et priorem anteferendam censuisse. Recte etiam G. Hermannus adnotavit: "Hesychius ἄσυλον interpretatur ἀβλαβές. Helena se dicit ἄσυλον γάμων fuisse, quod sibi salvum manserit Menelai conubium, neque ab eo fuerit avulsa." R. K.

V. 65. διασώσῃ] scil. ὁ Πρωτεὺς sive τὸ Πρωτέως μνῆ-

ὡς, εἰ καθ' Ἑλλάδ' ὄνομα δυςκλεὲς φέρω,
μή μοι τὸ σῶμά γ' ἐνθάδ' αἰσχύνην ὄφλῃ.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

τίς τῶνδ' ἐρυμνῶν δωμάτων ἔχει κράτος;
Πλούτου γὰρ οἶκος ἄξιος προςεικάσαι,
βασίλειά τ' ἀμφιβλήματ' εὔθριγκοί θ' ἕδραι.
ἔα.
ὦ θεοί, τίν' εἶδον ὄψιν; ἐχθίστην ὁρῶ

V. 68. hunc versum ante oculos habuit Aristophanes Thesmoph. v. 871.
V. 74. θεοῖς ἴσον μίσημ' ἔχεις ἐλένη σ' ἀπ. (ἑλένης ἀπ. e corr. m. sec.) Cod. C. μίμημ' H. Stephanus.
V. 76. πόδ' Tan. Faber. πότ' Cod. C. Mox πτερῷ P. Elmsleius ad Iphig. Taur. 646. Med. 1131. Bacch. 89. coniecit scribendum pro πέτρῳ, quod est in Cod. C. Huic coniecturae speciem aliquam conciliari posse coll. Troad. 811. Iphig. Taur. 1239. Herc. Fur. 195. recte censuit Pflugkius, qui comparavit etiam Naekii Choerilea p. 191. et Teucrum habilem arcu et sagittis

μα. PFLUGK.

V. 67. μή μοι τὸ σῶμά γ' ἐνθάδ' αἰσχύνην ὄφλῃ] Quod A. Kirchhoffius coniecit: μήτοι τὸ σῶμά γ', id deteriorem etiam Euripidis orationem reddit. Oppositio enim, quae est inter ὄνομα et σῶμα Helenae, per se etiam omissa ista adseverativa particula satis exstat, pronomen autem μοι, quo indicat Helena se cavere ne sibi aliquid ignominiae nascatur, si ipsum corpus violetur, aptissimum ad h. l. est. R. K.

V. 68. Velleius I, 1: Teucer, non receptus a patre Telamone ob segnitiam non vindicatae fratris iniuriae, Cyprum appulsus cognominem patriae suae Salaminem constituit. Similia tradit Tzetzes ad Lycophr. 450. Nonnus XIII, 461. Huius posteros regio honore in Cypro floruisse monet Pausan. II, 29, 4. PFLUGK.

V. 69. "Non coniiciebat, sed videbat aedes dignas esse homine beato. Malim igitur προςαυγάσαι." MUSGRAVIUS. Immo videbat quales essent, sed cuius essent coniiciebat. Ordo hic est: οἶκος ἄξιός (ἐστι) προςεικάσαι Πλούτου (εἶναι). In his προςεικάσαι dictum pro προςεικασθῆναι. Soph. Oed. T. 777: τύχη θαυμάσαι ἀξία. Plato Phaedon. p. 92. D: δι' ὑποθέσεως ἀξίας ἀποδέξασθαι. V. A. Matth. Gr. §. 535. b. adnot. [Rost. gr. Gr. §. 125. 6. p. 696 sq.] Boisson. ad Aristaen. p. 438 sq. Hanc constructionem numero τῶν εἰς κάλλος ἠσκημένων habet Grammaticus in Bekkeri Anecd. I. p. 412, 9. Ceterum quod εἶναι subaudiendum esse dixi, hac ellipsi fortasse ne opus quidem est. Noster Bacch. 496: τόνδε Διονύσου φορῶ. Plato de Rep. VIII. p. 567. E: τοὺς δούλους — τῶν περὶ ἑαυτὸν δορυφόρων ποιήσασθαι. Ad huius loci similitudinem facile revoces Electr. v. 252: σκαφεύς τις ἢ βουφορβὸς ἄξιος δόμων. PFLUGK. Recte G. Hermannus adnotavit Euripidem imitatum esse illud Homeri Odyss. IV. 74: Ζηνός που τοιήδε γ' Ὀλυμπίου ἔνδοθεν αὐλή., d

γυναικὸς εἰκὼ φόνιον, ἥ μ' ἀπώλεσε
πάντας τ' Ἀχαιούς. θεοί σ', ὅσον μίμημ' ἔχεις
Ἑλένης, ἀποπτύσαιεν. εἰ δὲ μὴ 'ν ξένῃ
γαίᾳ πόδ' εἶχον, τῷδ' ἂν εὐστόχῳ πτερῷ
ἀπόλαυσιν εἰκοῦς ἔθανες ἂν Διὸς κόρης.

ΕΛΕΝΗ.

τί δ', ὦ ταλαίπωρ', ὅστις ὢν μ' ἀπεστράφης,
καὶ ταῖς ἐκείνης συμφοραῖς ἐμὲ στυγεῖς;

hisce adnotavit coll. Sophoclis Aiac. 1120. *Πτερῷ* G. Hermanno auctore, qui attulit Aeschyli Sept. ad Theb. 682., ubi quum et *πέτρων* et *πτερῶν προβλήματα* legeretur, alter Scholiastes scripsisset: *τὰ δὲ πτερῶν προβλήματα τοὺς ὀιστοὺς νόει*, fere editores recentiores omnes receperunt.

V. 77. *ἀπόλαυσιν εἰκοῦς* Reiskii coniectura est, quam iure Porsonus commendavit ad Aristophanis Plut. 314. *ἀπώλλυσ' ἂν εἰκοῦς* Cod. C. Eadem fere permutatio litterarum fuit in Herc. Fur. v. 1370., ubi Canterus pro *ἀπόλλυσιν* restituit *ἀπόλαυσιν*.

constructione autem sic existimavit, ut Pflugkii rationem non prorsus improbaret, verum tamen simplicius esse censeret *εἰκοῦς* subintelligi. *Πλούτῳ* coniecit nuper Nauckius. R. K.

V. 1521. *ἥν γε ξένῳ δίδως σὺ τούς τε σοὺς ἔχων ναύτας βέβηκεν*] Haec sanissima sunt. Et Hermannus quidem ipse vidit *ἥν γε* recte defendi posse, ut esset haec ipsa. Respicit autem in eiusmodi locis *γὲ* particula ad haec quae praecesserunt verba Theoclymeni: *τίς δέ νιν ναυκληρία ἐκ τῆσδ' ἀπῆρε χθονός; ἄπιστα γὰρ λέγεις.* Nam miranti quo navigio effugerit *dicitur:* Ea quidem navi, quam tu dedisti etc. Quum de universo usu particulae post pronomina relativa positae tum de hoc ipso genere dixi ad Devar. vol. II. p. 304 sq. Quod autem Kirchhoffius *δὲ* potius quam *τὲ* in verbis iis quae sequuntur scribi voluit, non magis adsentior. Navis primaria res est, cui deinceps nautae ut res necessario eo pertinentes adiunguntur, ut *τὲ* particula vere suum locum obtineat. Navem qui-

ΘΕΟΚΛΥΜΕΝΟΣ.

πῶς; εἰδέναι πρόθυμος· οὐ γὰρ ἐλπίδων
εἴσω βέβηκα μίαν ὑπερδραμεῖν χέρα
τοσούςδε ναύτας, ὧν ἀπεστάλης μέτα.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ἐπεὶ λιποῦσα τούςδε βασιλείους δόμους
ἡ τοῦ Διὸς παῖς πρὸς θάλασσαν ἐστάλη,
σοφώταθ' ἁβρὸν πόδα τιθεῖσ' ἀνέστενε
πόσιν πέλας παρόντα κοὐ τεθνηκότα.
ὡς δ' ἤλθομεν σῶν περίβολον νεωρίων,
Σιδωνίαν ναῦν πρωτόπλουν καθείλκομεν,
ζυγῶν τε πεντήκοντα κἀρετμῶν μέτρα
ἔχουσαν· ἔργον δ' ἔργον ἐξημείβετο·

V. 1532. *μέτρα* Cod. *C.* *μέτα* ex apogr. Paris. altero A
V. 1534. *καθίστατο* Barnesius. *καθίσατο* Cod. *C.*
V. 1535. "Fort. *ταρσός τ' ἐχώρει. εἷς ἓν ἦν* corrupta." KI
HOFFIUS. *ταρσόν τ' ἐνεῖρε* Badhamus. *ἱστί' εἱμέν'*
Boeckhius.
V. 1537. *μόχθου* proponit Kirchhoffius.

dem, quam tu dedisti tuosque nautas habens etc. De praesenti *δίδως* conf. Med. 954 sq.: *κεκτημένη τε κόσμον, ὅν ποθ' Ἥλιος Πατρὸς πατὴρ δίδωσιν ἐκγόνοισιν οἷς.* cl. ib. v. 1321 sq. et Verg. Aen. IX, 266: cratera antiquum (tibi dabo), quem dat Sidonia Dido. R. K.

V. 1523. *εἰδέναι — πρόθυμος*] Scil. *εἰμί.* Talis ellipsis observata est a viris doctis etiam in aliis adiectivis, ut *ἄξιος, ἱκανός, ἕτοιμος.* Homerus Od. ρ, 283: *οὐ γάρ τι πληγῶν ἀδαήμων οὐδὲ βολάων.* Theocrit. Idyll. XIV, 45. Vid. Schaefer. ad L. Bos. p. 605 sq. Seidler. ad Eurip. Electr. 37. PFLUGK. De ellipsi post vocem *ἕτοιμος* vide quae dixi ad Med. 612. p. 69. ed. Goth. sec. ad Phoen. 973 sq. p. 158. R. K.

V. 1533. *ἔργον δ' ἔ. ἐξημείβετο*] v. Math. Gr. §. 364. [Rost. gr. Gr. p. 55 sept.] Ceterum notandu imperfectorum, ut in re plena. PFLUGK.

V. 1534. "Miror pleon *πλάτην ταρσόν τε.* Cert inter utrumque intersit n sequor. *πλάτην καθίστασ* terpretor remum suo recte, ponere i. e. ap MATTHIAE. *πλάτην ταρ* eodem pacto coniuncta vi quo *μουσεῖα καὶ θάκους* v. atque omnino saepe vide dem casu poni, quorum a ab altero suspensum esse bat, ut pars a toto. P Lib. I, 90: *τῆς δὲ κώπης οὐ λαμβάνονται οἱ ναῦται ρίδιον, τὸ δὲ μέσον οὐραχ δὲ τελευταῖον πτερὰ καὶ κωπῶν.* PFLUGK. G. mannus quae sunt in verba servans sic interp est: 'Alius remos re umque constituebat nui, in unumque coni

ϒὰρ ἱστὸν, ὁ δὲ πλάτην καθίστατο
τε χειρὶ λευκά θ' ἱστί' εἰς ἓν ἦν,
ί τε ζεύγλαισι παρακαθίετο.
δε μόχθῳ, τοῦτ' ἄρα σκοπούμενοι,
; ἄνδρες, Μενέλεῳ ξυνέμποροι,
'θον ἀκταῖς, ναυφθόροις ἠσθημένοι
ιν, εὐειδεῖς μὲν, αὐχμηροὶ δ' ὁρᾶν.
νιν παρόντας Ἀτρέως γόνος,
ε, δόλιον οἶκτον εἰς μέσον φέρων·
ονες, πῶς ἐκ τίνος νεὼς ποτε
ς θραύσαντες ἥκετε σκάφος;
ρέως παῖδ' ὀλόμενον συνθάπτετε,
δαρὶς παῖς ἥδ' ἀπόντα κενοταφεῖ;

539. ναυφθόροις Cod. *C.* ναυφόροις Aldus, fortasse Paris. altero.
545. ὀλόμενον Stephanus. ὀλούμενον Cod. *C.*
546. ἀπόντα Brodaeus et Stephanus. ἄκοντα Aldus. *C.* parum constat.

vela erant, id est,
remos aptabant, idem
lis. Vix credo sana
esse. R. K.
6. ζεύγλαισι] loris
ivus adligabatur. Mus-
laudat Orphei Ar-
ἔπι δ' αὖτ' οἴηκας ἔδη-
νόθεν ἀρτήσαντες, ἐπε-
δ' ἱμᾶσιν. Act. Apost.
40: αἱ ζευκτηρίαι τῶν
PFLUGK.

7. τοῦτ' ἄρα σκοπού-
id *scilicet* ipsum
ntes. Interposita par-
x significat, postea co-
um nihil suspicantibus;
ac temere Graecos en-
e, sed proviso ante
occasionem speculatos.
not. ad Androm. 1089.
um. ad Plat. Remp. II.
). PFLUGK.

8. ξυνέμποροι] συν-
interpretatur Timae-
Plat. s. v., ubi vid.
Ruhnken. Aeschylus Suppl. 916: τί σοι λέγειν χρὴ τοὔνομ'; ἐν χρόνῳ μάθοις Ἴσως ἂν αὐτὸς χοί ξυνέμποροι σέθεν. Sic hic locus scribendus videtur. Disputavit de hac voce etiam Valckenar. ad Callim. eleg. fr. p. 207. PFLUGK.

V. 1545. ἄρ' — συνθάπτετε;] i. q. ἄρα πάρεστε συνθάψοντες; Nec tamen dicam praesens pro futuro usurpatum. Hoc tempore si uteretur, consilium exquireret; praesens quum posuit, in speciem quidem interrogat, re iubet et hortatur, ut funus prosequantur. PFLUGK. "Necessario hic praesente utendum erat. Non enim quaerit Menelaus velintne secum facere mortuo, nec iubet eos id facere: sed quasi credat eos comperisse quid agatur, quaerit: qua navi confracta huc venistis? num Menelaum sepelientibus nobis adestis socii?" G. HERMANNUS.

οἱ δ' ἐκβαλόντες δάκρυα ποιητῷ τρόπῳ
εἰς ναῦν ἐχώρουν, Μενέλεῳ ποντίσματα
φέροντες. ἡμῖν δ' ἦν μὲν ἥδ' ὑποψία
λόγος τ' ἐν ἀλλήλοισι, τῶν ἐπειςβατῶν
ὡς πλῆθος εἴη· διεσιωπῶμεν δ' ὅμως
τοὺς σοὺς λόγους σώζοντες· ἄρχειν γὰρ νεὼς
ξένον κελεύσας πάντα συνέχεας τάδε.
καὶ τἆλλα μὲν δὴ ῥᾳδίως εἴσω νεὼς
ἐθέμεθα κουφίζοντα· ταύρειος δὲ ποὺς
οὐκ ἤθελ' ὀρθὸς σανίδα προςβῆναι κάτα,
ἀλλ' ἐξεβρυχᾶτ' ὄμμ' ἀναστρέφων κύκλῳ,

V. 1550. *λόγος τ'* L. Dindorfius. *λόγος δ'* Cod. ratio est Sophoclei loci de Antig. 255. *λόγοι δ' ἐν* ἀ *ἐῤῥόθουν κακοί κτέ.*

V. 1551. *διεσιωπῶμεν* Cod. *C.* secundum Victor. et *διεσκοπῶμεν* Aldus.

V. 1554. *καὶ τἆλλα μὲν δὴ* Canterus. *Καὶ ταῦτ*ι Cod. *C.*

V. 1555. *ἐθέμεσθα* ex apogr. Paris. altero Aldus.

V. 1558. *παρεμβλέπων* Cod. *C.* secundum Victor. et

V. 1547. *ποιητῷ τρόπῳ*] subdole, cum fraude ac simulatione. PFLUGK.

V. 1549. *ἥδ' ὑποψία*] i. e. *ἦν μὲν τόδε δι' ὑποψίας.* Hinc liquet cur non additus sit articulus, de cuius omissione conferas quae monuerunt Stallb. ad Plat. Phaedon. p. 97. A. Engelhardt. ad Lach. init. PFLUGK. De sententia quidem comparavit G. Hermannus Iphig. Taur. 1334: *καὶ τάδ' ἦν ὕποπτα μέν, Ἤρεσκε μέντοι σοῖσι προςπόλοις, ἄναξ.* R. K.

V. 1555. *κουφίζοντα*] intransitive, ut apud Hesiod. Op. et D. 463: *ἔτι κουφίζουσαν ἄρουραν*, i. e. Tzetze interprete, *κούφην οὖσαν.* [Hermannus in censura edit. Goettlingianae Opusc. vol. VI. *ἐπικουφίζοντα* apud Hesiodum scribi voluit, ut *τὸ σπείρειν* intelligeretur. Respondit Hermanno Goettlingius in altera editione Hesiodi l. c. p. 211. R. K.]

Ceterum *ἐθέμεθα* h vim plusquamperfecti l Buttm. Gr. §. 137. 3. P

V. 1557. *ἐξεβρυχά* *ὁ ταῦρος*: quod ex p *ταύρειος πούς* repetendu ut monuit Porsonus a 297, quum personam quutione significant Gra citissime ad ipsam pers vertuntur. PFLUGK.

V. 1559. *μὴ θ. ἀπ* De pleonasmo negativ culae alibi iam monitum nae fr. XIV. [Alcmeo 4. p. 304. ed. Nauck.]: *μὴ λέγειν ἃ βούλεται.* I Orat. II. p. 103: *κατεί* *μὴ ἐπὶ τοῦ Τίγρητος σι* *ἐμβολαῖς.* Cf. ad Hec PFLUGK.

V. 1561–1564. *οὐ* *ἐμβαλεῖτε*] Imperativ constructio. Apertum quum aliis exemplis san ut v. 1597. Iph. T. 14 huius sententiae parte

ρτῶν τε νῶτα κεὶς κέρας παρεμβλέπων
ὴ θιγγάνειν ἀπεῖργεν. ὁ δ' Ἑλένης πόσις
άλεσεν· ὦ πέρσαντες Ἰλίου πόλιν,
ἰ εἶ' ἀναρπάσαντες Ἑλλήνων νόμῳ
ανίαις ὤμοισι ταύρειον δέμας
ἐς πρῷραν ἐμβαλεῖτε, φάσγανόν θ' ἅμα
ρόχειρον ὤσει, σφάγια τῷ τεθνηκότι;
ὶ δ' εἰς κέλευσμ' ἐλθόντες ἐξανήρπασαν
ῦρον, φέροντες δ' εἰςέθεντο σέλματα.
νάμπυκον δὲ Μενέλεως ψήχων δέρην
ωπά τ' ἐξέπεισεν εἰςβῆναι δόρυ.

' ἐμβλέπων Aldus.
οὔκουν
V. 1561. οὐκ εἶ Cod. C.
V. 1564. ὤθει Duportus, quod receperunt Hermannus Nauckius ea verba in parenthesi ponentes, ut Euripides haec scripserit ex persona nuntii.
V. 1566. φέροντες δ' Cod. C. Particula in apogr. Paris. altero omissa est, unde Musurus φέροντές τ' scripsit, alia suppleta particula.

...e desinit in verbo ἐμβαλεῖτε. Transitu autem facto a persona ...rem, quum esset minus aper... vis imperandi in sequentibus, ...sionem ea res dedit viro do... multa miraque moliendi. Tu ... sic accipies, quasi φάσγανόν θ' ἅμα πρόχειρον ἕξετε, ὥστε ... σφάγια τῷ τεθνηκότι; Ubi ... σφάγια est ferro traie... victimam immolare, eodem modo dictum ut σφάγια ...ίσσειν Orest. v. 1285. — Versu 1561. quod dicitur Ἑλλήνων νόμῳ non de lege Graecorum nescio qua capies, sed significant ista: fortiter atque impavide, ut solent Graeci. — V. 1563. De scriptura vocabuli πρῷρα monuit Hermannus ad Soph. Phil. 480. PFLUGK.

V. 1565. εἰς κέλευσμ' ἐλθόντες] i. e. κελευσθέντες. Haec phrasis non perinde cognita atque illa, quae est ἔρχεσθαι διά τινος, cuius simillima est. PFLUGK. G. Hermannus hanc Pflugkii explicationem iure reprehendit, quod negavit κέλευσμα hoc loco esse imperium universum, esse potius celeusma, i. e. eam acclamationem quam facere debent ii, qui onus maius moliri conantur, ut ex numero agant et una omnes prehendant eam rem eodemque modo moveant. Id Graece dici ἐκ κελεύσματος cernique potissimum in remigantibus, qui nisi iuncti simul remos eodem modo moveant, impediant magis cursum navis quam adiuvent, in quam rem adfert ipse Aeschyli Pers. 396.: εὐθὺς δὲ κώπης ῥοθιάδος ξυνεμβολῇ Ἔπαισεν ἅλμην βρύχιον ἐκ κελεύσματος. et Euripidis Iphig. Taur. 1405. R. K.

V. 1567. μονάμπυκον δέρην] μονάμπυκος δέρη tauri dicitur, qui non cum aliis copulatus, sed in se vinctus est, ut funem circum cornua religatum

τέλος δ' ἐπειδὴ ναῦς τὰ πάντ' ἐδέξατο,
πλήσασα κλιμακτῆρας εὐσφύρου ποδὸς
Ἑλένη καθέζετ' ἐν μέσοις ἑδωλίοις,
ὅ τ' οὐκέτ' ὢν λόγοισι Μενέλεως πέλας·
ἄλλοι δὲ τοίχους δεξιοὺς λαιούς τ' ἴσοι
ἀνὴρ παρ' ἄνδρ' ἕζονθ' ὑφ' εἵμασι ξίφη
λαθραῖ' ἔχοντες, ῥόθιά τ' ἐξεπίμπλατο
βοῆς, κελευστοῦ φθέγμαθ' ὡς ἠκούσαμεν.
ἐπεὶ δὲ γαίας ἦμεν οὔτ' ἄγαν πρόσω
οὔτ' ἐγγύς, οὕτως ἤρετ' οἰάκων φύλαξ·
ἔτ', ὦ ξέν', εἰς τὸ πρόσθεν, ἢ καλῶς ἔχει,
πλεύσωμεν; ἀρχαὶ γὰρ νεὼς μέλουσί σοι.
ὁ δ' εἶφ'· ἅλις μοι· δεξιᾷ δ' ἑλὼν ξίφος
εἰς πρῷραν εἷρπε, κἀπὶ ταυρείῳ σφαγῇ

V. 1570. *κλιμαντῆρας* Cod. *C.* Correctum in Hervag secunda.

V. 1571. *ἑδωλίων* (*οις* supra) Cod. *C.*

V. 1574. *ἕζοντο* Cod. *C.* *ἕζενθ'* Barnesius.

V. 1575. *ῥόθιά τ'* Piersonus Verisim. p. 186. *ὄρθ* Cod. *C.*

V. 1576. *κελευστοῦ* Piersonus l. c. *κελεύθου* Cod. *C*

V. 1580. *σοι* Elmsleius ad Iphig. Taur. 199. *μοι* C

V. 1581. *εἶφ'* Barnesius. *εἶπεν* Cod. *C.*

V. 1588. *οὔριαι* G. Hermannus. *οὔριοι* Elmsleius ad 43. ad Heraclid. 822. *οὔρια* Cod. *C.*

habeat, quo, si opus fuerit, vi trahatur. Satius autem erat leniter mulcendo eo adducere bovem, ut ipse ascenderet navem, quod hic fecisse dicitur Menelaus. R. K.

V. 1570. *πλήσασα*] Cum Orestis v. 54: *λιμένα δὲ Ναυπλίειον ἐκπληρῶν πλάτῃ* comparavit Porsonus, ubi erat qui *ἐκπερῶν* coniiceret. *Κλιμακτῆρας* Hesychius interpretatur *τοὺς τῆς κλίμακος βαθμούς.* De *ἀποβάθραις* disputat Seidlerus ad Iph. T. p. 194. PFLUGK.

V. 1572. *ὅ τ' οὐκέτ' ὢν λόγοισι*] *ὁ οὐκέτι εἶναι λεγόμενος.* Vid. ad v. 1050. PFLUGK.

V. 1573. *τοίχους — ἕζοντο*] lateribus adside Iph. Aul. 141: *μή νυν μήτ' δεις ἵζου Κρήνας μήθ' ὑπν χθῆς.* V. ad Androm. 118. Gr. p. 494. ed. sept. — *παρ' ἄνδρα.* "i. e. s Graeci totidem Aegyptiis." gravius.

V. 1575 sq. "Mare implebatur clamore nautarum) statim ac p culi vocem audiv Longus Pastoral. Lib. *εἷς μὲν αὐτοῖς κελευστὴς να ᾖδεν ᾠδάς, οἱ δὲ λοιποὶ κα χορὸς ὁμόφωνος κατὰ καιρ ἐκείνου φωνῆς ἐβόων.* vid luc. Lib. 1. sect. 96. Incertus apud Suidam

νεκρῶν μὲν οὐδενὸς μνήμην ἔχων,
δὲ λαιμὸν ηὔχετ'· ὦ ναίων ἅλα
Πόσειδον Νηρέως θ' ἁγναὶ κόραι,
μ' ἐπ' ἀκτὰς Ναυπλίας δάμαρτά τε
ἐκ γῆς. αἵματος δ' ἀποῤῥοαὶ
ἐς ἠκόντιζον οὔριαι ξένῳ.
τόδ' εἶπε· δόλιος ἡ ναυκληρία·
πλέωμεν Ναξίαν· κέλευε σύ·
στρέφ' οἴακ'. ἐκ δὲ ταυρείου φόνου
σταθεὶς παῖς ἀνεβόησε συμμάχους·
ετ', ὦ γῆς Ἑλλάδος λωτίσματα,
, φονεύειν βαρβάρους, νεώς τ' ἄπο
ἐς οἶδμα; ναυβάταις δὲ τοῖσι τοῖς
λευστὴς τὴν ἐναντίαν ὄπα,

να
590. ἀξίαν Cod. C. secundum apogr. Pariss. ἀκτίαν Din-
, id quod recepit Nauckius. ἄξιον Bothius. ἀξιῶ
nannus. "Suspicor scribendum ἐξανείς, scil. κάλως.
ef. ad L. Bos. p. 520. adnot. ad Med. 278. ἑστίαν vel
coniiciebat Musgravius, ἐναντίαν Toupius ad Suid.
16. Vulgo capiunt de loco, qui tamen omnibus ignotus."
K. Improbavit Pflugkianam rationem G. Hermannus.
ıria.
592. συμμάχοις Nauckius.
595. ναυάταις Cod. C. secundum apogr. Pariss.

Οἱ δὲ κελευσταὶ τοῖς
τὸ ἐνδόσιμον ἐνέδοσαν·
ἱ τῇ ἐνδόσει ἀθρόοι τῷ
τηλάλαξαν." MUSGRA-
.
[9. Iunge: ἔτ', ὦ ξέν',
πόσθεν πλεύσωμεν, ἢ κα-
Vid. ad Hecub. 605.
K.
582. κἀπὶ ταυρείῳ
"Vertendum: et ad iu-
tauri. Hesychius:
κατὰ τὴν κατακλεῖδα
MUSGRAVIUS.
91. Recte Reiskius:
οὐ σταθῆναι est nego-
ctandae victimae confe-
'FLUGK.
93. ὦ γῆς Ἑ. λωτί-
σματα] O flos Graeciae.
In his γῆς Ἑλλάδος sublimius
quid et cothurno dignius sonat
quam simplex Ἑλλάδος, ususque
est eadem formula poeta in
Phoen. 1230. et, ubi merito
vulgatae lectionis patronum egit
Seidlerus, Iph. T. 1386. Vo-
cabuli λώτισμα elegantiam primo
declaraveris comparando simili
usu v. ἄνθος, Thucyd. IV, 133:
ἐπειδὴ καὶ ἐν τῇ πρὸς Ἀθηναίους
μάχῃ ὅ τι ἦν αὐτῶν ἄνθος ἀπο-
λώλει. Verg. Aen. VIII, 499:
O Maeoniae delecta iu-
ventus, Flos veterum vir-
tusque virum. tum verbum
illud componere licet, unde λώ-
τισμα descendit; cuius parem

οὐκ εἶ; ὁ μέν τις λοῖσθον αἴρεται δόρυ,
ὁ δὲ ζυγ' ἄξας, ὁ δ' ἀφελὼν σκαλμοῦ πλάτην,
καθαιματώσει κρᾶτα πολεμίων ξένων;
ὀρθοὶ δ' ἀνῇξαν πάντες, οἱ μὲν ἐν χεροῖν
κορμοὺς ἔχοντες ναυτικούς, οἱ δὲ ξίφη·
φόνῳ δὲ ναῦς ἐῤῥεῖτο· παρακέλευσμα δ' ἦν
πρυμνηθεν Ἑλένης· ποῦ τὸ Τρωϊκὸν κλέος;
δείξατε πρὸς ἄνδρας βαρβάρους· σπουδῆς δ' ὕπο
ἔπιπτον, οἱ δ' ὠρθοῦντο, τοὺς δὲ κειμένους
νεκροὺς ἂν εἶδες. Μενέλεως δ' ἔχων ὅπλα,
ὅποι νοσοῖεν ξύμμαχοι κατασκοπῶν,
ταύτῃ προσῆγε χειρὶ δεξιᾷ ξίφος,
ὥστ' ἐκκολυμβᾶν ναός· ἠρήμωσε δὲ
σῶν ναυβατῶν ἐρετμά. ἐπ' οἴακας δὲ βὰς
ἄναξ ἐς Ἑλλάδ' εἶπεν εὐθύνειν δόρυ.

V. 1597. [illegible] Cod. C
[illegible] Elmsleius ad Herc. [illegible] Cod. C
V. 1599. [illegible] Cod. C. [illegible] Elmsleius in C
Suppl. Herm. v. [illegible] ed. Lips.

[illegible] habet Suppl. [illegible] [illegible] Hermann [illegible]

V. [illegible] [illegible]

τὸν ἦρον, οὔριαι δ' ἧκον πνοαί,
δ' ἐκ γῆς· διαφυγὼν δ' ἐμὸν φόνον
ἐμαυτὸν εἰς ἄλλ' ἄγκυραν πάρα.
κάμνονθ' ὁρμιὰν τείνων μέ τις
, εἰς δὲ χαλὰν ἐξέβη ὡς ἐσοι
γελοῦντα. σώφρονος δ' ἀπιστίας
ιν οὐδὲν χρησιμώτερον βροτοῖς.

ΧΟΡΟΣ.

ποτ' ηὔχουν οὔτε σ' οὔθ' ἡμᾶς λαθεῖν
ον, ὦναξ, ὡς ἐλάνθανεν παρών. 1620

ΘΕΟΚΛΥΜΕΝΟΣ.

ικείαις τέχναισιν αἱρεθεὶς ἐγὼ τάλας·
γασιν γάμοι με. κεἰ μὲν ἦν ἁλώσιμος
ώγμασιν, πονήσας εἷλον ἂν τάχα ξένους·
τὴν προδοῦσαν ἡμᾶς τισόμεσθα σύγγονον,

611. ἄναξ Cod. C. ἄνακτ' Kirchhoffius. Tum ἐς ius. εἰς Cod. C.
612. ἰστί' ἦρον Emperius.
615. ὁρμιατόνων Marg. γρ. ὁρμιὰν τείνων) Cod. C. ὁρ-ων Musurus.

etiam Hom. Il. δ, 451: μαει γαῖα. Ceterum ni-e erat, cur relicta Elms-ndatione L. Dindor-riberet: ἔρρει τότ' ἄρα δ' ἦν, articulo videlicet, cui sua hoc loco vis PFLUGK. Recte G. nnus haec adnotavit: iae, etsi ῥέομαι bar-ocavit, reliquit veterem m, quam Musgravius mno et Philone Iudaeo rat: Lucianum et Plu-ita loquutos esse exem-ndit C. Iacobitz ad m c. 3. p. 8. Sic etiam sius Hal. Antiq. IV. 38. aliique recentiorum, tque ἐρρεῖτο ut Atticam, quum Iones ἐρρέετο, Phrynichus p. 220. enim hic passivi usus ab antiquioribus acce-Certe ἱδρῶτα ῥεούμενον est in oraculo apud Herodotum VII. 140. Formae isti defendendae Buttmannus in gramm. Gr. II. p. 114. admovit μαχεούμενος, corruptam putans esse scripturam, quae est apud Clementem ῥεεύμενον. Dubitari tamen potest, an fuerit ἐρρευμένον. Non igitur barbare scripsit Euripides, si scripsit ἐρρεῖτο'. R. K.

V. 1604. δείξατε] scil. το κλέος: facite vestram virtutem cognoscant. Proxima hoc modo supplenda: σπουδῆς δ' ὕπο σοί μὲν ἔπιπτον, de qua ellipsi dictum ad Hecub. 1160. item Porsono ad Orest. 891. Matth. Gr. §. 288. adnot. 4. PFLUGK.

V. 1620. παρών] Hinc ad λαθεῖν repete παρόντα. PFLUGK.

V. 1623. πονήσας] nulli labori pepercissem, quo

ἥτις ἐν δόμοις ὁρῶσα Μενέλεων οὐκ εἰπέ μοι.
τοιγὰρ οὔποτ' ἄλλον ἄνδρα ψεύσεται μαντεύμα

ΧΟΡΟΣ.

οὗτος ὦ, ποῖ σὸν πόδ' αἴρεις, δέσποτ', εἰς ποῖον φ

ΘΕΟΚΛΥΜΕΝΟΣ.

οἶπερ ἡ δίκη κελεύει μ'· ἀλλ' ἀφίστασ' ἐκποδὼν

ΧΟΡΟΣ.

οὐκ ἀφήσομαι πέπλων σῶν· μεγάλα γὰρ σπεύδεις

ΘΕΟΚΛΥΜΕΝΟΣ.

ἀλλὰ δεσποτῶν κρατήσεις δοῦλος ὤν;

ΧΟΡΟΣ.

φρονῶ γὰρ εὖ.

ΘΕΟΚΛΥΜΕΝΟΣ.

οὐκ ἔμοιγ', εἰ μή μ' ἐάσεις . . . .

ΧΟΡΟΣ.

οὐ μὲν οὖν σ' ἐάσ

ΘΕΟΚΛΥΜΕΝΟΣ.

σύγγονον κτανεῖν κακίστην, ...

ΧΟΡΟΣ.

εὐσεβεστάτην μὲν οὖ

ΘΕΟΚΛΥΜΕΝΟΣ.

ἥ με προὔδωκεν, ...

ΧΟΡΟΣ.

καλήν γε προδοσίαν, δίκαια δρᾶ

ΘΕΟΚΛΥΜΕΝΟΣ.

τἀμὰ λέκτρ' ἄλλῳ διδοῦσα.

ΧΟΡΟΣ.

τοῖς γε κυριωτέροι

V. 1628. ἀφίστασ' Porsonus in praef. ad Hecubam p.
ἀφίστασθ' Cod. C.

V. 1638. τὰ δ' ἔκδικ' οὔ Porsonus ad Hec. 127
ἐκδικῶ Cod. C.

caperem advenas. Conf. v. 1132. PFLUGK.

V. 1630. ἀλλὰ δεσποτῶν κρατήσεις δοῦλος ὤν;] G. Hermannus in eo loco offensus est, quod de choro feminarum genus masculinum usurparetur numero singulari, quod concedendum esset nisi numero. Mihi in univer tentia etiam numerus sin usurpari potuisse videtu et hic recipio et in Hi v. 1105., quem eundem

ΘΕΟΚΛΥΜΕΝΟΣ.

δὲ τῶν ἐμῶν τίς;

ΧΟΡΟΣ.

ὅς ἔλαβεν πατρὸς πάρα.

ΘΕΟΚΛΥΜΕΝΟΣ.

δωκεν ἡ τύχη μοι.

ΧΟΡΟΣ.

τὸ δὲ χρεὼν ἀφείλετο.

ΘΕΟΚΛΥΜΕΝΟΣ.

τἀμὰ χρὴ δικάζειν.

ΧΟΡΟΣ.

ἤν γε βελτίω λέγω.

ΘΕΟΚΛΥΜΕΝΟΣ.

εσθ' ἄρ', οὐ κρατοῦμεν.

ΧΟΡΟΣ.

ὅσια δρᾶν, τὰ δ' ἔκδικ' οὔ.

ΘΕΟΚΛΥΜΕΝΟΣ.

ινεῖν ἐρᾶν ἔοικας.

ΧΟΡΟΣ.

κτεῖνε· σύγγονον δὲ σὴν
νεῖς ἡμῶν ἑκόντων, ἀλλ' ἔμ', ὡς πρὸ δεσποτῶν
γενναίοισι δούλοις εὐκλεέστατον θανεῖν.

ΔΙΟΣΚΟΥΡΟΙ.

ς ὀργάς, αἶσιν οὐκ ὀρθῶς φέρει,
ύμενε, γῆς τῆσδ' ἄναξ· δισσοὶ δέ σε
οροι καλοῦμεν, οὓς Λήδα ποτὲ
ν Ἑλένην θ', ἣ πέφευγε σοὺς δόμους·
ὶρ πεπρωμένοισιν ὀργίζει γάμοις,

. 1640. ἀλλ' ἔμ', ὡς Porsonus et Hermannus apud
t. ad Soph. Ai. p. 629. ἀλλ' ἐμέ Cod. C. om. ὡς.
. 1644. Διόσκοροι apogr. Paris. alterum et, ut videtur,
. διόσκουροι ex apogr. Paris. altero Aldus.

G. Hermannus, qui
d Viger. adn. 50. p. 715.
solverat. Adde Med. 61.,
Medea praedagogus di-
μῶρος, εἰ χρὴ δεσπότας
τόδε. Vide Schoen. ad
l. c. R. K.

V. 1631. οὐ μὲν οὖν ἐάσομεν] immo non sinemus. Nam corrigendi vis in particulis μὲν οὖν, ut v. 1632. Iph. A. 893. al. Vid. Stallbaum. ad Platon. Criton. p. 108. PFLUGK.

V. 1633. καλήν γε προδο-

οὐδ' ἡ θεᾶς Νηρῇδος ἔκγονος κόρη
ἀδικεῖ σ', ἀδελφὴ Θεονόη, τὰ τῶν θεῶν
τιμῶσα πατρός τ' ἐνδίκους ἐπιστολάς.
εἰς μὲν γὰρ ἀεὶ τὸν παρόντα νῦν χρόνον
κείνην κατοικεῖν σοῖσιν ἐν δόμοις ἐχρῆν·
ἐπεὶ δὲ Τροίας ἐξανεστάθη βάθρα
καὶ τοῖς θεοῖς παρέσχε, τοὔνομ' οὐκέτι,
ἐν τοῖσιν αὐτοῖς δεῖ νιν ἐζεῦχθαι γάμοις,
ἐλθεῖν τ' ἐς οἴκους καὶ συνοικῆσαι πόσει.
ἀλλ' ἴσχε μὲν σῆς συγγόνου μέλαν ξίφος,
νόμιζε δ' αὐτὴν σωφρόνως πράσσειν τάδε.
πάλαι δ' ἀδελφὴν καὶ πρὶν ἐξεσώσαμεν,
ἐπείπερ ἡμᾶς Ζεὺς ἐποίησεν θεούς·

V. 1647. ἔκγονος A. Matthiae. ἐκγόνη Cod. C.
V. 1650. εἰ μὲν Cod. C. Correxit Stephanus. V. I ad Orest. 1679.
V. 1653. παρέσχετ' οὔνομα οὐκέτι. Cod. C.
V. 1654. αὐτῆς pro αὐτοῖς scripsit Nauckius.
V. 1655. ἐλθεῖν τ' G. Hermannus. ἐλθεῖν δ' Cod.

σίαν] Iph. A. 1364.: Ἀ. αἱρεθεὶς ἑκών. Κ. πονηράν γ' αἵρεσιν μιαιφονεῖν. Plato de Rep. VIII. p. 567. C: ἕως ἂν καθήρῃ τὴν πόλιν. — Καλόν γε, ἔφη, καθαρμόν. PFLUGK.

V. 1653. Equidem in interpungendo hoc loco sequutus sum Kirchhoffium, qui mihi recte οὐκέτι cum antecedentibus coniunxisse videtur ita, ut post id verbum nasceretur apodosis. Contra Bothius, quem alii sequuti sunt, virgula ante οὐκέτι posita et colo post ascripto, novum enuntiatum inde nasci voluit. R. K.

V. 1656. ἴσχε — συγγόνου] Philostratus V. A. VII, 12. p. 290: καίτοι Πίνδαρος ἐπαινῶν τὴν λύραν φησίν, ὡς καὶ τὸν τοῦ Ἄρεως θυμὸν θέλγει καὶ τῶν πολεμικῶν ἴσχει αὐτόν. — μέλαν ξίφος, ensem aere fuscum. μελάνδετον ξίφος dixit Or. 819. Phoen. 1098. Eurysth. fragm. II. [n. 374. p. 877. ed. N PFLUGK. G. Herm fortasse rectius de ens guine caedis atrato comparans Orest. 1147.]

V. 1658. καὶ πρὶν ἐ σαμεν] Particulam ἂν non posse iudicat Matth. 508. adnot. 2. corrigens κ ἐξεσώσαμεν. Et sic scrip tasse Euripides. Quanqua decernas in ea re, quae indicio plerumque et vo loquentis pendeat, coni saepius quam certis rati disceptanda est? Acut quaestionem quum alibi libro I. de particula ἂν, c tractavit Hermannus: cum iungas Schoemann Isaeum p. 194 sq. — Vers quod exspectabatur εἰ μὴ ἦμεν, de more invertit. V. I Gr. p. 850. PFLUGK.

V. 1663. ξὺν πόσε A tertia persona ad se transiit, ut supra v. 95

ἥσσον' ἦμεν τοῦ πεπρωμένου θ' ἅμα
τῶν θεῶν, οἷς ταῦτ' ἔδοξεν ὧδ' ἔχειν.
μὲν τάδ' αὐδῶ· συγγόνῳ δ' ἐμῇ λέγω·
ξὺν πόσει σῷ· πνεῦμα δ' ἕξετ' οὔριον·
ρε δ' ἡμεῖς σὼ κασιγνήτω διπλῶ
ον παριππεύοντε πέμψομεν πάτραν.
δὲ κάμψῃς καὶ τελευτήσῃς βίον,
κεκλήσει, καὶ Διοςκόρων μέτα
δῶν μεθέξεις, ξένιά τ' ἀνθρώπων πάρα
μεθ' ἡμῶν· Ζεὺς γὰρ ὧδε βούλεται.
' ὥρισέν σε πρῶτα Μαιάδος τόκος
ρτης, ἀπάρας τῶν κατ' οὐρανὸν δόμων,
κς δέμας σόν, μὴ Πάρις γήμειέ σε,

. 1657. πράττειν Cod. C.

. 1660. ἥσσον' Piersonus Verisim. p. 66. ἥσσονες Cod. C.

. 1663. πλεῖ Cobetus. πλεῖν Cod. C. ἄξετ' Cod. C. sem apogr. Pariss. ἕξετ' Hervagiana secunda.

. 1670. ου δ' Cod. C. secundum apogr. Pariss. οὐδ' Aldus. od. C. σε ex apogr. Paris. altero Aldus.

ἄνδρα σοι δοκεῖ σῶσαι ξένον ντά γ' ὀρθῶς ἀπολαβεῖν ἐμήν, Ἀπόδος. PFLUGK. flugkius, qui πλεῖν rest pro πλεῖ, locum debebat ure. Nos cum Nauckio rchhoffio Cobeti conm sequuti faciliorem ora- restituimus. De appel- absentis confert G. mannus Iphig. Taur. sqq., ubi Minerva ex quo Orestem adloquitur, κλύεις γὰρ αὐδήν, καίπερ οὐ παρών, θεᾶς. R. K.

1665. πόντον παριππεύοντε] per mare iuxta . Ἅρμα ἵππειον Dioscuroupra memoravit v. 1495. as Phoen. 209: περιῤῥύτων καρπίστων πεδίων Σικελίας ου πνοαῖς ἱππεύσαντος: cui loco Horatii illud admoverunt, Carm. IV, 4, 43: Eurus per Siculas equitavit undas. Adde Vergilium Aen. II. 417: laetus Eois Eurus equis, ibiq. adnot. Heynii. PFLUGK.

V. 1666. κάμψῃς] Vocabulum a stadio Electr. 956: πρὶν ἂν πέλας Γραμμῆς ἵκηται καὶ τέλος κάμψῃ βίου. Sophocles Oed. Col. 91: ἐνταῦθα κάμπτειν τὸν ταλαίπωρον βίον. Helenam Therapnis cultam constat ex Herodoti L. VI, 61. Ξενίων appellationem illustrat Schol. Pind. Olymp. III, 41: ὅτι ἡ γενομένη θυσία τοῖς Διοσκούροις ξενισμὸς καλεῖται. V. Boeckhii Explicatt. p. 135. PFLUGK.

V. 1670. ὥρισεν] "ubi te Mercurius constituit. Similiter ὁρίζειν et ὁρίζεσθαι βω-

φρουρὰ παρ' Ἀκτὴν τεταμένην νῆσον λέγω,
Ἑλένη τὸ λοιπὸν ἐν βροτοῖς κεκλήσεται,
ἐπεὶ κλοπὰς σὰς ἐκ δόμων ἐδέξατο.
καὶ τῷ πλανήτῃ Μενέλεῳ θεῶν πάρα
μακάρων κατοικεῖν νῆσόν ἐστι μόρσιμον·
τοὺς εὐγενεῖς γὰρ οὐ στυγοῦσι δαίμονες,
τῶν δ' ἀναριθμήτων μᾶλλόν εἰσιν οἱ πόνοι.

ΘΕΟΚΛΥΜΕΝΟΣ.

ὦ παῖδε Λήδας καὶ Διός, τὰ μὲν πάρος
νείκη μεθήσω σφῶν κασιγνήτης πέρι.
ἐγὼ δ' ἀδελφὴν οὐκέτ' ἂν κτάνοιμ' ἐμήν.
κείνη δ' ἴτω πρὸς οἶκον, εἰ θεοῖς δοκεῖ.
ἴστον δ' ἀρίστης σωφρονεστάτης θ' ἅμα
γεγῶτ' ἀδελφῆς ὁμογενοῦς ἀφ' αἵματος·
καὶ χαίρεθ', Ἑλένης οὕνεκ' εὐγενεστάτης

V. 1673. φρουρῶν proponit Kirchhoffius: φρουροῦ C. τεταγμένους Cod. C. τεταγμένη Aldus. τεταμένην Reis μνῆσον (mrg. γρ. νῆσον) Cod. C.

μοὺς dicit Soph. Trach. 237. 754." A. MATTHIAE. "Dicitur et ὁρίζειν ἀπό τινος, ut in Hecuba v. 941: καί μ' ἀπὸ γᾶς ὥρισεν Ἰλιάδος, et ὁρίζειν τινός, ut apud Sophoclem in Philocteta v. 635: ἀλλ', ὦ τέκνον, χωρῶμεν, ὡς ἡμᾶς πολὺ Πέλαγος ὁρίζῃ τῆς Ὀδυσσέως νεώς." G. HERMANNUS.

V. 1673. φρουρά] i. q. σκοπιά, de insula saxis aspera et ardua. De hac insula Pausanias I, 35, 1: ἄλλη δὲ (νῆσος) ὑπὲρ Σουνίου τὴν Ἀττικὴν ἀριστερᾷ πλέουσιν· ἐς ταύτην ἀποβῆναι λέγουσιν Ἑλένην μετὰ τὴν ἅλωσιν τὴν Ἰλίου, καὶ διά τοῦτο ὄνομα ἔστιν Ἑλένη τῇ νήσῳ. Hanc fuerunt qui eandem esse putarent quam Κραναὴν dixit Homerus. Vid. schol. ad Iliad. γ, 443. — Ἀκτὴ vetus nomen Atticae, teste *Harpocr.* et Steph. Byz. s. v. *PFLUGK.*

V. 1676 sq. Homeru δ, 562: Σοὶ δ' οὐ θέσφατό Διοτρεφὲς ὦ Μενέλαε, Ἀρ ἱπποβότῳ θανέειν καὶ πότμ σπεῖν· Ἀλλά σ' ἐς Ἠλύσι δίον καὶ πείρατα γαίης Ἀθ πέμψουσιν, ὅθι ξανθὸς μανθυς· —— Οὕνεκ' ἔχεις νην καί σφιν γαμβρὸς Διός Anal. Br. I. p. 179. H Opusc. Acad. vol. I. p. 39 PFLUGK.

V. 1679. ἀναρίθμ proprie dicuntur qui null mero nec honore sunt, i ignobiles. Ion. 837: ἀ ἀναρίθμητον, ἐκ δούλης τιν ναικός. PFLUGK.

V. 1685. "Scitote, i vos optimae castissi que sororis communi tore sanguine esse n Dixit Euripides ὁμογενοῦς potestate, ut αἷμα ὁμογενὲ

νώμης, ὃ πολλαῖς ἐν γυναιξὶν οὐκ ἔνι

ΧΟΡΟΣ.

πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων,
πολλὰ δ' ἀέλπτως κραίνουσι θεοί.
καὶ τὰ δοκηθέντ' οὐκ ἐτελέσθη,
τῶν δ' ἀδοκήτων πόρον ηὗρε θεός.
τοιόνδ' ἀπέβη τόδε πρᾶγμα.

V. 1685. ὁμογενοῦς Canterus. μονογενοῦς Cod. C.

ῆς sit Iovis sanguis, qui una m Dioscuris Helenam genu- it. Similiter eo vocabulo usus Sophocles in his Oedipi v. 1360: νῦν δ' ἄθεος μέν ἀνοσίων δὲ παῖς, Ὁμογενὴς δ' ἀφ' ὧν αὐτὸς ἔφυν τάλας." G. HERMANNUS.

V. 1688 sqq. De hoc exitu fabulae vide quae adscripsi ad Med. 1415 sqq. p. 130. ed. Goth. R. K.

ERFORDIAE
TYPIS HENNINGS.

BIBLIOTHECA GRAECA

VIRORUM DOCTORUM OPERA RECOGNIT

ET

COMMENTARIIS INSTRUCTA

CURANTIBUS

FRIDERICO IACOBS

ET

VAL. CHR. FR. ROST.

A.

POETARUM

VOL. XI.

CONTINENS

EURIPIDIS TRAGOEDIARUM VOL. II.

ED.

AUG. JUL. EDM. PFLUGK,
GYMNASII GEDANENSIS PROFESSOR.

EDITIO ALTERA,
QUAM CURAVIT
REINHOLDUS KLOTZ.

GOTHAE ET ERFORDIAE, MDCCCLVII.
SUMPTIBUS HENNINGS.
(LONDINI DAV. NUTT. 270. STRAND.)

EURIPIDIS
TRAGOEDIAE.

RECENSUIT
ET
COMMENTARIIS IN USUM SCHOLARUM
INSTRUXIT

AUG. JUL. EDM. PFLUGK,
GYMNASII GEDANENSIS PROFESSOR.

VOL. II. SECT. II.
CONTINENS
A L C E S T I N.

EDITIO ALTERA,
QUAM CURAVIT
REINHOLDUS KLOTZ.

GOTHAE ET ERFORDIAE, MDCCCLVII.
SUMPTIBUS HENNINGS.
(LONDINI DAV. NUTT 270. STRAND.)

EMENDANDA.

p. 14. v. 22. lege: Alcestin pro Alcestiin.

p. 29. b. v. extr. στρατεύεται pro στρατεύετει.

p. 33. in adn. crit. v. 5. fur. pro tur.

p. 62. b. v. 3. adde PFLUGK. ibid. v. extr. lege Ἀργολίδα pro Ἀγρολίδα

p. 75. b. v. 19. adde PFLUGK.

p. 77. b. v. 6. lege ἑπταμίτῳ pro ἑπταμίτῳ.

p. 96. in adn. crit. v. 6. scribe 'v. 312. p. 64.' pro 'v. 295. p. ...'

p. 101. b. v. 18. lege 'Phe' pro 'Phit-' ib. v. 19. lege 'contigerit' pro 'contigere'.

p. 104. in Euripidis v. 754. lege συμφορὰν pro συμφέρὰν.

p. 114. b. v. 2. pone [pro']

p. 129. in adn. crit. v. 5. lege 'et' pro 'ed'.

p. 133. in adn. crit. v. 2. 'philol.' pro 'philos.'

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

ΑΛΚΗΣΤΙΣ.

PROOEMIUM.

Duabus potissimum rebus quum praestantia poëtae censeatur, et inveniendi sollertia et inventis recte utendi, est illud quidem omnino levius invenisse argumentum tragoediae quam, inventum ab alio aut ex communi usu poëtarum acceptum laudabiliter tractasse, praesertim in antiquis poëtis, quibus vel famae auctoritate vel ob consuetudinis vim paene interdictum illa novandarum rerum licentia fuit. Sed tamen quum res easdem aliter ab aliis traditas videamus, explicanda ea varietate id certe consequimur, ut consilium prudentiamque poëtae aliis utentis, alia spernentis cognoscere liceat. Quare vetus institutum enarrandi fabulae argumenti ita tenebimus, ut simul complectamur illa, quae Euripides ut aliena tramiserit, idque eo magis, quod perierunt Asclepiadis libri *Τραγῳδουμένων*, quem de Alcestidis quoque fabula exposuisse coniicio e Schol. ad Alc. v. 1. *ἡ διὰ στόματος καὶ δημώδης ἱστορία περὶ τῆς Ἀπόλλωνος θητείας παρ' Ἀδμήτῳ αὕτη ἐστίν, ᾗ κέχρηται νῦν Εὐριπίδης. οὕτω δέ φησι καὶ Ἡσίοδος καὶ Ἀσκληπιάδης ἐν Τραγῳδουμένοις.* Nam ab Apollinis servitio et ille debuit initium facere narrandi et idem nobis principium erit.

Aesculapius igitur, Apollinis filius idemque Chironis illius sapientissimi Centaurorum alumnus, quum

medicis artibus non modo aegrorum fata proferret, sed quosdam etiam mortuos ab inferis revocasset, utriusque iura regni visus est confundere Iovisque fulmine ictus periit. Filii nece iratus Apollo Cyclopas Iovis telorum opifices sagittis interemit. Quem Iuppiter quum in Tartari fauces detrudere voluisset, deprecante Latona, caedis simul spretaeque maiestatis suae poenas luere iussit annuo in terris servitio. Dominum autem nactus est clementissimum, Admetum Pheretis et Clymenes filium, cui et statim rettulit pietatis mercedem uberi agrorum gregumque proventu, et inde ab illo tempore ita favebat, ut eius et laetis rebus et adversis interesset. Itaque quum Admetus Alcestidis Peliae atque Anaxibiae filiae multis procis petitae matrimonium concupivisset, proposita a Pelia condicione, ut, qui ducere Alcestin vellet, iuncto eam apro et leone aveheret, domita ei ferarum colla tradidit et nuptiarum illarum conciliator exstitit. Quumque neglecto nescio quo sacrificio Dianam offendissent spirisque draconum in thalamo inventis perturbati tanto omine essent, et sororis iram quo modo placarent edocuit et, impendentem calamitatem quum avertere non posset, tamen quo modo differret repperit. Nam quum fatale Admeto esset immatura morte decedere, dolo Parcas aggressus sera ei fata impetravit, si quis vicariam pro eo mortem obire vellet. Sed alienae vitae ut animam impenderent quum neque e tot domus hospitiis celeberrimae amicis quisquam nec parentes, quamvis grandaevi multamque filii pietatem experti, adduci potuissent, pro marito mori decrevit Alcestis, honesto illa quidem generosoque animo, sed ut Admetum quum liberare malo vellet, graviore vulnere affligeret. Nam vivere ille quidem cupiebat, neque tamen vivere coniuge orbatus. Sed erat digna utriusque fortuna quae aliquo inopinato casu levaretur, motis in misericordiam dis sive ob mutuum illorum amorem sive ob Admeti pietatem et liberale in suos hospitesque ingenium. Itaque defunctam praestituta die mulierem Proserpina remisit, sive, ut Euripides tradidit, Ditis quendam administrum Orcum quum frustra precibus adisset Apollo, forte adveniens Hercules et quamvis in tanta domestica calamitate hospitio exceptus inita cum illo pugna eripuit maritoque lugenti reddidit.

Explicata fabula sequitur, ut auctores rerum traditarum producendi sint. Ac totam fabulam enarravit Apollodorus Lib. I, 9, 14, 15. et III, 10, 3. Hyginus fab. 51 et 52. Zenobius 1, 18., aucta in miraculum ad historiae fidem revocare studuit Palaephatus c. 41., quem sequuti sunt Tzetzes Chil. II. hist. 53., Apostolius Cent. II. 71, 72., Arsenius in Violeto p. 42 s., quibus addantur Fulgentii nugae Mythol. Lib. I. 27. Eudociam inspicere non licuit, ceterum multas eam diversas narrationes (p. 20 s.) coniunxisse comperio. [Ecloga illa apud Eudociam est composita ex narratione apud Eustath. ad Ἰλ. β. v. 711. p. 326., ex argumentis fabulae Euripideae praefixis, ex Palaephato denique cap. XLI. neque quidquam peculiare habet. Monuit Wyttenbach. Bibl. crit. Vol. II. P. III. p. 12.]

Sed hi quidem quum omnes et recentiores multo sint quam Euripides, et partem certe eorum, quae tradiderunt, huic ipsi acceptam referant, operae pretium est quaerere, quis fuerit antiquissimus fabulae auctor. Quae quoniam non simplex est, sed cum dei calamitate coniunctam habet hominum duorum cladem acerbissimam, faciam tres partes huius disputationis, primumque dicam de servitio Apollinis, tum de Admeto quae accepimus exponam, postremo de Alcestidis et morte et reditu disseram.

Ac de Apollinis θητείᾳ quae sunt vulgata fabulis quum sint coniuncta cum morte Aesculapii, de hac prius dicendum est. Commemoravit eam Hesiodus versibus ab Athenagora Legat. p. 134. servatis, quos in fragmentis posuit Goettlingius n. XLIX. ed. sec. Dind. n. 59.

πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε
χώσατ᾽, ἀπ᾽ Οὐλύμπου δὲ βαλὼν ψολόεντι κεραυνῷ
*ἔκτανε Λητοΐδην, φίλον *) σὺν θυμὸν ὀρίνων.*

Quos versus nesciremus quo in carmine poëta posuisset, nisi valde probabilis vel potius certa duci coniectura posset ex annotatione quadam Scholiastae

*) Goettlingius nunc coniecit esse scribendum: *ἔκτανε, Λητοΐδαο φίλον σὺν θυμὸν ὀρίνων.* R. K.

ad Theog. v. 142. Eo enim loco Hesiodus Cyclopas illos,

> *Βρόντην τε Στερόπην τε καὶ Ἄργην ὀμβριμόθυμον,*
> *οἳ Ζηνὶ βροντήν τ' ἔδοσαν τεῦξάν τε κεραυνόν,*

cetera similes deorum dixit, nisi quod unum in medio fronte oculum haberent:

> *οἱ δ' ἤτοι τὰ μὲν ἄλλα θεοῖς ἐναλίγκιοι ἦσαν,*
> *μοῦνος δ' ὀφθαλμὸς μέσσῳ ἐνέκειτο μετώπῳ.*

Id autem pugnare visum est quibusdam cum illis quae de caede Cyclopum alibi tradidisset, ob eamque causam priori horum versuum alium suffectum voluerunt. Sed ipsa videamus verba Scholiastae *Κράτης ἀντὶ τούτου ἄλλον στίχον παρατίθεται, ο[ἳ] δ' ἐξ ἀθανάτων θνητοὶ τράφεν αὐδήεντες· πῶς γὰρ τοὺς αὐτοὺς θεοῖς ἐναλιγκίους λέγει καὶ ἐν τῷ τῶν Λευκιππίδων καταλόγῳ ὑπ' Ἀπόλλωνος ἀναιρεῖσθαι ποιεῖ;* Quem locum qui nuper tetigit, I. Muetzellus de Emend. Theog. Lib. III. 2. p. 284. non debebat dubitare, utrum eum versum ipse Crates finxisset, an ex vetere aliquo exemplari petitum attulisset. Nam illud si dicere voluisset Scholiastes, Cratetis eum versum esse, non poterat uti verbo *παρατίθεσθαι*, quod est citare. Quare, ut non sit Hesiodi, antiquior tamen haud dubie Cratete putandus est. Idque etiam alia de causa probabile est. Neque enim primus in illo Theogoniae loco Crates offendisse videtur, sed vetus illa fuit, ut ego arbitror, controversia et aliter ab aliis composita. Quid enim dicamus aliud causae fuisse Pherecydi, ut non Cyclopas ab Apolline, sed Cyclopum filios interemptos diceret, nisi quod, qui immortales habiti essent, non posse eosdem morte affectos dici censuit? Verba Pherecydis exstant apud Schol. Eurip. l. c. *Φερεκύδης δὲ οὔ φησι τοὺς Κύκλωπας ὑπ' Ἀπόλλωνος ἀνῃρῆσθαι, ἀλλὰ τοὺς υἱοὺς αὐτῶν, γράφων οὕτω· παρ' αὐτὸν* (f. *παρὰ τοῦτον*) *τὸν Ἄδμητον ἔρχεται Ἀπόλλων θητεύσων ἐνιαυτὸν Διὸς κελεύσαντος, ὅτι κτείνει τοῦ* (f. *τοὺς*) *Βρόντεω καὶ Ἀστερόπεω καὶ Ἄργεω παῖδας· κτείνει δὲ αὐτοὺς Ἀπόλλων Διὶ μεμφθείς, ὅτι κτείνει Ζεὺς Ἀσκληπιὸν τὸν παῖδα αὐτοῦ κεραυνῷ ἐν Πυθῶνι. ἀνίστη γὰρ ἰώμενος τοὺς τεθνεῶτας.* Sed nolo plura: neque enim id nunc agimus,

... alterum utrum horum versuum obelo transfigamus. Illud teneri volumus, quod ait Crates in Catalogo Leucippidum, Cyclopas dici ab Apolline interfectos. Atqui interfecit eos ira missi in Aesculapium fulminis. Ex quo apparet vere coniecisse Gaisfordium atque ante eum Werferum Act. Monac. T. II. p. 500 ss. ex eodem carmine quos supra protuli ab Athenagora versus petitos esse. Nec vero obscurum est, quid impulerit poëtam, ut his de rebus in illo carmine mentionem iniiceret. Nam praeter Phoeben et Hilaïram, Dioscurorum amore nobilitatas, tertia fuit Leucippi filia Arsinoë, ex qua nonnulli natum Aesculapium scripserunt. Nonnulli dico? immo Hesiodus scripsit. Ad hunc enim non dubito quin recte Werferus rettulerit versus illos, qui apud Schol. Pind. Pyth. III. 14. leguntur, poëtae nomine forte an incuria omisso: *Οἱ μὲν Ἀρσινόης, οἱ δὲ Κορωνίδος φασὶν αὐτὸν* (Aesculapium) *εἶναι. Ἀσκληπιάδης δέ φησι τὴν Ἀρσινόην Λευκίππου εἶναι τοῦ Περιήρους, ᾗς καὶ Ἀπόλλωνος Ἀσκληπιὸς καὶ θυγάτηρ Ἐριῶπις·*

Ἡ δ' ἔτεκ' ἐν μεγάροις Ἀσκληπιὸν ὄρχαμον ἀνδρῶν
Φοίβῳ ὑποδμηθεῖσα ἐϋπλόκαμόν τ' Ἐριῶπιν,

καὶ Ἀρσινόη ὁμοίως·

Ἀρσινόη δὲ μιγεῖσα Διὸς καὶ Λητοῦς υἱῷ
Τίκτ' Ἀσκληπιὸν υἱὸν ἀμύμονά τε κρατερόν τε.

Quod si quis illud obiiciet, ab eodem Hesiodo in Eoeis Coronidem Phlegyae filiam matrem Aesculapii dditam, v. fragm. 50. et 90. Goettl., non utar sane illa excusatione, ut aliud eum in alio carmine sequutum esse dicam, sed fuerunt iam olim qui Eoeas ab Hesiodi nomine abiudicarent, hac, ut opinor, similiusque moti discrepantiis, quas alii, ut Socrates Argivus (v. Schol. Pind. l. c.), sic putarunt comoni posse, ut Aesculapium partu editum ab Arsinoë, doptione autem factum Coronidis dicerent. Rectius his utrisque iudicarunt qui quae olim sub Hesiodi nomine ferebantur carmina ut non eiusdem omnia poëtae, ita sectae tamen eiusdem poëtarum, Ascraei vatis discipulos asseclasque se profitentium, esse censuerunt: ut mirum non sit, si quid inter se discrepent quae nec tempore eodem neque ab iisdem hominibus scripta sunt.

Sed satis dictum est de Aesculapio. Cyclopu caedem constat luendam Apollini fuisse subeun servili condicione, de qua etsi perierunt quae scri serat in eodem carmine Hesiodus, tamen ne hoc qu dem ab eo praetermissum esse credendum est testai Scholiastae Euripidis, cuius verba supra posui. S hoc loco non est praetereundus parens poëseos Gra cae Homerus: qui quum Eumelum Admeti filiu qui fuit inter duces Graecorum ad Troiam, dig ornavit praeconio, tum eius equos omnium praesta tissimos fuisse quum dixisset, hoc addidit elogiu Il. β, 766.

τὰς ἐν Πηρείῃ θρέψ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλων,
ἄμφω θηλείας, φόβον Ἄρηος φορεούσας.

Quibus verbis Apollinis illam in domo Admeti *θητεί* creditur significasse. Servisse Apollinem iuxta ceterorum deorum permultos tradidit etiam Panya sis: illud non liquet, duplex quum narretur Apoll nis *θητεία*, una apud Laomedontem, altera apu Admetum, utram harum intelligi voluerit. Verl Panyasidis servavit Clemens Alexandrinus Pr trept. p. 30. Pott.

τλῆ μὲν Δημήτηρ, τλῆ δὲ κλυτὸς Ἀμφιγυήεις,
τλῆ δὲ Ποσειδάων, τλῆ δ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλ
ἀνδρὶ παρὰ θνητῷ θητευσέμεν εἰς ἐνιαυτόν.
τλῆ δὲ καὶ ὀβριμόθυμος Ἄρης ὑπὸ πατρὸς ἀνάγκ

quae dicta a nescio quo consolandi Herculis caus quum is in similem incidisset calamitatem, suspicat C. O. Muellerus Dor. vol. I. p. 437. Veterem fama ab Hesiodo proditam sequuntur Diodorus Sic lus Lib. IV. 52, 71. Exc. de Virt. et Vit. p. 5 Wess. 76. Dind. et Lucianus de Sacrificiis c. Dissidet ab Hesiodo Alexandrides Delphu servisse ille quidem Admeto Apollinem perinde ceteri narrans, causam vero eius rei longe aliam af rens, quod serpentem, oraculi Pythici custodem, Delphines nomen fuit (v. Spanhem. ad Callim. Apoll. 101.), interemisset. Schol. Eurip. l. *Ἀλεξανδρίδης δὲ ὁ Δελφός φησι θητεῦσαι αὐτόν, δι τὸν Πυθοῖ δράκοντα ἀνεῖλεν.* Quod etsi satis cre ex interiore sacerdotum disciplina petitum beneq compositum cum sacrorum caeremoniis, nollem tam

re abusus esset Muellerus, ut ab hoc veluti prin-io degenerasse poëtas ad commentorum vanitatem eret, eosque tantum non impietatis et profanata- religionum reos ageret. Ne illi quidem alienam dei natura aut impiam rem finxisse putandi sunt, i Apollinem non culpae alicuius expiandae causa, sponte et amore Admeti ductum caelestes sedes us contubernio mutasse tradiderunt. Quorum prin-ps, si Euripidis Scholiasten audias, Rhianus fuit; illum, qui Scholia Veneta composuit ad Hom. Il. 766, Callimachus. Significavit autem Calli-achi locum eum, qui est in Hymno in Apolli-em v. 47.

Φοῖβον καὶ Νόμιον κικλήσκομεν ἐξέτι κείνου,
Ἐξότ' ἐπ' Ἀμφρυσσῷ ζευγήτιδας ἔτρεφεν ἵππους
Ἠϊθέου ὑπ' ἔρωτι κεκαυμένος Ἀδμήτοιο.
Ῥεῖά κε βουβόσιον τελέθοι πλέον, οὐδέ κεν αἶγες
Δεύοιντο βρεφέων ἐπιμηλάδες, ᾗσιν Ἀπόλλων
Βοσκομένῃς ὀφθαλμὸν ἐπήγαγεν· οὐδ' ἀγάλακτες
Ὄϊες οὐδ' ἄκυθοι, πᾶσαι δέ κεν εἶεν ὕπαρνοι·
Ἡ δέ κε μουνοτόκος διδυματόκος αἶψα γένοιτο.

los sequutus est Nonnus Dionys. X. 322, Ti-ullus II. 3, 11., Ovidius Heroïd. V. 20., Plu-rchus in vita Numae c. 4: *καὶ οὐ πλημμελοῦσιν τὸν Φόρβαντα καὶ τὸν Ὑάκινθον καὶ τὸν Ἄδμη-ν ἐρωμένους Ἀπόλλωνος γεγονέναι μυθολογοῦντες, περ αὖ καὶ τὸν Σικυώνιον Ἱππόλυτον κ. τ. ἑ.* et Amatorio p. 761. E., quem locum infra apposui. rripuit hoc, ut criminaretur, Lactantius divin. stit. I. 10. Quid Apollo, pater eius? nonne amorem, quo flagravit, turpissime gre-em pavit alienum? Claudat agmen Donatus, ii in Vita Vergilii c. XXI. §. 86. de Bucolici car-inis origine disputans: Alii, inquit, Apollini omio (id redditum putant), pastorali sci-cet deo, qua tempestate Admeti boves averat. [Valer. Flacc. Argon. I. 444. Te uoque dant campi tanto pastore Pheraei elices, Admete: tuis nam pendit in arvis elius ingrato Steropen quod fuderat arcu.]

Venio nunc ad Admetum: de quo illud con-are video, Pheretis esse filium; matrem Clyme-en prodidit Schol. ad Eur. Alc. 17., Periclyme-

nen Hyginus fab. 14., haudquaquam par illi auctor et illo loco depravationis manifestus. Patre claris Admetus, magis tamen lenitate quadam ingenii morumque facilitate quam ob fortitudinem aut virili facinora. Quamquam ne bellicarum quidem rerum expers fuit, socius quippe Argonautarum expeditionis teste Sophocle in Lemniarum fabula, in qua ill quum ceteros Argonautas (Schol. Pind. Pyth. IV 303.), tum Admetum commemoravit versibus a Steph. Byz. v. Δώτιον servatis, fr. 345. Dind quos inutili coniectura temptavit C. O. Müllerus Orchom. p. 194. Cum Sophocle consentit Apollonius Rhodius T. 49., Apollodorus I. 9, 16. p. 83 Tzetzes ad Lycophr. p. 438. Müll., Hyginus fab 14. [Vid. Burmann. in Catal. Argonautarum v. Admetus]. De Apollinis sive amore in illum sive ser vitio non repetam quae supra dixi: nisi quod non alienum videtur admonere Pelopis, quem similiter quum in deliciis habuisset Neptunus, postea in petenda Hippodamia Oenomai filia adiuvit, teste Pindaro Ol. I. 36 ss. Quo autem velut dotali munere obtinuisse Alcestiin traditur Admetus ferarum iugalium, eas quum poëtae ab Apolline domitas narraverint, ipse iungens repraesentatur Admetus in throno Amyclaeo, teste Pausania III. 18, 9. τελευταῖα Ἄδμητός τε ζευγνύων ἐστὶν ὑπὸ τὸ ἅρμα κάπρον καὶ λέοντα καὶ οἱ Τρῶες ἐπιφέροντες χοὰς Ἕκτορι. Ceterum felix id matrimonium non modo concordia maritorum, sed etiam progenie liberorum fuit: quorum Eumelum commemoravit Hom. Il. β. 713., filiam Perimelen Schol. ad Alc. 269. et Antonius Liberalis f XXIII., utrosque in scaenam produxit Euripides. His ut orbitatem defenderet patrisque fata proferret, dolo Parcas aggressus dicitur Apollo: de quo quum satis obscure mentionem fecisset Euripides v. 12. et v. 33., attulit aliquid doctius scilicet Scholiastes, cuius verba e cod. Flor. 2. edidit Aug. Matthiae: οἴνῳ γὰρ ταύτας, φασί, τῶν λογισμῶν ἀπαγαγὼν ἐξῃτήσατο Ἄδμητον, οὕτω μέντοι, ὥςτε ἀντιδοῦναι ἑαυτοῦ ἕτερον τῷ Ἅιδῃ. Sed id quidem vereor ne ex Aeschyli loco corrupto in Eum. 713. hauserit, ubi Furiae cum Apolline litigant his verbis:

Εὐμ. Τοιαῦτ' ἔδρασας καὶ Φέρητος ἐν δόμοις,
Μοίρας τ' ἔπεισας ἀφθίτους θεῖναι βροτούς.

Απ. Οὔκουν δίκαιον τὸν σέβοντ' εὐεργετεῖν,
Ἄλλως τε πάντως χὤτε δεόμενος τύχοι;
Εὐμ. Σύ τοι παλαιὰς δαίμονας καταφθίσας
Οἴνῳ, παρηπάτησας ἀρχαίας θεάς.

vulgatum, sed recte Hermannus ad Alc. v. 12. Stanleii coniecturam probavit, ὕπνῳ pro οἴνῳ repo-nentis, ut illa de Furiis intelligerentur *). — Immi-nentis calamitatis indicium Admeto Alcestidique re-pertos in thalamo angues fuisse Apollodori Hy-ginique fide narravi: quibus nescio an addendus Valerius Maximus Lib. IV. 6, 1., reprehen-dens ille Admeti haudquaquam parem animum Ti. Sempronio Gracccho, qui in simili casu uxoris vitam redimere quam vinci fortitudine a muliere maluit.

Ac nobilior aliquanto, ut par erat, viro, qui su-pervixit uxoris beneficio, uxor fuit: de qua Seneca Consolatione ad Helviam c. 17. nobilitatur carminibus omnium, quae se pro coniuge vicariam dedit; composuitque eam cum Penelope Propertius Lib. II. 5, 15., cum eadem aliisque claris mulieribus, si per librarios licuisset, Hyginus fab. 256., nam in editis libris Alcestidis nomen excidit. Genus illi satis illustre a Pelia; de cuius sobole haec scripsit Apollodorus I. 9, 10. Πελίας δὲ περὶ Θεσσαλίαν κατῴκει, καὶ γήμας Ἀναξιβίαν τὴν Βίαντος, ὡς δὲ ἔνιοι λέγουσι, Φιλομάχην τὴν Ἀμφίονος, ἐγέν-νησε παῖδα μὲν Ἄκαστον, θυγατέρας δὲ Πεισιδίκην, Πελόπειαν, Ἱπποθόην, Ἄλκηστιν: quae in commen-tarium ad Lycophronem rettulit Tzetzes p. 434. Acasti mentionem fecit etiam Euripides v. 732. Al-cestidem Πελίαο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστην praedicavit Homerus Il. β, 715. Solam expertem parricidii il-lius, quo infames Peliades fuerunt, Diodorus Siculus in Excerptis l. c. De morte Alce-stidis reditque ab inferis quid tradiderint ii, qui ante Euripidem fuerunt, nihil ne suspicari quidem possumus: nisi quod eam Apollodorus scribit a nonnullis remissam a Proserpina dici, non, ut Euri-pides finxit, ab Hercule ereptam Orco. Quos sequu-

*) Id ipsum G. Hermannus non est secutus in editione sua, sed quae in libris et apud Scholiastem est scriptura οἴνῳ intactam reliquit etiam Scholiastae Euripidei verba adferens. Vide nos ad ipsam fabulam v. 12. R. K.

tus videtur Plato in Symposio p. 179. B. *καὶ μ ὑπεραποθνήσκειν γε μόνοι ἐθέλουσιν οἱ ἐρῶντες μόνον ὅτι ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες. τούτου δὲ ἡ Πελίου θυγάτηρ Ἄλκηστις ἱκανὴν μαρτυρίαν ἔχεται ὑπὲρ τοῦδε τοῦ λόγου εἰς τοὺς Ἕλληνας, λήσασα μόνη ὑπὲρ τοῦ αὐτῆς ἀνδρὸς ἀποθανεῖν, τος αὐτῷ πατρός τε καὶ μητρός· οὓς ἐκείνη τοσο ὑπερεβάλετο τῇ φιλίᾳ διὰ τὸν ἔρωτα, ὥςτε ἀποδ αὐτοὺς ἀλλοτρίους ὄντας τῷ υἱεῖ καὶ ὀνόματι μό προςήκοντας. καὶ τοῦτ' ἐργασαμένη τὸ ἔργον οὕ καλὸν ἔδοξεν ἐργάσασθαι οὐ μόνον ἀνθρώποις, ἀλ καὶ θεοῖς, ὥςτε πολλῶν πολλὰ καὶ καλὰ ἐργασαμ εὐαριθμήτοις δή τισιν ἔδοσαν τοῦτο γέρας οἱ θ ἐξ Ἅιδου ἀνεῖναι πάλιν τὴν ψυχήν, ἀλλὰ τὴν ἐκ ἀνεῖσαν, ἀγασθέντες τῷ ἔργῳ.* Musonius quoq ubi huius fabulae mentionem fecit, habet quae a n alio tradita memini. Verba eius haec sunt apud St baeum Floril. vol. III. p. 6. ed. Lips.: *Καὶ ὁ λ δὲ ἐκεῖνος φαίνεται δηλοῦν, ὅσον προτερεῖ τῆς γον πρὸς τέκνα φιλίας ἡ γυναικὸς πρὸς ἄνδρα, ὅτι δμητος δόσιν ταύτην λαβὼν παρὰ θεῶν, εἰ παρά τὸν ἀνθ' ἑαυτοῦ τεθνηξόμενον, ζῆσαι διπλάσιον χ νον τοῦ τεταγμένου αὐτῷ, τῶν μὲν γονέων οὐκ ἐ ἐθελόντων προαποθανεῖν αὐτοῦ, καίτοι γεγηρακότ ἡ γυνὴ δὲ ἡ γαμετὴ Ἄλκηστις, κομιδῇ νέα οὖσα, ξατο ἑτοίμως τὸν θάνατον πρὸ τοῦ ἀνδρός.* Sing lare etiam illud, quod de Herculis Admetique a ribus et de medicis Herculis artibus scripsit Pl tarchus in Amatorio p. 761, E. (T. XII. p. Hutten.): *λέγεται δὲ καὶ τὴν Ἄλκηστιν ἰατρικὸς ἀπεγνωσμένην σῶσαι τῷ Ἀδμήτῳ χαριζόμενος, ἐρ μὲν αὐτῷ τῆς γυναικός, ἐρωμένῳ δ' αὐτοῦ γενομ καὶ γὰρ τὸν Ἀπόλλωνα μυθολογοῦσιν ἐραστὴν γ νόμενον·*

Ἀδμήτῳ παραθητεῦσαι μέγαν εἰς ἐνιαυτόν.

Tale quid etiam Philostratus cogitavit, ut opina quum revocatam ab Apollonio Tyanensi virginem qu dam narrans haec addidit: *ὥςπερ ἡ Ἄλκηστις ὑπ Ἡρακλέους ἀναβιωθεῖσα*, de Vit. Apoll. IV. 45. Hi denique accedat Lactantius ad Statii Theb. VI 379. *Datur ordo senectae Admeto seruum mori*] Beneficio enim uxoris Alcestae Ad metus distulerat mortem, cuius talis es fabula. Alceste uxor Admeti fuit. Han

quum exstinctam Admetus impatienter doleret, Herculis laboribus ei reducta ab inferis dicitur. Eleganter ergo hic poëta *servum mori Admeto* posuit: videlicet pro quo alter concessit in fata. Unde Iuvenalis (Sat. VI. 652).

Spectant subeuntem fata mariti
Alcestem.

Haec habui, quae certis auctoribus de Admeto et Alcestide referrem: quorum apparet longius famam quam accuratam rerum memoriam valuisse. Ac poterat narrationis exilitati egregia circumdari species, si scrutari arcanam fabulae rationem placuisset. Sed eam ego rem, ut ab instituto nostro alienam, praetermittendam censui: neque id aegre ferent qui isto genere disputationis delectantur, quibus optandi inter multas et valde diversas opiniones video potestatem factam. Aliud enim olim Martino Hermanno placuit Mythol. Graec. vol. II. p. 275., aliud Boettigero in libro, cui index: Neuer Teutscher Mercur, 1792. II. p. 113–130., quorum utriusque sententiam rettulit Nitzsch in Lex. Mythol. I. p. 127 s. Nec magis aut cum illis aut inter se ipsi consentiunt qui nuper eandem disputationem revocaverunt, C. O. Muellerus in Doriensium volumine primo et Godofr. Hermannus in praefatione ad Euripidis Alcestin.

Plura disserere volebam de ratione ea, qua Euripides poëtae officium administrasset, nisi me deterruissent quae scripsit Io. Henr. Bremius in Diariis Darmstad. a. 1829. N. 48., non quo ego ullam partem eorum quae sunt scripta ab illo probandam putem: sed quum virum et doctum et prudentem in iudicando revocare ab inveterato errore non potuissent duo summi homines, Goethius et Hermannus, quid ego me sperarem effecturum in iis, quos sciebam plurimos in eadem cum Bremio sententia esse, nec doctrina cum illo nec iudicii subtilitate comparandos? Legant igitur, quibus cura ingeniumque est distinguendis poëtarum virtutibus vitiisque, facetissimam Goethii fabulam, quae inscripta est: Götter, Heroen und Wieland (Opp. vol. XXXIII. cf. vol. XXXI. p. 5.), quam ille composuit Wielandii

provocatus Alcestide (Opp. vol. XXV. p. 277.) et commentatione ea, quam scripsit idem Euripidi obtrectans, inserta Opp. vol. XLVII. p. 204., quacum homines Germanos iuvabit coniungere quae ab eodem Wielandio Opp. XLVI. p. 18 — 61. narrantur de nostratibus poëtis, qui Alcestidis nomine fabulas ediderunt. Multum autem et ad Goethium, seria in ludicro scribendi genere agentem, et ad Euripidem intelligendum se adiutos sentient qui quae in praefatione ad fabulam Euripideam disputavit Hermannus assument. Id unum addere placet, ne nunc quidem satis omnes reputare, quam vim in Graecis poëtis certaminum ratio et studium victoriae habuerit. Nam ego, si vel Phrynichi Alcestin superstitem haberemus *), vel si quis aequalium poëtarum eiusdem argumenti fabulam composuit, non dubito, quin de Euripide quoque rectius aliquanto iudicari posset. PFLUGK.

Omisimus quae b. Pflugkius deinceps et de tempore, quo haec fabula primum in scaenam producta esse videretur, et de auctoritate librorum manu scriptorum atque editionum singularum exposuerat. Nam quum illo tempore nondum didascalica illa, quae primum e cod. Vaticano Gulielmus Dindorfius publici iuris fecit**), in lucem prolata essent, non potuit Pflugkius de tempore fabulae coniecturam facere nisi ex illis Aristophanis locis, quibus is Euripidis fabulam derisisse videretur. Nunc autem, postquam ex illo fragmento didascalico hoc cognitum est, Euripidem docuisse hanc fabulam archonte Glaucino, qui erat eponymus anni secundi Olympiadis octogesimae quintae (anni ante Christum natum 459) ***), ista

*) Commemoravit eam fabulam Suidas s. v. *Φρύνιχος*, fragmentumque eius exstat apud Hesychium s. v. *Ἀθαμβές*, de quo post Hermannum in praef. p. XII. dixit C. I. Hoffmannus in Horrei Philol. a Seebodio, Iahnio, Klotzio editi vol. II. fasc. I. p. 47.

**) in editione huius fabulae edita Oxonii e typographeo Academico MDCCCXXXIV. p. 6. R. K.

***) Ad hunc annum pertinere, quod scriptum in didascalico illo fragmento est, recte vidit G. Dindorfius, qui commemoravit idem nomen leviter corruptum haberi apud Diodorum Siculum lib. XII. c. 30., ubi quod vulgo legeretur: *ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Γλαυκίδου* ita dixit mutandum videri, ut

oniectura ex Aristophanis commemoratione ducta, ua Pflugkius olim collegerat hanc fabulam datam se ante Olymp. LXXXVIII. ann. 1., carere possu- ius. Nec illi rationi multum tribuendum videtur, ua G. Hermannus suspicatus est iterum hanc fabu- m editam esse ab Euripide post Olymp. LXXXIX., uod ille confici putabat quum modulatione talium rsuum, quales essent 375, 376.

ἐπὶ τοῖςδε παῖδας χειρὸς ἐξ ἐμῆς δέχου.
δέχομαι, φίλον γε δῶρον ἐκ φίλης χερός.,

V. 1056. *ἐπειςφρῶ*] Atticae consuetudinis vocabulum pro vulgari *ἐπειςάγειν*. Usus est eodem Euripides Elect. 1032: *ἀλλ' ἦλθ' ἔχων μοι μαινάδ' ἔνθεον κόρην Λέκτροις τ' ἐπεισέφρησε*, ubi correxit Seidlerus errorem adnotationis ad Troad. 664. Aristophanis aliorumque scriptorum locos notarunt F. A. Wolfius ad Demosth. Lept. p. 276. (Appar. Schaef. T. III. p. 144.) Wyttenbachius ad Eunap. T. II. p. 314. PFLUGK.

V. 1060. *καὶ τῆς θανούσης*] Notandum anacoluthon. Sic enim ingressus est orationem, ut additurus: *καὶ ἐκ τῆς θανούσης*, quemadmodum dixit *ἔκ τε δημοτῶν*. Nunc invertit constructionem: *καὶ τῆς θανούσης πολλὴν πρ. δεῖ μ' ἔχειν*. PFLUGK.

V. 1063. "Hom. Od. δ, 976: *δέμας δ' ἤϊκτο γυναικί*." BARNES.

V. 1065. *μή μ' ἕλῃς ᾑρημένον*] Confert Monkius v. 1047: *μὴ νοσοῦντί μοι νόσον προσθῇς*. Sic Sophocles Antig. 1039: *τίς ἀλκὴ τὸν θανόντ' ἐπικτανεῖν;* Philoct. 946: *κοὐκ οἶδ' ἐναίρων νεκρόν*. [Oedip. Col. 1028: *καί σ' εἷλε θηρῶνθ' ἡ τύχη*. Aelian. H. A. I, 29. de noctua: *καὶ πρώτους μὲν αἱρεῖ τοὺς ὀρνιθοθήρας ᾑρημένη*. F. I.]

V. 1067. Hesychius: *θολῶσαι· ταράξαι, σκοτίσαι*. Etym. M. p. 750, 10: *τεθολωμένος*. — *καὶ ἐπὶ χαρᾶς. Φερεκράτης Μυρμηκανθρώποις* (fr. 110. p. 48. ed. Runkel.). *Γελῶντα καὶ χαίροντα καὶ τεθολωμένον· καὶ ἐπὶ λύπης· Ὑπὸ τῆς ἀνίας ἀνεθολοῦθ' ἡ καρ-*

ΧΟΡΟΣ.

ἐγὼ μὲν οὐκ ἔχοιμ' ἂν εὖ λέγειν τύχην·
χρὴ δ', ὅςτις εἶ σύ, καρτερεῖν θεοῦ δόσιν.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

εἰ γὰρ τοσαύτην δύναμιν εἶχον, ὥςτε σὴν
εἰς φῶς πορεῦσαι νερτέρων ἐκ δωμάτων
γυναῖκα καί σοι τήνδε. πορσῦναι χάριν.

ΑΔΜΗΤΟΣ.

σάφ' οἶδα βούλεσθαί σ' ἄν. ἀλλὰ ποῦ τόδε;
οὐκ ἔστι τοὺς θανόντας εἰς φάος μολεῖν.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

μὴ νῦν ὑπέρβαιν', ἀλλ' ἐναισίμως φέρε.

ΑΔΜΗΤΟΣ.

ῥᾷον παραινεῖν ἢ παθόντα καρτερεῖν.

V. 1072. *ὥστε σὴν* omnes libri, nisi quod *B.* habet *ἢ θεοῖς* nescio quo casu.
V. 1074. *πορσῦναι* A. Matthiae. *πορσύναι* libri.
V. 1076. *ἐς φάος*] B*B.* *εἰς φάος* C.
V. 1077. *ὑπέρβαιν'* B[C] *ABC.* *ὑπέρβαλ'* abcd. *αἰνεσίμως* BCbcd*A.* *ἐναισίμως* [*B*] *ἀνεισίμως C.*

δία. cf. Ruhnken. ad Tim. p. 142. PFLUGK.

V. 1071. *χρὴ δ', ὅστις εἶ σύ, καρτερεῖν θεοῦ δόσιν.*] Sic libri omnes haec verba scripta exhibent. G. Hermannus, qui putavit chorum haec ad spectatores dicere, scribi voluit *ὅστις εἶσι* pro *ὅστις εἶ σύ,* ut haec sententia esset: Oportet dei, quisquis veniet, dona sustinere, id est, sive beneficus veniet sive inimicus. Haec sententia, etiamsi ab omnibus fere criticis comprobata est, vehementer mihi, ut ingenue fatear quod sentio, displicet. Neque enim quis deus donum adferret, quum praesentem Herculem viderent, dubitare quisquam poterat et omnis haec sententia, sive vera est per se sive falsa — nolo enim discernere —, minime cadit in hunc locum, ubi non tam de eo, qui munus offert, quam de eo, qui munus accipere debet, quaeritur. Itaque ego obtineo librorum auctoritatem, quam ita explico: Oportet autem te, quisquis es, id est, qualiscunque tua condicio est, ratam habere donationem dei. Dicit autem chorus haec Admeto, etiamsi universam potius ille sententiam interponit quam Admetum admonere vult, quid ei faciendum sit. R. K.

V. 1077. *μὴ νῦν ὑπέρβαιν'*] Etiam si dubitari non potest et multis exemplis etiam probavit Monkius *μὴ νῦν ὑπέρβαλλε* hic dici potuisse, non tamen infitiari possumus *ὑπερβαίνειν* ipsum quoque bonam sententiam habere, quod significat elato

ΗΡΑΚΛΗΣ.

τί δ' ἂν προκόπτοις, εἰ θέλεις ἀεὶ στένειν;

ΑΔΜΗΤΟΣ.

ἔγνωκα καὐτός, ἀλλ' ἔρως τις ἐξάγει.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

τὸ γὰρ φιλῆσαι τὸν θανόντ' ἄγει δάκρυ.

ΑΔΜΗΤΟΣ.

ἀπώλεσέν με κἄτι μᾶλλον ἢ λέγω.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

γυναικὸς ἐσθλῆς ἤμπλακες· τίς ἀντερεῖ;

ΑΔΜΗΤΟΣ.

ὥςτ' ἄνδρα τόνδε μηκέθ' ἥδεσθαι βίῳ.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

χρόνος μαλάξει, νῦν δ' ἔθ' ἡβάσκει κακόν.

V. 1078. habent Stob. flor. CXIV. 5. t. III. p. 364. Orion anth. VIII. 24. p. 55. Menand. monost. 475. Cassius Dio lib. XXXVIII. c. 18.

V. 1079. 1080. habet Chrysippus ap. Galen. de d. Hipp. et Plat. V. p. 413. ubi legitur: *θέλοις στένειν ἀεί.*

V. 1080. *τίς μ' ἐξάγει* libri. *τις ἐξάγει* est apud Galenum.

V. 1082. *καὶ ἔτι* BbcdB.

V. 1085. habet Galenus l. c. p. 419. *μαλάξει σε* BC. *ἡβάσκει* Galen. l. c. *ἡβᾷ σοι* libri.

animo modum excedere et saepe cum *ἁμαρτάνειν* coniungitur, conf. Soph. Ant. 659: *ὅστις ὑπερβὰς ἢ νόμους βιάζεται, ἢ τοὐπιτάσσειν τοῖς κρατοῦσιν ἐννοεῖ.* Id igitur quum optimorum librorum auctoritate commendaretur, recipiendum fuit. R. K.

V. 1078. Aesch. Prom. 271: *Ἐλαφρὸν ὅστις πημάτων ἔξω πόδα Ἔχει παραινεῖν νουθετεῖν τε τὸν κακῶς Πράσσοντ'.* Dio Cassius XXXVIII, 18: *ὅθεν που πάνυ καλῶς εἴρηται, ὅτι ῥᾷον παραινέσαι ἑτέρους ἐστὶν ἢ αὐτὸν παθόντα καρτερῆσαι.*

V. 1079. Comparat Monkius Hec. 954: *ἀλλὰ ταῦτα μὲν τί δεῖ Θρηνεῖν προκόπτοντ' οὐδὲν ἐς πρόσθεν κακῶν;* Alcaei fr. III: *Οὐ χρὴ κακοῖσιν θυμὸν ἐπιτρέπην. Προκόψομες γὰρ οὐδὲν ἀσάμενοι.* Recte autem optativo subiicitur indicativus *θέλεις*, quia non dubia est Admeti voluntas. Med. 1134: *δὶς τόσον γὰρ ἂν Τέρψειας ἡμᾶς, εἰ τεθνᾶσι παγκάκως.* Demosth. c. Timocr. §. 167. p. 752. R: *καὶ μὴν εἰ θέλετε σκέψασθαι παρ' ὑμῖν αὐτοῖς, ὦ ἄνδρες δικασταί, τί δοῦλον ἢ ἐλεύθερον εἶναι διαφέρει, τοῦτο μέγιστον ἂν εὕροιτε κτλ.* Vide Schaeferum ad Demosth. T. III. p. 538. A. Matthiae ad Eur. Hipp. 471. Stallbaum. ad Platonis Apol. Socr. p. 42. PFLUGK.

V. 1080. *ἐξάγει*] dulcedo nescio quae maeroris abripit (me) atque inducit. Suppl. 79: *ἄπληστος ἅδε μ' ἐξάγει χάρις γόων.* Lysias Epitaph. §. 61: *ἐξήχθην ὀλοφύρα-*

ΑΔΜΗΤΟΣ.

χρόνον λέγοις ἄν, εἰ χρόνος τὸ κατθανεῖν.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

γυνή σε παύσει καὶ νέου γάμου πόθοι.

ΑΔΜΗΤΟΣ.

σίγησον· οἷον εἶπας. οὐκ ἂν ᾠόμην.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

τί δ'; οὐ γαμεῖς γάρ, ἀλλὰ χηρεύσει λέχος;

ΑΔΜΗΤΟΣ.

οὐκ ἔστιν ἥτις τῷδε συγκλιθήσεται.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

μῶν τὴν θανοῦσαν ὠφελεῖν τι προςδοκᾷς;

V. 1087. πόθος [AB]C. πόθοι ceteri libri. Id ego iam olim in Nov. Ann. philos. et paedag. vol. XIX. p. 299. recipiendum dixi.

V. 1089. χηρεύεις μόνος ABC.

V. 1090. τῷδ' ἀνδρὶ BC. Ceteri τῷδε. Altero recepto Kirchhoffius ᾗ pro ἥτις scribi voluit. Id minime verum est. ἀνδρὶ receptum est e v. 1084., ubi v. Scholiasta: ἄνδρα τόνδ' ἑαυτὸν λέγει. Ille contra hoc loco rectissime: τῷδε δεικτικῶς ἐμοί.

σθαι. PFLUGK. Sic etiam Scholiasta verba intellexit, qui haec habet: ἔρως τοῦ θρηνεῖν. R. K.

V. 1082. Hyperbolicam dictionem exemplis illustravi ad Hecub. 667: ὦ παντάλαινα, κἄτι μᾶλλον ἢ λέγω. Adde Demosth. Or. l. c. Stephan. §. 73. p. 1123, R: οὐκοῦν δεινόν, ὦ γῆ καὶ θεοί, καὶ πέρα δεινοῦ. PFLUGK.

V. 1085. Moeris p. 180: Ἡβᾶν Ἀττικῶς. ἀκμάζειν Ἑλληνικῶς. Ἡβάσκειν δὲ ἐπὶ τῶν παίδων τῶν ἀρχομένων ἡβᾶν ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον Ἀττικοί. [Photius tamen hoc habet: ἡβάσκει· ἀκμάζει, fortasse ex hoc ipso loco. R. K.] Hoc praeceptum veriti migrare Monkius, Blomf., Matth. veterem lectionem ei, quae a Galeno conservata est, praetulerunt. Contra dixit Hermannus, ne Moeridem quidem ἡβάσκειν semper insenescendi significatione positum contendere, attulitque exemplum eius verbi pro ἡβᾶν usurpati in Macedonii Epigr. XXVIII. Anth. Pal. VI, 30, 6: Οἶσθα, μάκαρ, κέκμηκα· κακοῦ δ' ἐπὶ γήραος ἡμῖν Ἄλλυτος ἡβάσκει γυιοτακὴς πενίη. Ceterum ne opus quidem esse, ut ἡβάσκειν pro ἡβᾶν positum dicamus, docet Med. v. 60: ἐν ἀρχῇ πῆμα κοὐδέπω μεσοῖ. PFLUGK.

V. 1087. γυνή σε παύσει] scil. λυπούμενον. PFLUGK.

V. 1091. ὠφελεῖν dixit, non ὠφελήσειν, quod Admetum Hercules, non quis futurus sit maeroris sui fructus, sed quem iam nunc ex eius lacrimis et orbitate uxor capiat, cogitare putat. Cf. ad Hecub. 283. PFLUGK.

ΑΔΜΗΤΟΣ.

κείνην ὅπουπέρ ἐστι τιμᾶσθαι χρεών.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

αἰνῶ μὲν αἰνῶ· μωρίαν δ' ὀφλισκάνεις.

ΑΔΜΗΤΟΣ.

ὡς μήποτ' ἄνδρα τόνδε νυμφίον καλῶν.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

ἐπῄνεσ' ἀλόχῳ πιστὸς οὕνεκ' εἶ φίλος.

ΑΔΜΗΤΟΣ.

θάνοιμ' ἐκείνην καίπερ οὐκ οὖσαν προδούς.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

δέχου νυν εἴσω τήνδε γενναίων δόμων.

ΑΔΜΗΤΟΣ.

μή, πρός σε τοῦ σπείραντος αἰτοῦμαι Διός.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

καὶ μὴν ἁμαρτήσει γε μὴ δράσας τάδε.

ΑΔΜΗΤΟΣ.

καὶ δρῶν γε λύπῃ καρδίαν δηχθήσομαι.

V. 1094. *καλῶν* [B] Schol.: *ἴσθι μὴ καλέσων με νυμφίον. καλόν* B. *καλεῖν* *AC*.
V. 1097. *δέχου νυν* Ald. Lasc. *δέχου νῦν* libri.
V. 1098. *ἄντομαι* [*AB*]*C*.
V. 1101. *πείθου· τάχα γὰρ* BC. *πιθοῦ. τάχ' ἂν γὰρ* ceteri libri.

V. 1092. *ὅπουπέρ ἐστι*] Hoc dicit, sive iis in locis Alcestis versetur, ut frustra lugeatur, sive aliquem habitura sit harum rerum sensum, tamen hunc illi debitum esse honorem. Vide ad Heracl. 649. PFLUGK.

V. 1093. *μωρίαν ὀφλισκάνεις*] stultitiae crimen subire videris. Conf. Soph. Antig. v. 468 sq.: *σοὶ δ' εἰ δοκῶ νῦν μῶρα δρῶσα τυγχάνειν, σχεδόν τι μώρῳ μωρίαν ὀφλισκάνω*, et quae C. Wexius ad eum locum adnotavit p. 174. Eurip. Iph. Herc. 476: *μωρίαν τ' ὀφλισκάνει θνήσκει θ' ὁμοίως.* R. K.

V. 1094. *ὡς — καλῶν*] Ex Herculis verbis intelligendum esse *αἴνει* monet Hermannus. PFLUGK.

V. 1095. *ἐπῄνεσ'*] Aoristus

ΗΡΑΚΛΗΣ.

πείθου· τάχ' ἂν γὰρ ἐς δέον πέσοι χάρις.

ΑΔΜΗΤΟΣ.

φεῦ·
εἴθ' ἐξ ἀγῶνος τήνδε μὴ 'λαβές ποτε.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

νικῶντι μέντοι καὶ σὺ συννικᾷς ἐμοί.

ΑΔΜΗΤΟΣ.

καλῶς ἔλεξας· ἡ γυνὴ δ' ἀπελθέτω.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

ἄπεισιν, εἰ χρή· πρῶτα δ' εἰ χρεὼν ἄθρει.

ΑΔΜΗΤΟΣ.

χρή, σοῦ γε μὴ μέλλοντος ὀργαίνειν ἐμοί.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

εἰδώς τι κἀγὼ τήνδ' ἔχω προθυμίαν.

ΑΔΜΗΤΟΣ.

νίκα νυν. οὐ μὴν ἀνδάνοντά μοι ποιεῖς.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

ἀλλ' ἔσθ' ὅθ' ἡμᾶς αἰνέσεις· πιθοῦ μόνον.

V. 1102. λάβῃς B. λάβοις C.
V. 1105. ὅρα pro ἄθρει [A]BC. e glossemate.
V. 1108. habet B. in margine, om. C. Habent ceteri libri. In libris νῦν, in Ald. correctum νυν.
V. 1109. ἀλλ' ἴσθ' ἡμᾶς πότ' αἰνέσεις bcd. Dein πείθου A. πείθου B. ab altera manu πείθου.

...nius manet effectus, ut Troad. 53. 713. 887. Iph. T. 1023. Iph. A. 440. Or. 1672. Adde quae notata sunt ad Helen. 330. PFLUGK.

V. 1100. καὶ δρῶν γε λύπῃ καρδίαν δηχθήσομαι] Hanc ipsam formulam carpere videtur in Euripide Aristophanes Acharn. 1: ὅσα δὴ δέδηγμαι τὴν ἐμαυτοῦ καρδίαν. conf. Rhes. 596. R. K.

V. 1103. «Observanda consulto quaesita ambiguitas, quum Hercules praemium Admeti esse significet, Admetus autem dici credat gaudere se debere ob illius victoriam, ut qui tanquam amicus in communionem veniat huius victoriae.» HERMANN.

V. 1107. εἰδώς τι κἀγὼ τήνδ' ἔχω προθυμίαν] De his verbis vide quae diximus supra ad v. huius fab. 51. R. K.

ΑΔΜΗΤΟΣ.

κομίζετ', εἰ χρὴ τήνδε δέξασθαι δόμοις.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

οὐκ ἂν μεθείην τὴν γυναῖκα προςπόλοις.

ΑΔΜΗΤΟΣ.

σὺ δ' αὐτὸς αὐτὴν εἴςαγ', εἰ βούλει, δόμοις.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

ἐς σὰς μὲν οὖν ἔγωγε θήσομαι χέρας.

ΑΔΜΗΤΟΣ.

οὐκ ἂν θίγοιμι· δῶμα τ' εἰςελθεῖν πάρα.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

τῇ σῇ πέποιθα χειρὶ δεξιᾷ μόνῃ.

ΑΔΜΗΤΟΣ.

ἄναξ, βιάζει μ' οὐ θέλοντα δρᾶν τάδε.

V. 1111. μεθείμην σοῖς γυναῖκα abcd.

V. 1112. εἰσάγαγ' B. εἰ δοκεῖ [AB]C. εἰ βούλει ceteri libri. δόμους C.

V. 1114. δῶμα δ' [AB]C.

V. 1117. προτεῖναι — καὶ θίγειν BC. πρότεινε — καὶ θίγε bcd. προτείν ειν — καὶ θίγειν. [A]BC θιγεῖν Elmsleius. Dein καὶ δὲ BCbc. καὶ μὴν [A]C.

V. 1111. οὐκ ἂν μεθείην τὴν γυναῖκα προςπόλοις] Hac iam optimorum librorum testimonio restituta lectione, quam propter absurdam in libris minoris fidei corruptionem reliquerant superiores editores, perspicua est totius loci ratio, ut ad ineptias confugere non oporteat. Admetus ministris, quibus comitatus processerat ut rex, hoc negotium mandaverat, ut mulierem introducerent in domum suam. Huic rei refragaturus rectissime iam regerit Hercules: Non ita dimittam a me mulierem, ut committam ministris. Quod ubi audivit Admetus, ne tum quidem ipse suis manibus excipere vult mulierem, sed rogat Herculem, ut ipse eam introducat in domum, quod tamen, ut deo, ita mandat, ut adiungat, εἰ βούλει, si vis, ne ei imperare videatur. R. K.

V. 1112. σὺ δ'] Sic in Iph. Aul. 1134: σὺ δ' ἢν γ' ἐρωτᾷς εἰκότ', εἰκότ' ἂν κλύοις. Vide ad Med. 942. ad Heracl. 258. PFLUGK. Ceterum non probo, quod nuper A. Kirchhoffius ex unius libri B. levi indicio (εἰσάγαγ') scribi voluit ἐσάγαγ'. Neque enim sic aut melius versus procedit aut usitatior aoristus in hac forma orationis est quam praesens, quod fere semper memini me legere in eius modi locis, velut infra v. 1147: ἀλλ' εἴςαγ' εἴσω τήνδε. et in Aristoph. Acharn. v. 11: ὁ δ' ἀνεῖ-

ΗΡΑΚΛΗΣ.

τόλμα προτεῖναι χεῖρα καὶ θιγεῖν ξένης.

ΑΔΜΗΤΟΣ.

καὶ δὴ προτείνω, Γοργόν' ὡς καρατόμῳ.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

ἔχεις;

ΑΔΜΗΤΟΣ.

ἔχω.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

ναί, σῶζε νῦν καὶ τὸν Διὸς
φήσεις ποτ' εἶναι παῖδα γενναῖον ξένον.
βλέψον πρὸς αὐτήν, εἴ τί σοι δοκεῖ πρέπειν
γυναικί· λύπης δ' εὐτυχῶν μεθίστασο.

V. 1119. ἔχω ναί Admeto dant [Α] BC.

V. 1120. παῖδα om. B., sed supra scriptum est λείπει τὸν (τὸ?) παῖδα.

V. 1121. πρὸς αὐτὴν BC. δ' ἐς αὐτὴν ceteri libri. Vide supra v. 390: βλέψον πρὸς αὐτούς.

V. 1122. δ' om. BC.

κεν· εἴσαγ', ὦ Θέογνι, τὸν χορόν. εἰσάγαγ' potius ex mera διττογραφίᾳ videtur ortum. R. K.

V. 1118. καὶ δὴ προτείνω, Γοργόν' ὡς καρατόμῳ] Sic aggreditur Admetus ad accipiendam mulierem ab Hercule sibi oblatam aversis oculis, quasi Gorgonis caput abscisum spectaturus esset, non secus atque ille fecit, quem Augustus ioco corripuit, quod sic sibi libellum porrigere dubitaret quasi elephanto stipem. Conf. Suetonii Aug. c. 53. Hac Gorgonis similitudine usus est Euripides in Phoen. v. 458 sq.: οὐ γὰρ τὸ λαιμότμητον εἰσορᾷς κάρα Γοργόνος, ἀδελφὸν δ' εἰσορᾷς ἥκοντά σου., ad quem locum vide quae adnotavi p. 87. Ceterum hoc quidem loco et propter aptam verborum conglutinationem et proverbialem vim formulae elisio dativi singularis ferri posse videtur, v. V. Chr. Fr. Rost. Gr. Gr. p. 357. ed. VII. R. K.

V. 1121. «Velo obvoluta videtur Alcestis adstitisse, quod nunc tollit Hercules.» HERMANN. Restitui librorum scripturam εἴ τί σοι δοκεῖ πρέπειν κτἑ., quam obtinuit etiam Kirchhoffius. Plerique critici, etiam Nauckius, receperunt Marklandi coniecturam: εἴ τι σῇ δοκεῖ πρέπειν γυναικί. πρέπειν est similem esse. In hanc rem attulit Pflugkius Bacch. 915: πρέπεις δὲ Κάδμου θυγατέρων μορφῇ

ΑΔΜΗΤΟΣ.

ὦ θεοί, τί λεύσσω; θαῦμ' ἀνέλπιστον τόδε·
γυναῖκα λεύσσω τὴν ἐμὴν ἐτητύμως,
ἢ κέρτομός με θεοῦ τις ἐκπλήσσει χαρά;

ΗΡΑΚΛΗΣ.

οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ τήνδ' ὁρᾷς δάμαρτα σήν;

ΑΔΜΗΤΟΣ.

ὅρα γε, μή τι φάσμα νερτέρων τόδ' ᾖ.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

οὐ ψυχαγωγὸν τόνδ' ἐποιήσω ξένον.

ΑΔΜΗΤΟΣ.

ἀλλ' ἣν ἔθαπτον εἰςορῶ δάμαρτ' ἐμήν;

ΗΡΑΚΛΗΣ.

σάφ' ἴσθ'· ἀπιστεῖν δ' οὔ σε θαυμάζω τύχην.

ΑΔΜΗΤΟΣ.

θίγω, προςείπω ζῶσαν ὡς δάμαρτ' ἐμήν;

ΗΡΑΚΛΗΣ.

πρόςειπ'. ἔχεις γὰρ πᾶν ὅσονπερ ἤθελες.

ΑΔΜΗΤΟΣ.

ὦ φιλτάτης γυναικὸς ὄμμα καὶ δέμας,
ἔχω σ' ἀέλπτως οὔποτ' ὄψεσθαι δοκῶν.

V. 1123. *τί λέξω AB[C]. τί λεύσσω* ceteri libri. Vide quae dixi de hac scriptura in Nov. annal. philol. et paedag. vol. XIX. p. 300.

V. 1124. *λεύσων C. τήνδ' [AB]C.* Ceteri *τὴν. τήνδ'* assumptum videtur e v. 1126. Vide quae dixi de hoc loco l. c. p. 301.

V. 1125. *ἤ* libri. Correxit Barnesius.

μιᾷ. et Aeschyl. Suppl. 307: *φασὶν πρέποντα βουθόρῳ ταύρῳ δέμας.* R. K.

V. 1126. *ἀλλὰ τήνδ' — σήν*] i. e. *ἥδε, ἣν ὁρᾷς, ἐστὶ δάμαρ σή.* [Cf. Schaefer. Meletem. p. 77. not. *) F. I.] PFLUGK.

V. 1128. Verte: non magnum quendam, qui ab inferis animas mortuorum excitare posset, hospitem tuum fecisti, quum me hospitem fecisti. Plutarch. Agesil. c. 13: *ἐγώ σε ξένον, ὦ Ἀγησίλαε, ποιοῦμαι.* Soph. Antig. 189: *ἥδ' ἐστὶν ἡ σώζουσα καὶ ταύτης ἔπι Πλέοντες ὀρθῆς τοὺς φίλους ποιούμεθα.* PFLUGK.

V. 1130. Accusativum verbo *ἀπιστεῖν* iunxit, propterea quod hoc dicere Admetum oportet, non credere se verum esse quod accidit. *Ἀπιστεῖν τύχῃ* recte diceretur de eo, qui fortunae inconstantiam vereretur. Monuit Hermannus. PFLUGK.

V. 1135. *φθόνος δὲ μὴ γένοιτό τις θεῶν*] Eos, quibus summa fortunae felicitas

ΗΡΑΚΛΗΣ.

ἕξεις· φθόνος δὲ μὴ γένοιτό τις θεῶν.

ΑΔΜΗΤΟΣ.

ὦ τοῦ μεγίστου Ζηνὸς εὐγενὲς τέκνον,
εὐδαιμονοίης καί σ' ὁ φιτύσας πατὴρ
σώζοι· σὺ γὰρ δὴ τἄμ' ἀνώρθωσας μόνος.
πῶς τήνδ' ἔπεμψας νέρθεν εἰς φάος τόδε;

ΗΡΑΚΛΗΣ.

μάχην συνάψας δαιμόνων τῷ κοιράνῳ.

ΑΔΜΗΤΟΣ.

ποῦ τόνδε Θανάτῳ φῄς ἀγῶνα συμβαλεῖν;

ΗΡΑΚΛΗΣ.

τύμβον πάρ' αὐτὸν ἐκ λόχου μάρψας χεροῖν.

ΑΔΜΗΤΟΣ.

τί γάρ ποθ' ἥδ' ἄναυδος ἕστηκεν γυνή;

ΗΡΑΚΛΗΣ.

οὔπω θέμις σοι τῆςδε προςφωνημάτων
κλύειν, πρὶν ἂν θεοῖσι τοῖσι νερτέροις

V. 1127. τόδ' ἦ] τόδ' εἰσορᾷς B.
V. 1132. πάνθ' ὅσαπερ *ABC*.
V. 1137. φιτύσας BC. φυτεύσας ceteri.
V. 1138. σὺ γὰρ τἄμ' ὤρθωσας *AB*. σὺ γὰρ δὴ τἀμά γ' ὤρθωσας *C*.
V. 1140. τῷ κοιράνῳ BC*ABC*. τῷ κυρίῳ abcd.
V. 1144. τῶνδε bcd.

contigisset, deorum invidiam deprecari solitos esse et notum et multis locis interpretes ad hunc ipsum locum probaverunt, velut Iph. Aul. 1097: μή τις θεῶν φθόνος ἔλθοι. Pindar. Isthm. VII, 55: ὁ δ' ἀθανάτων μὴ θρασσέτω φθόνος. Conf. Herodot. III, 40. VII, 46. Liv. V, 21. Vell. I, 10. R. K.

V. 1140. δαιμόνων τῷ κοιράνῳ] Recte explicaverunt ii, quorum sententiam priore loco adfert Scholiasta: τῷ τῶν νεκρῶν κυρίῳ· φασὶ γὰρ τοὺς νεκροὺς δαίμονας. δαίμονες enim sunt Manes. V. Lucianum de luctu §. 24: ἔασον ἀναπαύσασθαι τοὺς τοῦ μακαρίτου δαίμονας. eodemque modo Aesch. Pers. v. 623. ed. Herm. dicit: ἀλλ', ὦ φίλοι, χοοῦσι ταῖςδε νερτέρων Ὕμνους ἐπευφημεῖτε, τόν τε δαίμονα Δαρεῖον ἀνακαλεῖσθε. et ib. 644: δαιμόνων κοίρανος igitur aperte est Orcus, qui Manes, imagines mortuorum, continet et custodit, cui nunc Alcestin eripuerat Hercules. R. K.

ἀφαγνίσηται καὶ τρίτον μόλῃ φάος.
ἀλλ' εἴςαγ' εἴσω τήνδε, καὶ δίκαιος ὢν
τὸ λοιπόν, Ἄδμητ', εὐσέβει περὶ ξένους.
καὶ χαῖρ'· ἐγὼ δὲ τὸν προκείμενον πόνον
Σθενέλου τυράννῳ παιδὶ πορσυνῶ μολών.

ΑΔΜΗΤΟΣ.

μεῖνον παρ' ἡμῖν καὶ συνέστιος γενοῦ.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

αὖθις τόδ' ἔσται, νῦν δ' ἐπείγεσθαί με δεῖ.

ΑΔΜΗΤΟΣ.

ἀλλ' εὐτυχοίης, νόστιμον δ' ἔλθοις πόδα.

V. 1150. τυράννου bcd*Δ*.
V. 1153. ἔλθοις ὁδόν BC. ἔλθοις πόδα abcd., sed a γρ. ὁδόν [*B*]. ἔλθοις δόμον *AC*., sed in *C*. ascriptum γρ. πόδα et γρ. καὶ ὁδόν.
V. 1154. πᾶσι τ' B[C]*B*. πᾶσιν *C*. πάσῃ τ' abcd*Δ*.
V. 1155. συμφοραῖς συνιστάναι bcd*Δ*.
V. 1156. κνισᾶν BC. κνισσᾶν ceteri. προτροπαῖς BC.

V. 1146. «Ἀφαγνίζειν non purificare, sed desecrare vertendum monet Heath. allegans v. 75, ubi de contraria caerimonia dicitur ἁγνίζειν.» MONK.

V. 1147. Δίκαιος ὢν Markland. interpretatur: quemadmodum debes (cf. ad Heracl. 143.): iure notatus ob eam rem ab Hermanno, quo auctore verte: Quum sis iustus, perge posthac pius esse erga hospites. PFLUGK.

V. 1152. αὖθις τόδ' ἔσται] alio tempore hoc fiet. Xenoph. Conv. I, 16: ὡς αὖθις γελασόμενοι. Vide ad Helen. 713. Monk. ad Hipp. 896. PFLUGK.

V. 1153. νόστιμον δ' ἔλθοις πόδα] Offendit haec dictio A. Matthiae, qui πόδα ex Hecub. 939. fluxisse suspicatur. Satis videor talia vindicasse adnotatione ad Heracl. 169. ad Helen. 948. Eiusdem generis est φρουρεῖν ὄμμα in Soph. Phil. 151., de quo recte iudicavit Wunderus. PFLUGK.

V. 1154. Thessaliam in quattuor partes sive tetrarchias divisam sub Aleua, Pyrrhi f., Aristoteles tradit apud Phot. s. v. τετραρχία. Cui iungendus Suidas, Harpocratio s. ead. voc. Ti. Hemsterh. Anecd. p. 264. PFLUGK.

V. 1155. Aristoph. Equit. 661: ἐπὶ συμφοραῖς ἀγαθαῖς. Lysistr. 1278. Ceterum respexit poëta morem Atheniensium de quo Demosth. c. Midiam p. 530, 22. R. c. §. 51: ἴστε γὰρ δήπου τοῦθ', ὅτι τοὺς χορους ὑμεῖς ἅπαντας τούτους καὶ τοὺς ὕμνους τῷ θεῷ ποιεῖτε οὐ μόνον κατὰ τοὺς νόμους τοὺς περὶ τῶν Διονυσίων, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰς μαντείας, ἐν αἷς ἁπάσαις ἀνῃρημένον εὑρήσετε τῇ πόλει, ὁμοίως ἐκ Δελφῶν καὶ ἐκ Δωδώνης, χοροὺς ἱστάναι κατὰ τὰ πάτρια καὶ κνισᾶν ἀγυιὰς καὶ στεφανηφορεῖν. Item in oraculo, quod affert or. c. Macartatum §. 66. p. 1072: τὰς ἀγυιὰς κνισσῆν, καὶ κρατῆρας ἱστάμεν καὶ χορούς, καὶ στεφανηφορεῖν κατὰ τὰ πάτρια θεοῖς Ὀλυμπίοις πάντεσσι καὶ πάσαις. — Aristoph.

ἀστοῖς δὲ πάσῃ τ' ἐννέπω τετραρχίᾳ
χοροὺς ἐπ' ἐσθλαῖς συμφοραῖσιν ἱστάναι,
βωμούς τε κνισᾶν βουθύτοισι προςτροπαῖς.
νῦν γὰρ μεθηρμόσμεσθα βελτίω βίον
τοῦ πρόσθεν· οὐ γὰρ εὐτυχῶν ἀρνήσομαι.

ΧΟΡΟΣ.

πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων,
πολλὰ δ' ἀέλπτως κραίνουσι θεοί.
καὶ τὰ δοκηθέντ' οὐκ ἐτελέσθη,
τῶν δ' ἀδοκήτων πόρον εὗρε θεός.
τοιόνδ' ἀπέβη τόδε πρᾶγμα.

V. 1159—1163. habet Cassius Dio LXXVIII, 8.
V. 1159—61. Lucian. Olymp. 48. tragopodop. V. 325 sq.
V. 1160—1162. habet Stob. flor. CXI. 6. III. p. 355.
V. 1160. bis habet Plutarch. de adul. et am. p. 58. et de am. prol. p. 497.
V. 1164. τόδε τὸ BC. τέλος τῆς τοῦ εὐριπίδου αλκήστιδος A. τέλος εὐριπίδου ἀλκήστιδος B. εὐριπίδου ἀλκήστιδος τέλος C.

Av. 1230. Eq. 1331., ubi vide intpp. PFLUGK.
V. 1158. Or. 1581: ἀρνεῖ [illegible]κτάς, κἀφ' ὕβρει λέγεις τάδε; Demosth. Philipp. IV. §. 60: ὅταν γὰρ οἱ ἀδικούμενοι ἀρνῶνται, intellige ἀδικούμενοι. PFLUGK.

V. 1159—1163. De hoc exitu fabulae, qui est huius fabulae et Medeae et Andromachae et Baccharum et Helenae communis, vide quae adnotavi ad Med. 1415. p. 130. ed. Pflugk. sec. R. K.

ERFORDIAE,
FORMIS DESCRIPSERUNT HENNINGS & H

VERZEICHNISS

derjenigen

VERLAGS-WERKE

der

Henning's'schen Buchhandlung

in Gotha,

welche von der **Biblioth. graec. cur. Jacobs & Rost** vorhanden sind.

(15. September 1856.)

	Rt.	Sgr.
Aeschinis oratio in Ctesiphontem notis instr. a **Bremi** 8. maj. 1826	—	15
Aeschyli Choëphorae illustr. a **Klausen** 8. maj. 1835	1	27
Anacreontis carmina, Sapphus et Erinnae fragmenta annotat. illustr. **Moebius**. 8. maj. 1826	—	15
Delectus epigrammatum graecorum novo ordine comment. instr. **Fr. Jacobs** 8. maj. 1826	2	—
Demosthenis conciones ed. Bremi et Sauppe. Sect. I. (cont. Philipp. I. et Olynthiaca I—IV. ed II. 8. maj. 1845	—	15
Euripidis Medea, Hecuba, Hercules fur., Phoenissae et vita ed. Pflugk et Klotz. 8. maj. 1840—1842. (Medea ed. II. 15 Sgr. Hecuba ed. II. 12 Sgr. Hercules fur. 21 Sgr. Phoenissae 21 Sgr. vita 7½ Sgr.) Alcestis ed. II. 18 Sgr. Helena 15 Sgr.		
— Textausgabe von Medea, Hecuba, Heraclidae, Helena, Andromache, Alcestis à 3 Sgr.	—	18
Hesiodi carmina illustr. **Goettling** ed. II. 8. maj 1842	1	27
(Einzeln: Theogonia 15 Sgr. scutum Herculis 7½ Sgr. opera et dies 15 Sgr. Homeri certamen, fragmenta et vita Hesiodi 24 Sgr.)		
Homeri Ilias varietat. lect. adj. **Spitzner**. 4 Vol. 8. maj. 1832 bis 1836	5	22
(Vol. I. 27 Sgr., II. 1 Thlr, III. 1 Thlr. 27 Sgr., IV. 2 Thlr.)		
— Textabdruck 8. maj 1836	—	10
Lysiae et **Aeschinis** orationes select. ed. **Bremi**. 8. maj 1826	2	—
☞ (Für Schulen, die 10 Exemplare auf ein Mal nehmen, à Exempl. nur 1 Thlr.)		
— orationes selectae (besonderer Abdruck)	1	—
(10 Exempl. auf ein Mal genommen nur 6 Thlr.)		
Pindari carmina et deperdit. fragm. variet. lect. adj. et illustr. **Dissen**, et II. cur. **Schneidewin**. Vol. I. Text. 1843	1	27
— Vol. II. Sect. I. II. (Comment. in Olymp. et Pyth. (1846. 7. (à 27 Sgr.)	1	24
Platonis opera **selecta** perpet. comment., prolegom., variet. lect. et indd. adjecit **G. Stallbaum**. 8. maj. 1833—1852 continent:		
— Apologiam Socratis et Critonem ed. III. 1846	—	27
— Phaedonem ed. III. 1850	—	27

ℛ.

Platonis symposium c. ind. ed. III. 1852 .... —
— Georgiam ed. II. 1840 .... —
— Protagoram ed. II. c. ind. 1840 .... —
— de re publ. lib. V—X. 1831 1
— Phaedrum ed. IV. 1857. 1
— Menexenus, Lysis, Hippias uterque. ed. II. 1857. 1
— Cratylum cum ind. 1835 .... —
— Menonem et Eutyphr. itemque incerti script. Theager. Erastae et Hipparch. 1836 1
— Timaeum et Critiam et Timaei Locri de anima mundi etc. c. var. lect. Cod. Paris 1807. c. ind. 1838 1
— Theatetum c. ind. 1839 1
— Sophistam c. ind 1840 .... —
— Politicum et incerti auctoris Minoem. 1841 1
— Philebum c. ind. 1842 1

Sophoclis tragoediae rec. et explan. **E. Wunderus.** 2 Vol. 8. maj. 1848— 5 8
(Philoctetes ed. III. 27 Sgr. Oedip. tyrannus ed. IV. 21 Sgr. Coloneus ed. III. 1 Thlr. Antigone et IV. 21 Sgr. Electra ed. III. 21 Sgr. Ajax ed. III. 21 Sgr. Trachiniae ed. II. 27 Sgr.)

Thucydidis de bello Peloponnesiaco libri VIII. explan. **Poppo** IV. Vol. 8. mag. 1843—1852. 7
(à Vol. = 2 Sect. 1 Thlr. 22½ Sgr. à Sect. 27 Sgr.)
— Textabdruck 1852. 8. maj. 2 Vol. à 10 Sgr. .... —

Xenophontis Cyropaedia comment. instr. **Bornemann.** 8. maj. 1828 .... 1 15
— Memorabilia (Commentarii) illustr. **R. Kühner.** 8. maj. 1841. chart. mel. 2 7
— Anabasis (expedit. Cyri min.) illustr. **R. Kühner.** 1852. Vol. I. 27 Sgr. Vol. II. 1 Thlr. 1 27
— idem opus, deutsch erklärt. gr. 8 1852 .... — 18
— Oeconomicus rec. et explan. **Breitenbach.** 8. maj. 1842..... — 27
(Bei Abnahme von 10 Exemplaren zu gleicher Zeit nur 15 Sgr. à Exempl.)
— Agesilaus ex ead. recens. 8. maj. 1843 .... — 15
(Bei Abnahme von 10 Exemplaren zu gleicher Zeit nur 10 Sgr. à Exempl.)
— Hiero ex ead. rec. 8 maj. 1844 .... — 9
— Hellenica Sect. I. (lib. I. II.) ex ead. rec. 8. maj. 1853 ... — 27

EURIPIDIS
TRAGOEDIAE.

RECENSUIT ET COMMENTARIIS INSTRUXIT

AUG. IUL. EDM. PFLUGK.

VOL. II. SECT. III.

CONTINENS

HERCULEM.

EDITIO ALTERA,

QUAM CURAVIT

N. WECKLEIN.

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXVII.

EURIPIDIS

HERCULES.

RECENSUIT ET COMMENTARIIS INSTRUXIT

AUG. IUL. EDM. PFLUGK.

EDITIO ALTERA,

QUAM CURAVIT

N. WECKLEIN.

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXVII.

EURIPIDIS

TRAGOEDIAE.

RECENSUIT ET COMMENTARIIS INSTRUXIT

AUG. IUL. EDM. PFLUGK.

VOL. II. SECT. III.

CONTINENS

HERCULEM.

EDITIO ALTERA,

QUAM CURAVIT

N. WECKLEIN.

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.
MDCCCLXXVII.

EURIPIDIS

HERCULES.

RECENSUIT ET COMMENTARIIS INSTRUXIT

AUG. IUL. EDM. PFLUGK.

EDITIO ALTERA,

QUAM CURAVIT

N. WECKLEIN.

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXVII.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

Η Ρ Α Κ Λ Η Σ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΑΜΦΙΤΡΥΩΝ.
ΜΕΓΑΡΑ.
ΧΟΡΟΣ ΘΗΒΑΙΩΝ ΓΕΡΟΝΤΩΝ.
ΛΥΚΟΣ.
ΗΡΑΚΛΗΣ.
ΙΡΙΣ.
ΛΥΣΣΑ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΘΗΣΕΥΣ.

PROOEMIUM.

Furorem Herculis quaeque per dementiam saeva in suos edidit facinora enarraverunt Apollodorus Bibl. lib. II 4 12, Moschus vel potius incertus auctor Idyll. IV. 13 sqq., Diodorus Siculus lib. IV c. 11, Nicolaus Damascenus in Fragmentis p. 261 ed. Tauchn. vol. III p. 369 ed. Müll., Hyginus fab. XXXII, Is. Tzetzes ad Lycophr. 38, Io. Tzetzes Chil. II 226, scholiasta Homeri ad Odyss. λ 269 et ad eundem locum Eustathius T. I p. 413 2 ed. Lips. Sed hi quidem omnes, ut in tanta fabulae antiquitate, satis recentes, quidam recentissimi: quibus tantum fidei adhibeas, praesertim si quid vel ipsi inter se vel ab antiquioribus discrepent, quantum scias a bonis auctoribus acceptum. Atque Apollodorus, nisi fallit coniectura, Pherecydem potissimum secutus est, qui de ea re dixerat libro secundo: id quod testimonio schol. Pind. ad Isthm. IV 104 constat[1]. Alios quoque permultos idem scholiasta nominavit scriptores, quorum magnam videmus varietatem fuisse in tradendo numero nominibusque filiorum Herculis, nec minorem, puto, in ceteris rebus dissensionem cognosceremus, si eorum libri aetatem tulissent. Scholiasta Homeri, quocum fere consentit Eustathius, auctore utitur Asclepiade, Tragilensi, ut opinor. Poetas vero antiquissimos, Stesichorum et Panyasin, quibus vel praecipuum in dicendo testimonio locum tribui oportebat, commemoravit quidem Pausanias lib. IX c. 11, sed ita commemoravit, minus ut quid tradiderint quam quid non tradiderint appareat. Sic enim scripsit: *ἐπιδεικνύουσι δὲ (οἱ Θηβαῖοι) Ἡρακλέους τῶν παίδων τῶν ἐκ Μεγάρας μνῆμα, οὐδέν τι ὁμοίως τὰ ἐς τὸν θάνατον λέγοντες ἢ Στησίχορος ὁ Ἱμεραῖος καὶ Πανύασις ἐν τοῖς ἔπεσιν ἐποίησαν.* Hi igitur quid memoriae prodiderint, ne suspicari quidem licet: nisi si

---

[1]) Conf. Matthiae in Wolfii Anal. litt. II p. 325.

quis cum Frid. Schlegelio Opp. vol. III p. 228 ad Panyasin referendum putet, quod sub Moschi Syracusani nomine fertur Idyllium, *Μεγάρα* inscriptum. Stesichorus autem cum plura de Herculis rebus carmina composuerit, Müllerus quidem Dor. vol. II p. 475 in Geryonide Megarae liberorumque caedem commemoratam censuit: sed ei recte contra dixisse Kleinium puto ad Stesichori fragm. p. 120. Euripideam vero fabulam qui consideraverit, facilius aliquid de eo carmine suspicetur, quod Cerberi nomine inscriptum fuit. Licet etiam de alio Stesichori carmine cogitare, cuius fragmenta sunt apud Kleinium p. 73 sq., siquidem vere Heynius ad Apollod. p. 134 coniecit, *Εὐρώπης* nomine, quod Anaglypho Farnesiano adscriptum legitur, carmen de Herculis rebus compositum significari. Sed haec ut incerta in medio relinqui praestat; illud dignum memoratu est, quod e Pausaniae verbis intellegitur, poetarum commenta valde diversa fuisse a domestica fama Thebanorum. Orto autem semel inter poesin vitamque communem discidio, non mirum est istam exstitisse fabularum varietatem, de qua nobis iam explicandum est ita, ut quae vel ab Euripide probata sunt vel a ceteris scriptoribus vulgata qui volent iuxta se posita exigere possint.

Perseus igitur quinque ex Andromeda filios reliquit, in his Alcaeum et Electryonem. Qui cum ad generis coniunctionem etiam ius affinitatis adiunxissent (nupserat enim Electryoni Anaxo, filia Alcaei), tot tamque gravibus causis caritatis atque amoris miserrimus casus intervenit. Nam Electryonem, caesorum a Taphiis filiorum ultionem cum maxime parantem, genitus Alcaeo Amphitryo, idemque tuendo regno filiaeque Electryonis Alcmenae delectus, ira sive imprudens occidit[1]). Ob eam rem Amphitryo cum Alcmena et Licymnio, fratre eius notho, Thebas exsulatum abiit, ubi benigne exceptus ab rege Creonte, Menoecei filio, eiusque uxore Henioche[2]), lustratusque sedem rerum fortunarumque suarum posuit, habitavitque iuxta portas Electras aedibus a Trophonio et Agamede

---

[1]) Ab imprudente factum et Apollodorus scribit lib. II 4 6 et consentire videtur Euripides, qui v. 17 *συμφορὰς* illud facinus dixit. Hesiodo autem Scut. Herc. 12 *χωσάμενος περὶ βουσὶ* id fecisse dicitur: quem sequitur schol. Hom. Il. ξ 323.

[2]) Sophocli in Antigona uxor Creontis Eurydice est. Heniochen et Pyrrham filias Creontis vocat Pausan IX 10 3.

exstructis[1]). Sed cum ea iungendi cum Alcmena matrimonii lex convenisset, ut fratrum eius caedem prius ulcisceretur, assumptis in societatem Thebanis aliisque finitimis populis Taphum insulam expugnavit. Alcmene autem, cum Iovem reducemque mox ab re bene gesta maritum thalamo accepisset, gemino partu Herculem et Iphiclem edidit, quorum ille divinae stirpis, infans etiam tum, documentum dedit elisis faucibus anguium ab Iunone immissorum. Adulescens Hercules Thebas a Minyarum Orchomeniorum dominatione liberavit, victo et, ut quidam tradiderunt, occiso rege Ergino. Cuius gratia beneficii Creon filiarum natu maiorem Megaram Herculi, minorem Pyrrham Iphicli nuptum dedit[2]).

Et hactenus quidem satis convenit inter antiquos scriptores; reliqua in magna dissensione versantur. Quae Euripides sic tradidit: Herculem, quamvis regiis nuptiis devinctum, Thebis manere noluisse, sed quod patrem Amphitryonem non crimine magis quam infelici casu putaret vertere solum coactum, petiisse ab Eurystheo, ut sibi in patriam redire liceret, idque impetrasse ea lege, ut terram prius pacatam redderet. Inde nobilissimos per orbem terrarum labores exantlasse; quorum cum ultimo Cerberi educendi causa ad inferos descendisset, rumor incessit Eurystheo auctore vulgatus, defunctum esse. Interea Lycus quidam, quem Hyginus (fab. 31 et 32) Neptuni filium vocat, Euripides vero natum patre cognomine scribit, eo qui aliquamdiu Thebis dominatus, post una cum Dirce uxore ab Zetho et Amphione interfectus est: is igitur ab Euboea profectus perturbatam factionibus civitatem Thebarum occiso Creonte filiisque eius oppressit. Idem Herculis filios impuberes, si adolescere pateretur, ultores metuens, totam eius stirpem exstinguere decrevit. Quare Amphitryo et Megara cum tribus filiis supplices in ara Iovis, cui cognomen Σωτῆρι, consederunt. Mox cum frustra deorum hominumque opem implorari nihilque satis tutum a tyranni saevitia esse intellegerent, id sibi beneficii loco tribui petierunt, ut priores ipsi quam pueri extremo defungerentur supplicio, pandereturque domus, unde sollemnia cultus morituris sumerent, non erubescente Lyco permittere. Heac illis

---

1) Pausan. IX 11 1. Schol. Hom. Il. τ 99.

2) Apollod. II 4 11. Diod. Sic. IV 9 et 10. Schol. Hom. Il. ξ 323. [Moschus] Id. IV 52.

agentibus animumque ad suprema firmantibus supervenit Hercules insperatamque suis salutem attulit. Quorum cognito discrimine etsi animus fuit statim aggredi eum, a quo petita domus insidiis fuerat, tamen cessit patri, tuta celeribus consiliis antehabenda esse monenti, intravitque cum omnibus domum, deos Penates ex itinere veneratum. Redit mox Lycus cum satellitibus, morantemque, ut arbitrabatur, supplicium Megaram educturus cum tectis successisset, ab Hercule obtruncatur[1]).

Sed tam laetas res ingens consecuta est calamitas. Adest enim Iunonis missu, Iride deducente, Lyssa sive Insania Dea[2]) iussaque novercae exsecutura domum ingreditur. Itaque Hercules, cum domum recenti caede purgaret, media inter sacra arasque mota mente, ut Eurysthei filios ita suos uxoremque sagittis confixit; iamque aliud in patrem telum parabat, ni eum subito adveniens Minerva coniecto in pectus ingenti saxo arcuisset. Cuius ictu cum esset resupinatus et sopore oppressus, ausi accedere, qui pavidi ante diffugerant, servi hortatu Amphitryonis vinculis constrictum columnae alligant. Mox reddita mente cum eum rem omnem Amphitryo edocuisset, non vitalem sibi vitam post tantum scelus ratus, impetum cepit moriendi. Quo quidem tempore opportune advenit Theseus, illius beneficio modo liberatus ex inferis, qui comperto Lycum imperium invasisse et struere exitium Herculis familiae, exercitum finibus Thebanorum admoverat, prohibiturus iniuriam aut armis vindicaturus. Hic et verbis erexit fractum Herculem abiectumque dolore, et expiata caede in parte fortunarum suarum collocaturum pollicitus, lugentem liberorumque et uxoris sepulturam Amphitryoni mandantem secum abduxit. Hic est exitus fabulae Euripideae, quo mea quidem sententia gravior splendidiorque ne cogitari quidem potest, nec mihi maior unquam visus est Hercules quam cum se ipse devicit.

Sed quoniam nobis non laudare Euripidem propositum est, ad illa praevertamur, quae de ceterorum scriptorum dissensione dicenda sunt. Ac primum de

---

[1]) Simul periisse uxorem Lyci tradit schol. Hom. Od. λ 269, liberos quoque addit Eustathius.

[2]) Qua prior in Xantriis Aeschylus furoris obiciendi ministra usus fuerat: vid. fragm. 163 Nauck. Boettiger. d. Furienmaske p. 59. Boeckh. de gr. trag. princ. p. 29 sq. Welcker. d. Aesch. Trilog. p. 331 sqq.

tempore causaque furoris, quem Euripides, ut supra demonstravimus, peractis iam laboribus reduci ab inferis Herculi Lycique iniurias ulto obiectum a Iunone dicit, hactenus consentiunt schol. Hom. Od. λ 269, Eustathius, Hyginus, quod id post raptum Cerberi poenasque Lyci accidisse scribunt: quo autem tempore iter illud ad pallida regna susceptum velint, non significant. Ceteri magno consensu ante insaniisse Herculem tradunt, quam se quasi in servitutem Eurysthei addixisset, ac ne Herculem quidem tum vocatum, sed Alcaeum sive Alciden. Illud discrepat, quod aliis placet post factam caedem oraculum eum adiisse iussumque esse Eurysthei imperio tolerato immortalitatem sperare; aliis hoc ipso edito oraculo despondisse animum usque eo, ut furore corriperetur. Prius Apollodoro perscriptum est lib. II 4 12; alterius famae auctor Diodorus IV 10 sq. Ab utroque diversa quaedam habet Nicolaus Damascenus, narrator suavis, cuius ipsa verba apponere iuvat: *μετ' οὐ πολὺ δὲ ταῦτα δράσας ἔννους ἐγένετο καὶ ἐσωφρόνησεν, ἐκλιπεῖν τε διενοεῖτο τὰς Θήβας ἀχθόμενος ἐπὶ τῇ συμφορᾷ. Ἰφικλῆς δὲ καὶ Λικύμνιος παρεκάλουν αὐτὸν ἀπενιαυτίσαντα, ὡς νόμος ἐστίν, ἔξω καὶ καθηράμενον ἐπανελθεῖν εἰς Θήβας καὶ οἰκεῖν. Ὡς δ' οὐκ ἔπειθον, καὶ αὐτοὶ συνεξώρμησαν. Μεγάρα δὲ καὶ αὐτὴ συνεξώρμα, τῆς μητρὸς κωλυούσης, τοῦ δὲ πατρὸς συνεπαινοῦντος Κρέοντος. Εὐρυσθεὺς δὲ ὁ Σθενέλου τοῦ Περσέως αἰσθόμενος τὰ καταλαβόντα Ἡρακλέα μετεπέμπετο αὐτὸν εἰς Τίρυνθα, ὁ δὲ εἰς νοῦν βαλόμενος τὸ Ἀμφιτρύωνι χρησθέν, ὅτι χρεὼν εἴη πείθεσθαι Εὐρυσθεῖ καὶ ἐσαῦθις μέγα ἕξειν κλέος, ἐναγόντων ἅμα Λικυμνίου καὶ Ἀλκμήνης κατὰ τὴν συγγένειαν, ὥρμησεν εἰς Τίρυνθα μετὰ πάντων· Καὶ ἐπεὶ ἀφίκοντο, Εὐρυσθεὺς Λικυμνίῳ μὲν καὶ Ἰφικλεῖ εὐθέως φίλος ἦν, Ἡρακλέα δὲ ὑφεωρᾶτο καὶ οὐδαμῶς ᾠκειοῦτο, προσέταττέ τε αὐτῷ τοὺς πόνους, οὕστινας ἄθλους καλοῦμεν. Ὁ δὲ ἐπείθετο, τῷ μαντείῳ ἑπόμενος.* Partem oraculi, quae ad nomen Herculis spectat, servarunt Aelianus Var. Hist. II 32, Tzetzes ad Lycophr. 633, schol. Hom. Il. ξ 323, Eustathius ad Il. ε p. 561 41

Ἡρακλῆ δέ σε Φοῖβος ἐπώνυμον ἐξονομάζει·
Ἥρα γὰρ ἀνθρώποισι φέρων κλέος ἄφθιτον ἕξεις.

Altera est eaque permagna dissensio de numero nominibusque filiorum Herculis. De his luculenta est

annotatio scholiastae Pindarici ad Isthm. IV 104, qui quae scripsit nomina ab Euripide tradita, Therimachum, Deicoontem, Aristodemum, ex deperdita fabula petiisse censendus est:[1]) nam in Hercule nomina praetermisit, numerum eundem tradidit (v. 474). Totidem sunt apud Eustathium et Apollodorum II 4 11, II 7 8, sed ille numerum indicasse satis habuit, Apollodorus pro Aristodemo Creontiadem nominavit. Duos tantum agnoscit Dionysius cyclographus, scholiasta Homeri ad Od. λ 269, Hyginus, scriptor anonymus in Bodii Mythogr. II 158; sed nominibus diversis; Dionysius Therimachum et Deïcoontem, scholiastes Homeri Therimachum et Creontiadem, Hyginus Therimachum et Ophiten, anonymus Aream et Creontiadem; etsi apud hunc Aream scripturae errore legi videtur, cum voluisset Therimachum. Ceteri auxerunt numerum: quattuor commemoravit Therimachum, Creontiadem, Deicoontem, Deïona Dinias Argivus; totidem scholiasta Luciani D. Deor. XIII 2, sed nomina posuit Onyten, Therimachum, Democoonta, Creontiadem. Quinque Pherecydes: Antimachum, Clymenum, Glenum, Therimachum, Creontiadem; septem Batus sive Baton: Polydorum, Anicetum, Mecistophonum, Patroclem, Taxoclitum, Menebronten, Chersibium; octo denique Pindarus Isthm. III 81 ed. Boeckh., fortasse unus omnium domesticam civium suorum famam secutus, quam a poetarum fabulis valde diversam fuisse supra Pausaniae testimonio docui; nomina nec ipse nec scholiasta perscripsit. Ceterum cum descivisse poetas a fide atque auctoritate antiquitatis constet, quid mirabimur aut novata a plerisque nomina aut in tam numerosa Herculis progenie quaedam aliunde decerpta et quasi insitiva reperiri? Velut Anicetus est apud Apollodorum ex Iuventa evecto iam ad caelites Herculi susceptus, Antimachus unus ex Thespiadis; duobus autem Megarae natis cognomines inveniri inter filios Deianirae monuit Hemsterhusius ad Lucian. T. II p. 286 seq. Bip., siquidem et *Γληνὸς* ille Pherecydis nihil differt ab eo qui *Γληνεὺς* dicitur ab Apollodoro II 7 8 et Diodoro Siculo IV 37 et hoc ipso nomine *Γληνὸς* in scholiis ad Soph. Trach. 54. Eum autem qui

---

[1]) Wilamowitz-Moellendorff. Anal. Eurip. p. 186 conicit quod auctor illorum nominum Euripides afferatur, id ad librum aliquem *ὑποθέσεων* ut Dicaearchi referendum esse, quo qui usi sint, ipso poeta se usos simulaverint.

ab Hygino Ophites, ab scholiasta Luciani Ὀνύτης appellatur, quis neget eundem esse, qui inter Deianirae filios quattuor est incerta nominis scriptura Ὀλίτης, Ὁδίτης, Ὀνείτης, vel, si Hermannum ad Soph. Trach. 54 audiendum putamus, Ὀνήτης?

Ex tanto autem numero, quantum tradidit Pindarus, unum, tum plures detractos esse, donec ad illam Dionysii et aliorum quorundam paucitatem perveniretur, eo credibile est, quod clarissimum heroum, iamque et caelesti sede receptum et templis arisque cultum, in ipso furore miserum potius quam crudelem haberi mallent. Etenim cum ab illa prisci aevi feritate ad mitiora Graecia defluxisset, multaque de diis et heroibus vulgari viderent et pugnantia inter se et a beatissimae naturae perfectione aliena: partim exstiterunt qui poetas ut impietatis magistros reprehenderent; alii vel interpretando vel mutando pietati consultum iverunt. Neque id philosophos tantum, sed et poetas et historicos fecisse multis vestigiis cognoscitur. Velut de Hercule cum scripsisset Homerus Il. σ 117

οὐδὲ γὰρ οὐδὲ βίη Ἡρακλῆος φύγε Κῆρα,
ὅσπερ φίλτατος ἔσκε Διῒ Κρονίωνι ἄνακτι·
ἀλλά ἑ Μοῖρ' ἐδάμασσε καὶ ἀργαλέος χόλος Ἥρης.

quidam satis habuerunt annotare: *οὐκ οἶδεν ἀθάνατον τὸν Ἡρακλέα*, neque illi fortasse iniuria [1]). Sed qui religiones publicas verbaque poetae inter se conciliari volebant, hanc rationem excogitarunt, ut illa non magis contra immortalitatem Herculis valere dicerent, quam quae vulgo de eodem crederentur: *καὶ γὰρ οἱ ἀποθεοῦντες αὐτὸν ὁμολογοῦσι τεθνάναι, καὶ καῆναι ἐν τῇ Οἴτῃ, καὶ μανῆναι καὶ τοὺς υἱοὺς ἀνελεῖν, καὶ οὕτως ἀπαθανατισθῆναι.* Similis mihi videtur causa eorum, qui Herculem filiorum caede prorsus liberarunt, de quibus digna memoratu tradidit schol. Pind. Isthm. IV 104 *περὶ τῶν Ἡρακλέους ἐκ Μεγάρας παίδων. Λυσίμαχός φησί τινας ἱστορεῖν μὴ ὑπὸ Ἡρακλέους, ἀλλ' ὑπό τινων δολοφονηθῆναι ξένων· οἱ δὲ Λύκον τὸν βασιλέα φασὶν αὐτοὺς φονεῦσαι. Σωκράτης δὲ ὑπὸ Αὐγέου φησὶν αὐτοὺς δολοφονηθῆναι.* Sed haec quocunque tempore et auctore vulgari coepta sunt, summo ceterorum consensu damnan-

---

1) Conf. Lehrs. de Aristarch. p. 186.

tur, qui eos patris manu periisse non dubitant, de mortis genere dissentiunt. Nam alii nihil nisi interfectos ab Hercule dicunt[1]), alii sagittis confixos[2]), in ignem denique coniectos Pherecydes scripsit, eumque secuti Apollodorus et Io. Tzetzes Chil. II 229. Praeterea magna in hoc dissensio est, quod Megaram alii simul interfectam, alii superstitem exitio liberorum fuisse tradunt, neque ipsum Iphiclem nisi interventu Minervae servatum. Euripides, ut supra diximus, unam in eundem casum adiunxit Megaram, praetermissa et Iphiclis et eius filiorum mentione: quocum faciunt Eustathius, Hyginus (fab. 31, 32, 241), Lucianus, Is. Tzetzes. Alterius famae cum plures sint auctores, Moschi sententiam ex ipsius carmine elegantissimo cognosci volumus; ceterorum testimonia apponemus. Ac brevissime defungitur Apollodorus II 6 1 *μετὰ δὲ τοὺς ἄθλους Ἡρακλῆς ἀφικόμενος εἰς Θήβας Μεγάραν μὲν ἔδωκεν Ἰολάῳ.* A quo non multum distant quae scripsit Diodorus IV 31 *τελέσας γὰρ τοὺς ἄθλους τὴν μὲν ἑαυτοῦ γυναῖκα Μεγάραν συνῴκισεν Ἰολάῳ, διὰ τὴν περὶ τὰ τέκνα συμφορὰν ὑποπτευσάμενος τὴν ἐξ ἐκείνης παιδοποιίαν, ἑτέραν δὲ ἐζήτει πρὸς τέκνων γένεσιν ἀνύποπτον.* Pausanias X 29 7 *ταύτην γυναῖκα ἔσχεν Ἡρακλῆς τὴν Μεγάραν, καὶ ἀπεπέμψατο ἀνὰ χρόνον, ἅτε παίδων τε ἐστερημένος τῶν ἐξ αὐτῆς καὶ αὐτὴν ἡγούμενος οὐκ ἐπὶ ἀμείνονι τῷ δαίμονι γῆμαι.* Ambitiosius rem exornavit Nicolaus p. 261 *μετὰ τοὺς γάμους Ἡρακλῆς, εἴτε χολῆς ζεσάσης εἴτε ἄλλῳ τρόπῳ παραφρονήσας καὶ μανείς, κτείνει μὲν δύω τῶν Ἰφικλέους παίδων (τὸν γὰρ πρεσβύτατον Ἰόλαον ὁ πατὴρ ἐξήρπασε), κτείνει δὲ τοὺς Μεγάρας υἱεῖς, ὧν τὸν νεώτατον ἐπιμαστίδιον ὄντα ἀποσπάσας βίᾳ τῆς μητρὸς ὀλίγου ἐδέησε Μεγάραν ἀποκτεῖναι ἀντεχομένην τοῦ παιδός, εἰ μὴ καὶ ταύτην ἐρρύσατο ἐπελθὼν Ἰφικλῆς.* Sequuntur tum illa, quae supra apposui, Eurysthei accitu Herculem cum tota familia Tirynthem commigrasse iussisque regis oboedientem fuisse. Boeotorum fabulis celebratum Iolai cum Megara conubium e Plutarchi Amatorio p. 754 D intellegitur: *τὸ δὲ ὅλον, ἔφη, καὶ τὸν Ἡρακλέα Βοιωτοὺς*

---

[1]) Schol. Hom. et Eustath. ad Od. λ 269. Nicol. Damasc. p. 261. Plutarch. de superst. p. 167 D. Lucian. D. Deor. XIII 2. Hyginus fab. 31 et 32.

[2]) Moschus IV 13. Diod. IV 11. Cic. Acad. pr. II 28. Tzetz. ad Lycophr. 38.

ὄντας ἔδει σέβεσθαι καὶ μὴ δυσχεραίνειν τῷ παρ' ἡλικίαν τοῦ γάμου, γινώσκοντας, ὅτι κἀκεῖνος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα Μεγάραν Ἰολάῳ συνῴκισεν ἑκκαιδεκαέτει τότε ὄντι τρία καὶ τριάκοντα ἔτη τότε γεγενημένην. De Iphiclis ipsius discrimine unus est testis Asclepiades: hoc enim auctore utitur schol. Hom. Odyss. λ 269, quem exscripsit Eustathius. Sed Amphitryonem quod scripsit Euripides eodem periculo fuisse, ab his omnibus ignoratum, unde et qua fide susceperit, Pausaniae testimonio cognoscitur lib. IX 11 2 Θηβαῖοι δὲ καὶ τάδε ἐπιλέγουσιν, ὡς Ἡρακλῆς ὑπὸ τῆς μανίας καὶ Ἀμφιτρύωνα ἔμελλεν ἀποκτιννύναι, πρότερον δὲ ἄρα ὕπνος ἐπέλαβεν αὐτὸν ὑπὸ τοῦ λίθου τῆς πληγῆς· Ἀθηνᾶν δὲ εἶναι τὴν ἐπαφεῖσάν οἱ τὸν λίθον τοῦτον, ὅντινα Σωφρονιστῆρα ὀνομάζουσιν. Postremo loco commemorabo quae in nugaci libello prodidit Ptolemaeus Heph. apud Photium Bibl. T. I. p. 152, b. 36 Bekk. ὡς Στίχιος ὁ Αἰτωλὸς ἐρώμενος ὢν Ἡρακλέους εὑρέθη ἀνασχισθεὶς τετριχωμένην ἔχων τὴν καρδίαν· ἀνῃρέθη δ' ὑπ' αὐτοῦ Ἡρακλέους, ὅτε μανεὶς καὶ τοὺς ἰδίους ἀνεῖλε παῖδας· καὶ ἐπὶ τούτῳ μόνῳ φασὶ θρηνῆσαι τὸν ἥρωα.

Reliquum est, ut de lustratione caedis videamus, quam Euripides Theseo tribuit, Thespio Apollodorus II 4 12, Sicalo nescio cui Menecrates apud schol. Pind. Isthm. IV 104. Singulare autem quiddam tradit Hyginus fab. 31 *Neleum, Hippocoontis filium, cum decem filiis occidit, quoniam is eum purgare sive lustrare noluit, tunc cum Megaram, Creontis filiam, uxorem suam, et filios Therimachum et Ophiten interfecerat.* Et fab. 32 *Postquam suae mentis compos est factus, ab Apolline petiit dari sibi responsum, quomodo scelus purgaret. Cui Apollo sortem quod reddere noluit, Hercules iratus de fano eius tripodem sustulit, quem postea Iovis iussu reddidit, et nolentem sortem dara iussit. Hercules ob id a Mercurio Omphalae reginae in servitutem datus est.* Sane fabularum de Hercule vulgatarum tanta multitudo est tantaque varietas, ut nolim continuo pro erroris argumento haberi, si quid discessum sit ab auctoritate ceterorum. Sed hoc loco fidem Hygini vel illud suspectam reddit, quod Neleum Hippocoontis filium dicit. Intulit quidem bellum Hercules utrique, et Neleo et Hippocoonti, nec causa dissimili, poenasque undecim Nelei, decem Hippocoontis filiorum sanguine sumpsit: sed et regnum utrique et genus diversum fuit. Neleum *enim Neptuno patre,* Hippocoontem Oebalo natum et illum

Pyli, hunc Lacedaemone regnasse constat[1]). Quodsi Apollodorum lib. II c. 6 et Diodorum lib. IV c. 31 inspexeris, fons erroris patebit ex temporum confusione orti. Bis enim, Herodoro quoque teste apud schol. Pind. l. c., furore correptus est Hercules: primum cum Megarae filios occidit; iterum Iphito Euryti filio domum recepto et per insaniam necato. Tum igitur lustrari cupientem et Neleus et Hippocoon repudiavit; addiderunt etiam iniuriam Hippocoontis filii occiso Oeono Licymnii filio, qui inter Herculis comites fuerat. Sed sacrificium piaculare Deiphobus Hippolyti f. peregit. Neque tamen levato quo laborabat morbo Delphos profectus ab oraculo sanationis viam edoceri voluit, et frustra sorte petita tripodem de templo sustulit nec dimisit manum iniciente Apolline, donec Iovis imperio dirempto certamine vendi se passus est Omphalae et triennio servitutem servivit. Post et spretum se ab Neleo, ab Hippocoontis autem filiis etiam iniuria lacessitum recordatus utrumque armis persecutus est. Haec igitur post Iphiti caedem gesta, id est multorum spatio annorum ab illo primo accessu furoris discreta, Hyginus confuso temporum ordine paene ab extrema parte aetatis ad initia revocavit, gravi errore, sed qui in hoc scriptore ferendus sit[2]).

Diodorus quoque fabulam sane obscuram secutus est lib. IV c. 54 et 55. Narrat enim Medeam post necem filiorum Corintho Thebas ad Herculem profugisse, quod is sponsor quondam foederis cum Iasone initi exstitisset vindicemque se laesae fidei fore promisisset. Quem cum furore correptum invenisset occisosque ab eo per insaniam filios, ipsius remediis sanavit.

Haec fere sunt, quae mihi quaerenti de miserrima Herculeae domus clade se obtulerunt: quibus non haberem quod adicerem, nisi scitum esset tam graves luctuososque casus quodam quasi satyrico temperamento leniri atque exhilarari. Etenim quemadmodum Eustathio teste ad Iliad. λ p. 859 49 *γελοῖος καὶ Διονύσιος, ᾧ πεποίηται νοσῶν Ἡρακλῆς καὶ Σιληνὸς κλύζειν αὐτὸν πειρώ-*

---

[1]) Apollod. I 9 9. III 10 4 et 5. II 7 3. Diodor. IV 33. Pausan. III 15 3. Schol. Hom. II β 336. ε 392. λ 690. Eustath. ad Il. β p. 293, 11.

[2]) Herculis illud cum Apolline certamen de tripode etiam artificum operibus celebre fuit, de quibus dissertationem scripsit Franc. Passovius insertam libro a Boettigero edito: Archaeologie u. Kunst I p. 125—164.

μενος, sic Ptolemaeus Hephaestio, contemptis ceterorum commentis, helleboro purgatum Herculem affirmat. En ipsa lepidi fabulatoris verba a Photio excerpta Bibl. T. I p. 147 a 33: *ἡ δὲ β' περὶ Ἡρακλέους, ὡς μετὰ τὴν μανίαν ἐλλεβόρῳ καθαρθείη ὑπὸ Ἀντικυρέως τοῦ καὶ τὸ φάρμακον εὑρόντος τὸ ἐν Ἀντικύρᾳ τῆς Φωκίδος πλεονάζον, κἂν ἄλλοι ἄλλως αὐτόν φασι καθαρθῆναι.*

Philostrati si quis miratur praetermissam mentionem in his, quae de nece Herculis filiorum disserui, primum eo feci, quod eum totum ab Euripide pendere patet; deinde cum istam *ἔκφρασιν* tabulae Herculem furentem exhibentis haud inutiliter cum narratione Nuntii apud Euripidem v. 922—1015 comparari iudicarem neque tamen ei locus in istis annotationis angustiis reperiretur, gratum me facturum legentibus suspicabar, si totam eclogam prooemio adiungerem. Sic igitur ille Imagg. II 23 p. 847 Ol. = p. 91 Iac.

Μάχεσθε, ὦ γενναῖοι, τὸν Ἡρακλέα καὶ πρόβατε. ἀλλ' οὐ τοῦ λοιποῦ γε παιδὸς ἀπόσχοιτο[1]*), δυοῖν ἤδη κειμένοιν, καὶ στοχαζομένης τῆς χειρὸς, ὡς καλὸν Ἡρακλεῖ. Μέγας μὲν ὑμῶν ὁ ἆθλος, καὶ μείων οὐδὲν ὧν πρὸ τῆς μανίας αὐτὸς ἤθλησεν, ἀλλὰ δείσητε μηδέν· ἄπεστιν ὑμῶν Ἄργος βλέπων καὶ τοὺς Εὐρυσθείδας ἀποκτεῖναι δοκῶν. Ἐγὼ δὲ ἤκουσα αὐτοῦ παρ' Εὐριπίδῃ καὶ ἅρμα ἡγουμένου*[2]*) καὶ κέντρα ἐς τοὺς ἵππους φέροντος καὶ τὴν Εὐρυσθέως οἰκίαν ἀπειλοῦντος ἐκπέρσειν. Ἀπατηλὸν γάρ τι ἡ μανία καὶ δεινὸν ἐκ τῶν παρόντων ἀγαγεῖν ἐς τὰ μὴ παρόντα. Τούτοις μὲν οὖν ἀποχρῆ ταῦτα· σοὶ δὲ ὥρα γίγνεσθαι τῆς γραφῆς. Ὁ μὲν θάλαμος, ἐφ' ὃν ὥρμηκε, Μεγάραν ἔχει καὶ τὸν παῖδα ἔτι. Κανᾶ δὲ καὶ χέρνιβα καὶ οὐλαὶ καὶ σχίζαι καὶ κρατήρ, τὰ τοῦ Ἑρκίου, λελάκτισται πάντα, καὶ ὁ μὲν ταῦρος ἕστηκεν, ἱερεῖα δὲ προσέρριπται τῷ βωμῷ βρέφη ἀγεννῆ, καὶ τῇ λεοντῇ*[3]*). Προσβέβληται δ' ὃ μὲν κατὰ τοῦ λαιμοῦ,*

---

[1]) Iacobsius coni. *Ἀλλὰ δέχεσθε, ὦ γενναῖοι, τὸν Ἡρακλέα καὶ πρόβατε ἅμα. Τοῦ λοιποῦ γε π. ἀ.* Ego suspicabar *τὸν Ἡρακλέα* delenda esse; deinde scribendum videtur: *ἀλλ' οὖν τοῦ γε* etc.

[2]) Addendum videtur *ἔχειν*, ut est apud Eurip. v. 947 *ἅρματ' οὐκ ἔχων ἔχειν ἔφασκε.*

[3]) Fort. *καὶ ἡ λεοντῇ πρός. Βέβληται δ'* —. Nam in Valckenarii coniectura *αὐτῇ λεοντῇ πατρός* articulum ad ultimam vocem desideramus.

ρειν κολάζοντας, εἶτα μετανοεῖν· ἀλλὰ καὶ λύπης καὶ ἡδονῆς χωρὶς ἐν τῷ τοῦ λογισμοῦ χρόνῳ τὴν δίκην κομίζεσθαι, μὴ ὑπολείποντα τῷ θυμῷ πρόφασιν. Hinc perspicitur Tom. X p 140 (de curios. c. 10 in.) sine causa τις addidisse Huttenium. Vit. Cat. Mai. p. 336 C οὐ γὰρ ὡς ὑποδήμασιν ἢ σκεύεσι τοῖς ψυχὴν ἔχουσι χρηστέον, κοπέντα καὶ κατατριβέντα ταῖς ὑπηρεσίαις ἀπορριπτοῦντας, ἀλλὰ — προσεθιστέον ἑαυτὸν ἐν τούτοις πρᾷον εἶναι καὶ μείλιχον. Horum omnium una eademque ratio est, ut non ad certam personam referantur, sed generis universi sint communia: quo fit ut vel singulari numero vel plurali uti liceat. Atque hinc patet, utra e duabus verior sit interpretatio loci Platonici in Menone p. 90 E. Translatio verbi ὡρμισμένους pertinet ad funes quibus navis in statione tenetur (πρυμνήσια). Cfr. v. 478.

V. 216. πνεῦμα μεταβαλών] Cfr. qui ad v. 102 adscriptus est locus Ionis fabulae.

V. 218. 'Verba exprobratoria dividens'. Sic interpretatur Kusterus ad Hesychium v. ἐνδατούμενος, ubi videndi interpretes. MUSGR. De verbo ἐνδατεῖσθαι dixit etiam Brunckius et Musgr. ad Soph. Trach. 794. Elmsleius ad Oed. T. 196.

V. 219. τοιαῦτ' ἀμύνεθ'] 'hoccine modo opem fertis?' Soph. Oed. Col. 1504 θεοῦ τοιαῦτα χειμάζοντος. Aristoph. Thesm. 535 τοιαῦτα περιυβρίζειν ἡμᾶς ἁπάσας. Thucyd. IV 12 τοιαῦτα ἐπέσπερχεν. Plutarch. Pomp. p. 637 B οὐκ ἔφη Πομπηΐου δεῖσθαι τοιαῦτα τιμῶντος. Lucian. Tom. III p. 258 Bip. τοιαῦτα ἐντρυφῶσι. De hac loquendi ratione disputavit Wunderus ad Oed. T. 259.

V. 220. εἷς — πᾶσι] Sic. Iph. A. 1358 καὶ μαχεῖ πολλοῖσιν εἷς; Vide ad Heracl. 8, ad Hec. 125.

Θήβαις ἔθηκεν ὄμμ' ἐλεύθερον βλέπειν.
οὐδ' Ἑλλάδ' ᾔνεσ', οὐδ' ἀνέξομαί ποτε
σιγῶν κακίστην λαμβάνων ἐς παῖδ' ἐμόν,
ἣν χρῆν νεοσσοῖς τοῖσδε πῦρ, λόγχας, ὅπλα
φέρουσαν ἐλθεῖν, ποντίων καθαρμάτων
χέρσου τ' ἀμοιβάς, ὧν ἐμόχθησεν χάριν.
τὰ δ', ὦ τέκν', ὑμῖν οὔτε Θηβαίων πόλις
οὔθ' Ἑλλὰς ἀρκεῖ· πρὸς δ' ἔμ' ἀσθενῆ φίλον
δεδόρκατ', οὐδὲν ὄντα πλὴν γλώσσης ψόφον.
ῥώμη γὰρ ἐκλέλοιπεν, ἣν πρὶν εἴχομεν·
γήρᾳ δὲ τρομερὰ γυῖα κἀμαυρὸν σθένος.
εἰ δ' ἦ νέος τε κἄτι σώματος κρατῶν,
λαβὼν ἂν ἔγχος τοῦδε τοὺς ξανθοὺς πλόκους
καθῃμάτωσ' ἄν, ὥστ' Ἀτλαντικῶν πέραν

Krueger. ad Xenoph. Anab. I 9, 12. — *Μινύαισι διὰ μάχης μολών* ut Hel. 978 *ἐλθεῖν διὰ μάχης σῷ συγγόνῳ*, Soph. Ant. 742 *διὰ δίκης ἰὼν πατρί*, Eur. Phoen. 479 *καὶ μὴ δι' ἔχθρας τῷδε καὶ φόνου μολών*, Androm. 416 *πατρὶ τῷ σῷ διὰ φιλημάτων ἰών*, Aesch. Prom. 121 *πᾶσι θεοῖς δι' ἀπεχθείας ἐλθόντα.* — Numeros versus emendans Elmsleius scribit *Μινύαις ὃς εἷς ἅπασι*, vir doctus in Edinb. Rev. 37 p. 70 *Μινύαισιν εἷς ὃς πᾶσι.*

V. 221. Troad. 1056 *καὶ γυναιξὶ σωφρονεῖν πάσαισι θήσει.* *Ὄμμ' ἐλεύθερον βλέπειν* dicitur pariter ac *βλέμμα (ὄψιν) ἐλ. βλέπειν*. Cfr. Aesch. Prom. 903 *μηδὲ κρεισσόνων θεῶν ἔρως ἄφυκτον ὄμμα προσδράκοι με.* Eadem ratio constructionis habetur El. 1173 *βαίνουσιν ἐξ οἴκων πόδα*, de qua vide ad Heracl. 169, Krueg. II § 46, 7, 3.

V. 222. *ᾔνεσα*] Cfr. ad v. 177.

V. 225 seq. *ποντίων καθαρμάτων χέρσου τε*] 'operae in mari terraque purganda positae'. *χέρσου* dixit breviter pro *χερσαίων*. Simile compendium notavimus in Andromacha v. 705, in Helena v. 808. — *Ἀμοιβάς* per appositionem adiectum, ut Or. 841 *σφάγιον ἔθετο ματέρα, πατρῴων παθέων ἀμοιβάν.* Cf. ad Androm. 291 ad Alcest. 7. Quae sequuntur *ὧν ἐμόχθησεν χάριν*, omitti potuerunt. Similis abundantiae exempla collegimus ad Androm. 18, ad Helen. 23, nisi forte de Reiskii coniectura pro *χάριν* poni debet *πατήρ* (i. e. *καθαρμάτων ἃ ἐμόχθησεν ὁ πατὴρ αὐτῶν*).

V. 227. *τὰ δὲ — ἀρκεῖ*] Simili constructione Sophocles scripsit Aiac. 439 *οὐδ' ἔργα μείω χειρὸς ἀρκέσας ἐμῆς.* Oed. Col. 72 *προσαρκῶν σμικρά.* fr. 479 *προσαρκέσαι χάριν.*

V. 234. *Ἀτλαντικῶν πέραν ὅρων*] id est ad extrema orbis terrarum. Vide Hippol. 3. Androm. 651 ibiq. annot. Quod autem infinitivo ab *ὥστε* pendenti particulam *ἂν* adiecit, cum ratio sententiae non ipsa *ἄν* requirat, sed referatur ad illud quod in enuntiato primario particula *ἄν* (*λαβὼν ἂν . . καθῃμάτωσ' ἄν*) significatum est, id non satis causae haberi potest, cur quod Elmsleius iubet *νιν* pro *ἄν* scribatur. Nam ratio huius *ἄν* non diversa est ab eo

φεύγειν ὅρων ἂν δειλίᾳ τοὐμὸν δόρυ.
ΧΟ. ἆρ' οὐκ ἀφορμὰς τοῖς λόγοισιν ἀγαθοὶ
θνητῶν ἔχουσι, κἂν βραδύς τις ᾖ λέγειν;
ΛΥΚ. σὺ μὲν λέγ' ἡμᾶς οἷς πεπύργωσαι λόγοις,
ἐγὼ δὲ δράσω σ' ἀντὶ τῶν λόγων κακῶς.
ἄγ', οἳ μὲν Ἑλικῶν', οἳ δὲ Παρνασοῦ πτύχας
τέμνειν ἄνωχθ' ἐλθόντες ὑλουργοὺς δρυὸς
κορμούς· ἐπειδὰν δ' ἐσκομισθῶσιν πόλει,
βωμὸν πέριξ νήσαντες ἀμφήρη ξύλα
ἐμπίμπρατ' αὐτῶν καὶ πυροῦτε σώματα
πάντων, ἵν' εἰδῶσ', οὕνεκ' οὐχ ὁ κατθανὼν
κρατεῖ χθονὸς τῆσδ', ἀλλ' ἐγὼ τὰ νῦν τάδε.
ὑμεῖς δέ, πρέσβεις, ταῖς ἐμαῖς ἐναντίοι
γνώμαισιν ὄντες, οὐ μόνον στενάξετε
τοὺς Ἡρακλείους παῖδας, ἀλλὰ καὶ δόμου
τύχας, ὅταν πάσχῃ τι, μεμνήσεσθε δὲ
δοῦλοι γεγῶτες τῆς ἐμῆς τυραννίδος.

tragicorum usu quo ἂν bis terve ponitur ubi semel dicto satis erat. Quod autem subiectum, quod vocant, aliud in verbo καθημάτωσα, aliud in φεύγειν intellegitur, hoc nullam habet offensionem. Cfr. Phoen. 1165 sqq., Isocr. Paneg. § 118. Soph. § 9. Plut. Anton. p. 918 D.

V. 236. 'Satisne docuit suppeditare claris virtute hominibus, quod dicant, quamvis quis ad dicendum sit inexercitatus?' Cfr. Bacch. 266 ὅταν λάβῃ τις τῶν λόγων ἀνὴρ σοφὸς καλὰς ἀφορμάς, οὐ μέγ' ἔργον εὖ λέγειν, Hec. 1238 φεῦ φεῦ· βροτοῖσιν ὡς τὰ χρηστὰ πράγματα χρηστῶν ἀφορμὰς ἐνδίδωσ' ἀεὶ λόγων.

V. 238. Ordo verborum est: σὺ μὲν λέγ' ἡμᾶς λόγους, οἷς πεπύργωσαι. Quae cum transposuisset, prope necessario scripsit λόγοις, pronominis casum secutus. Sic Iph. T. 63 σὺν προσπόλοισιν ἃς ἔδωχ' ἡμῖν ἄναξ, Ἑλληνίδας γυναῖκας. Infr. v. 1163. Aristoph. Thesm. 502 ἑτέραν δ' ἐγᾦδ', ἣ 'φασκεν ὠδίνειν γυνή. Plura ad Hecub. 771. De dictione λέγειν λόγους subtilis est observatio Lobeckii in Paralip. gr. Graec. P. II p. 504.

V. 240. Verba sic construenda sunt: οἳ μὲν Ἑλικῶνα, οἳ δὲ Π. πτύχας ἐλθόντες ἄνωχθε ὑλουργοὺς τέμνειν κορμοὺς δρυός. Cfr. Soph. Ai. 804 σπεύσαθ' οἳ μὲν Τεῦκρον ἐν τάχει μολεῖν, οἳ δ' ἑσπέρους ἀγκῶνας, οἳ δ' ἀντηλίους ζητεῖτ' ἰόντες τἀνδρὸς ἔξοδον. Ceterum quod ignem supplicibus admoveri iubet, videmus alios quoque eodem saevitiae genere usos, ut in Androm. 257, ubi vid. annot.

V. 246. τὰ νῦν τάδε] De hac formula quaedam annotavimus ad Heracl. 641, quibus addantur observata Lobeckio ad Soph. Aiac. 301.

V. 247. πρέσβεις raro exemplo dicit pro γέροντες, sed fecit idem Aeschylus Pers. 840 et Sophocles in Oedipo Rege v. 1111.

ΧΟ. ὦ γῆς λοχεύμαθ', οὓς Ἄρης σπείρει ποτὲ
λάβρον δράκοντος ἐξερημώσας γένυν,
οὐ σκῆπτρα, χειρὸς δεξιᾶς ἐρείσματα,
ἀρεῖτε καὶ τοῦδ' ἀνδρὸς ἀνόσιον κάρα
καθαιματώσεθ'; ὅστις οὐ Καδμεῖος ὢν
ἄρχει κάκιστος τῶν νέων ἔπηλυς ὤν·
ἀλλ' οὐκ ἐμοῦ γε δεσπόσεις χαίρων ποτέ,
οὐδ' ἁπόνησα, πόλλ' ἐγὼ καμὼν χερί,
ἕξεις, ἀπέρρων δ' ἔνθεν ἦλθες ἐνθάδε,
ὕβριζ'· ἐμοῦ γὰρ ζῶντος οὐ κτενεῖς ποτε
τοὺς Ἡρακλείους παῖδας· οὐ τοσόνδε γῆς
ἔνερθ' ἐκεῖνος κρύπτεται λιπὼν τέκνα.

V. 252. ὦ γῆς λοχεύμαθ'] Terrigenae hoc loco Thebani dicuntur eadem ratione, qua Athenienses Ἐρεχθεῖδαι v. 1166. Conf. annot. ad Med. 824. — λάβρον γένυν: Pind. Pyth. IV 244 δράκοντος δ' εἴχετο λαβροτατᾶν γενύων. Quas ὠκείας γνάθους appellavit idem Nem. I 42. Plutarchus Tom. X p. 224 H. [T. II p. 550 E] τὸ περὶ τὰς τιμωρίας θηριῶδες καὶ λάβρον. p. 123 [T. II p. 512 F] τὸ λάβρον τοῦτο καὶ πρὸς λόγους ὀξύπεινον. Conf. Blomfield. gl. ad Aesch. Pers. 114.

V. 257. τῶν νέων] quippe qui dominationi eius faveant. MATTH. Videtur vir doctissimus haec iunxisse: ἄρχει τῶν νέων. Rectius, si modo nihil vitii locus contraxit, ἄρχει sine casu positum, genetivum autem ex κάκιστος pendere statues. Nam omnino quod imperium invaserit homo peregrinus, indignum choro videtur, quodque id ne virtute quidem partum habeat, sed deterrimus cum sit iuventutis, tamen insolenter se efferat. Sed τῶν νέων corruptum videtur atque Piersonus ἐγγενῶν coniecit, Kirchhoffius quod parum probatur τῶν νέων ἐπηλύδων. Scripsisse puto poetam ἄρχει . . τῶν ἐτῶν ἔπηλυς ὤν ('inquilinus civibus dominatur'). Cfr. Hes. ἔται· ἑταῖροι, συνήθεις. πολῖται. δημόται· ἔτας· τοὺς κατ' ἐπιγαμίαν οἰκείους. καὶ πολίτας. Aesch. Suppl. 247 ἐγὼ δὲ πρὸς σὲ πότερον ὡς ἔτην λέγω. Euripides habet nomen fr. 1003 πόλεως μὲν ἀρχῷ, φωτὶ δ' οὐκ ἔτῃ πρέπων.

V. 258. χαίρων] 'impune'. Med. 395 οὐ γὰρ — χαίρων τις αὐτῶν τοὐμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ. Vide ad Androm. 759. Krueger. ad Xenoph. Anab. V 6, 32. Wunder. ad Soph. Antig. 230.

V. 260. ἀπέρρων] Hesych. ἄπερρε, ἀποφθείρου, πορεύου μετὰ φθορᾶς. MUSGR. Similiter explicat Grammaticus in Bekk. Anecd. I p. 422, 7.

V. 261. ἐμοῦ γὰρ ζῶντος] Sic loquitur, ut qui omnia facere ac perpeti sit paratus, ne Herculis liberi occidantur. Dionys. Halic. A. R. XI 31 οὐκ ἐμοῦ γε ζῶντος, Ἄππιε, ταύτην ἀπάξεταί τις. Hom. Il. α 88. Eurip. Heracl. 66, 650.

V. 262. Hoc dicere videtur: non adeo patris eorum, quamvis mortui et procul sub terras abditi, immemores sumus, ut tuo sceleri concedamus.

ἐπεὶ σὺ μὲν γῆν τήνδε διολέσας ἔχεις,
ὃ δ' ὠφελήσας ἀξίων οὐ τυγχάνει·
κἄπειτα πράσσω πόλλ' ἐγώ, φίλους ἐμοὺς
θανόντας εὖ δρῶν, οὗ φίλων μάλιστα δεῖ;
ὦ δεξιὰ χείρ, ὡς ποθεῖς λαβεῖν δόρυ,
ἐν δ' ἀσθενείᾳ τὸν πόθον διώλεσας.
ἐπεί σ' ἔπαυσ' ἂν δοῦλον ἐννέποντά με,
καὶ τάσδε Θήβας εὐκλεῶς ᾠκήσαμεν,
ἐν αἷς σὺ χλίεις. οὐ γὰρ εὖ φρονεῖ πόλις
στάσει νοσοῦσα καὶ κακοῖς βουλεύμασιν·
οὐ γάρ ποτ' ἂν σὲ δεσπότην ἐκτήσατο.
ΜΕ. *γέροντες, αἰνῶ· τῶν φίλων γὰρ εἵνεκα*
ὀργὰς δικαίας τοὺς φίλους ἔχειν χρεών·
ἡμῶν δ' ἕκατι δεσπόταις θυμούμενοι
πάθητε μηδέν. τῆς δ' ἐμῆς, Ἀμφιτρύων,
γνώμης ἄκουσον, ἤν τί σοι δοκῶ λέγειν.

V. 264. *διολέσας ἔχεις* coniungenda sunt consueto dicendi genere, de quo vide Krueg. II § 26, 3, 8.

V. 266. 'Et tamen videor alienas res et nihil ad me pertinentes agere ac curare?' De *κἄπειτα* annotatio est ad Alcest. 822. *Πολλὰ πράσσειν*, quod vulgo dicitur iuncto verbo *πολυπραγμονεῖν*, eruditissima annotatione explicatum a Valckenario ad Hippol. 785 et ab I. Marklando ad Suppl. 576. — Notabis etiam compositionem verborum *θανόντας, οὗ*, id est *μετὰ τὸν θάνατον, οὗ* vel *ὅτε*. Sic Cycl. 168 *ὡς ὅς γε πίνων μὴ γέγηθε μαίνεται, ἵν' ἐστὶ τουτί τ' ὀρθὸν ἐξανιστάναι*. Lucianus Somn. § 17 *χειμερινὸς ὄνειρος, ὅτε* (sic enim legendum, non *ὅτι*) *μήκισταί εἰσιν αἱ νύκτες*.

V. 270. *ἐπεί σ' ἔπαυσ' ἂν*] 'alioqui enim modum fecissem convicio tuo'. Sic statim v. 274 *οὐ γάρ ποτ' ἂν σε δεσπότην ἐκτήσατο*, scil. *εἰ εὖ ἐφρόνει*. Vide Blomfield. ad Aesch. Pers. 871. Krueger. ad Dionys. p. 20, ad Xenoph. Anab. VII 6, 33.

V. 271. *ᾠκήσαμεν*] 'incoluissemus' dixit, eo respiciens, quod eas non amplius *εὐκλεῶς οἰκοῦσι*. MATTH. Nec 'incoleremus' si interpretari malis, obstat aoristus. Vide ad Helen. 469. Schneider. ad Platonis Civ. vol. II p. 109. Wunder. ad Soph. El. 1080. Lehrs. de Arist. p. 92 not.

V. 272. *ἐν αἷς σὺ χλίεις*] Cfr. Aesch. Cho. 137 *ἐν τοῖσι σοῖς πόνοισι χλίουσιν μέγα*.

V. 275. *αἰνῶ*] formula grates agentis. Soph. Phil. 889 *αἰνῶ τάδ', ὦ παῖ*, ubi vid. Wunder. fragm. 106.

V. 279. *ἤν τί σοι δοκῶ λέγειν*] 'si forte tibi dicere videar, quod in rem sit'. Timocles Stobaei flor. 124, 19 *ὦ τᾶν, ἄκουσον, ἤν τί σοι δοκῶ λέγειν*. Plato Lach. p. 201 A *σκέψασθε, ἄν τι δόξω ξυμβουλεύειν ἡμῖν*. Cfr. ad Helen. 1049. Schneider. ad Xenoph. Mem. IV 4, 12. Krueger. I § 65, 1, 10.

ἐγὼ φιλῶ μὲν τέκνα· πῶς γὰρ οὐ φιλῶ,
ἅτικτον, ἀμόχθησα; καὶ τὸ κατθανεῖν
δεινὸν νομίζω· τῷ δ' ἀναγκαίῳ τρόπῳ
ὃς ἀντιτείνει, σκαιὸν ἡγοῦμαι βροτῶν.
ἡμᾶς δ' ἐπειδὴ δεῖ θανεῖν, θνήσκειν χρεὼν
μὴ πυρὶ καταξανθέντας, ἐχθροῖσιν γέλων
διδόντας, οὑμοὶ τοῦ θανεῖν μεῖζον κακόν·
ὀφείλομεν γὰρ πολλὰ δώμασιν καλά.
σὲ μὲν δόκησις ἔλαβεν εὐκλεὴς δορός,
ὥστ' οὐκ ἀνεκτὸν δειλίας θανεῖν σ' ὕπο,
οὑμὸς δ' ἀμαρτύρητος εὐκλεὴς πόσις,

V. 280. *πῶς γὰρ οὐ φιλῶ*] Elmsleium *φίλα* corrigentem nescio an offenderit modus indicativus: quo tamen similiter utitur Euripides in Phoen. 900 *καὶ πῶς πατρῴαν γαῖαν οὐ σῶσαι θέλω;* Aeschylus Prom. 589 *πῶς δ' οὐ κλύω —;* Soph. Phil. 250 *πῶς γὰρ κάτοιδ', ὅν γ' εἶδον οὐδεπώποτε;* Electr. 923 *πῶς δ' οὐκ ἐγὼ κάτοιδ', ἅγ' εἶδον ἐμφανῶς;*

V. 282. *τῷ δ' ἀναγκαίῳ τρόπῳ*] i. e. *τῇ ἀνάγκῃ*. Rhes. 599 *ἄνδρα δ' οὐ πέπυσθε σύμμαχον Τροίαν μολόντα Ῥῆσον οὐ φαύλῳ τρόπῳ;* quod simpliciter dixit *οὐ φαύλως* Phoen. 111. Similiter Med. 751 *ἑκουσίῳ τρόπῳ.* Helen. 1547 *ποιητῷ τρόπῳ.* Orest. 1040 *αὐτόχειρι τρόπῳ.* Dionys. Hal. III 65 *τῷ βιαίῳ τρόπῳ οὐ ῥαδίαν οὖσαν αὐτὴν ἁλῶναι.* Plutarch. Coriol. 25 *ὡς τὰ πλεῖστα τῶν ἀνθρωπίνων ἀναγκαίῳ τινὶ τρόπῳ καὶ διὰ βίας περαινόμενα.* Charito IV 6 p. 99, 11 ed. Lips. *κατὰ τὸν δυνατὸν τρόπον.* Hinc restituendum putabam Sophoclis fragm. 527 hoc modo: *Ἄνους ἐκεῖνος· αἱ δ' ἀνουστέρως ἔτι Ἐκεῖνον ἠμύναντο καρτερῷ τρόπῳ.* De adverbio *ἀνουστέρως* vide Elmsleium ad Heracl. 544. Schoemann. ad Isaeum p. 459. [Dobraeus coniecit *τῷ δ' ἀναγκαίῳ πότμῳ*, quod aliquam probabilitatem habet, cum illis locis *τρόπος* significet modum qui alias adverbio significari solet].

V. 285. Ne suspiceris scribendum esse *καταναυθέντας*, cfr. Aesch. Cho. 325 *πυρὸς μαλερὰ γνάθος*, Prom. 368 *ποταμοὶ πυρὸς δάπτοντες ἀγρίαις γνάθοις . . λευροὺς γύας.*

V. 287. *ὀφείλομεν δώμασιν*] i. e. stirpi nostrae multa honesta debemus, tanquam debitum persolvere debemus. MATTH.

V. 289. *δειλίας ὕπο*] i. e. *μετὰ δειλίας*. Hipp. 1299 *ὡς ὑπ' εὐκλείας θάνῃ*, i. e. *εὐκλεῶς*. Soph. El. 630 *οὔκουν ἐάσεις οὐδ' ὑπ' εὐφήμου βοῆς Θῦσαί με.* Trachin. 419 *ἣν ὑπ' ἀγνοίας ὁρᾷς.* Xenoph. Oecon. VII 5 *τὸν δ' ἔμπροσθεν χρόνον ἔζη ὑπὸ πολλῆς ἐπιμελείας, ὅπως ὡς ἐλάχιστα μὲν ὄψοιτο, ἐλάχιστα δ' ἀκούσοιτο, ἐλάχιστα δ' ἔροιτο.* Plutarch. Pomp. p. 633 A *παραπλέων τὰς πόλεις ὑπὸ σπουδῆς.* Lucian. Ver. Hist. II 25 *ὑπὸ σπουδῆς ἀνήχθησαν.*

V. 290. *οὑμὸς δ' ἀμαρτύρητος κτέ.*] i. e. *ἀμαρτύρητον δέ ἐστιν* (nullis testibus demonstratum), *ὡς οὑμὸς εὐγενὴς πόσις οὐκ ἂν θέλοι ἐκσῶσαι*, ut explicatum in Lips. MATTH. Ita

ὡς τούσδε παῖδας οὐκ ἂν ἐκσῶσαι θέλοι
δόξαν κακὴν λαβόντας· οἱ γὰρ εὐγενεῖς
κάμνουσι τοῖς αἰσχροῖσι τῶν τέκνων ὕπερ,
ἐμοί τε μίμημ' ἀνδρὸς οὐκ ἀπωστέον.
σκέψαι δὲ τὴν σὴν ἐλπίδ', ᾗ λογίζομαι.
ἥξειν νομίζεις παῖδα σὸν γαίας ὕπο·
καὶ τίς θανόντων ἦλθεν ἐξ Ἅιδου πάλιν;
ἀλλ' ὡς λόγοισι τόνδε μαλθάξαιμεν ἄν·
ἥκιστα· φεύγειν σκαιὸν ἄνδρ' ἐχθρὸν χρεών,
σοφοῖσι δ' εἴκειν καὶ τεθραμμένοις καλῶς·
ῥᾷον γὰρ αἰδοῦς ὑποβαλὼν φίλ' ἂν τύχοις.

contrarium diceret quam quod debeat. Neque enim dubitat Megara, quin Hercules perire potius liberos suos quam turpiter vivere malit, eiusque rei testem citat vitam Herculis plenam laborum periculorumque pro sua suorumque gloria susceptorum. Conf. v. 1368 seqq. Quamobrem certe signum interrogationis post λαβόντας ponendum videtur, ut haec sit sententia: vir autem meus satisne dedit documenti nolle vitam liberorum famae detrimento redimere? Herwerdenus probabiliter conicit: ἀμαρτύρητος οὐκ ἔστιν πόσις.

V. 293. Hoc dicit: claros homines non modo suam ignominiam aegre ferre, sed etiam liberorum nomine dolere, si quid ab his turpiter ac flagitiose fiat. Demosth. Philipp. I § 42 δοκεῖ δέ μοι θεῶν τις — τοῖς γιγνομένοις ὑπὲρ τῆς πόλεως αἰσχυνόμενος τὴν φιλοπραγμοσύνην ταύτην ἐμβαλεῖν Φιλίππῳ. Plutarch. Lucull. 34 ἀγανακτεῖν προσποιούμενον ὑπὲρ αὐτῶν, εἰ πέρας οὐδὲν ἔσται πολέμων τοσούτων καὶ πόνων. Marcell. 23 ἀγανακτῶν ὑπὲρ τοῦ Μαρκέλλου μὴ παρόντος. Tom. VI p. 265 Reisk. Stallb. ad Plat. Euthyd. p. 119, ad Gorg. p. 61a.

V. 296. γαίας ὕπο] Cfr. ad Hec. 53, Krueger. II § 68, 43, 1. Dobraeus vult γαίας ὕπερ, Nauckius γαίας ἄνω.

V. 297. καὶ τίς] Ita solet καὶ voculis interrogativis praeponi in obiectione. Soph. Oed. Col. 72 ὡς ἂν προσαρκῶν σμικρὰ κερδάνῃ μέγα. — Καὶ τίς πρὸς ἀνδρὸς μὴ βλέποντος ἄρκεσις; Oed. T. 976. Col. 606. Xenoph. Hellen. V 3, 10.

V. 298. ἀλλ' ὡς — μαλθάξαιμεν ἄν;] Sic in Hippol. 966 Theseus more oratorum occupans quae adversarium dicturum suspicatur, primum hoc ponit: μισεῖν σε φήσεις τήνδε, idque refutat; tum pergit: ἀλλ' ὡς τὸ μῶρον ἀνδράσιν μὲν οὐκ ἔνι, Γυναιξὶ δ' ἐμπέφυκεν; Item v. 1013 Hippolytus: ἀλλ' ὡς τυραννεῖν ἡδὺ τοῖσι σώφροσιν; Ἥκιστά γ'. — Adde Xenoph. Anab. II 5, 18. Ex quo intellegitur frustra Reiskium ἄλλως inferre voluisse.

V. 299 s. De sententia vide Heracl. 459. Vocabulum σκαιὸς docta annotatione explanavit Wyttenbachius ad Plutarchi Moralia p. 31 F.

V. 301. ὑποβαλὼν φίλα] 'placabilia subiciendo, precando'. De verbo ὑποβάλλειν conferas Herm. Opusc. vol. V p. 304.

ἤδη δ᾽ ἐσῆλθέ μ᾽, εἰ παραιτησαίμεθα
φυγὰς τέκνων τῶνδ᾽· ἀλλὰ καὶ τόδ᾽ ἄθλιον,
πενίᾳ σὺν οἰκτρᾷ περιβαλεῖν σωτηρίαν·
ὡς τὰ ξένων πρόσωπα φεύγουσιν φίλοις
ἓν ἦμαρ ἡδὺ βλέμμ᾽ ἔχειν φασὶν μόνον.
τόλμα μεθ᾽ ἡμῶν θάνατον, ὃς μένει σ᾽ ὅμως.
προκαλούμεθ᾽ εὐγένειαν, ὦ γέρον, σέθεν·
τὰς τῶν θεῶν γὰρ ὅστις ἐκμοχθεῖν τύχας

V. 302. ἤδη δ᾽ ἐσῆλθέ μ᾽] Est ubi addatur δόξα vel διάνοια vel simile quid. Pro eo poeta hanc subiecit sententiam, εἰ παραιτησαίμεθα κτέ. Sic Plutarch. Timol. 26 καὶ τοῖς στρατιώταις εἰσῆλθε πονηρὸν εἶναι τὸ σημεῖον. Iphig. Taur. 1340 ἐσῆλθεν ἡμᾶς, μὴ λυθέντες οἱ ξένοι Κτάνοιεν αὐτήν, ubi videri potest deesse, quod expressit in Oreste v. 1668 καίτοι μ᾽ ἐσῄει δεῖμα, μή τινος κλύων Ἀλαστόρων δόξαιμι σὴν κλύειν ὄπα. Xenoph. Hell. III 4, 27 ὄντι δ᾽ αὐτῷ ἐν τῷ πεδίῳ τῷ ὑπὲρ Κύμης ἔρχεται ἀπὸ τῶν οἴκοι τελῶν, ἄρχειν καὶ τοῦ ναυτικοῦ, ubi Leonclavio deesse videbatur ὁ ἐπιστέλλων, rectius dixisset ἔρχεται fere idem esse quod ἐπιστέλλεται. Anab. V 9, 17 ἤδη μᾶλλον ἢ πρόσθεν εἰσῄει αὐτούς, ὅπως ἂν καὶ ἔχοντές τι οἴκαδε ἀφίκοιντο, ubi vid. Krueger. (Gramm. II § 61, 5, 4). Conf. Hermann. ad Vig. p. 873. Wyttenb. ad Ecl. hist. p. 302. Lips. Reisig. Comment. Crit. in Soph. Oed. Col. p. 242.

Ibid. εἰ παραιτησαίμεθα] 'si exsilii veniam hisce pueris petamus'. Est enim eadem ratio Graeci verbi παραιτεῖσθαι et Latini 'deprecari': quod et significat petere ut habeas et petere ne habeas. Itaque simillime scripsit Cicero de Or. III 3, 9 *tenemus enim memoria Q. Catulum, virum omni laude praestantem, cum sibi non incolumem fortunam, sed exsilium et fugam deprecaretur, esse coactum, ut vita se ipse privaret.* Etymologus autem p. 652, 20, qui περιττὴν εἶναι τὴν πρόθεσιν indicat, in eo ipso, quem laudat, Menandri loco παραιτοῦμαί σε συγγνώμην ἔχειν, falsus deprehenditur. Habent enim omnes fere preces hanc vim atque id efficere student, ut, qui rogatur, aliquid de iure suo remittat atque concedat: ut in hoc Euripidis Med. 1154 παραιτήσει πατρὸς φυγὰς ἀφεῖναι παισὶ τοῖσδ᾽ ἐμὴν χάριν, vel Dionis Chrys. T. II p. 417 παρῃτήσατο ἀφεῖναι αὐτόν. Idem apud Platonem Apol. p. 27 A ὑμεῖς δέ, ὅπερ κατ᾽ ἀρχὰς ὑμᾶς παρῃτησάμην, μέμνησθέ μοι μὴ θορυβεῖν. Protag. p. 320 D Προμηθέα δὲ παραιτεῖται Ἐπιμηθεὺς αὐτὸς νεῖμαι. Confer etiam annot. ad Heraclid. 21.

V. 303. De pronomine τόδε vide ad Alcest. 36. Verbo περιβαλεῖν similiter usus est Ion. 829 τυραννίδ᾽ αὐτῷ περιβαλεῖν ἔμελλε γῆς. Herodot. I 129 δικαιότερον εἶναι Μήδων τέῳ περιβαλεῖν τοῦτο τὸ ἀγαθὸν ἢ Περσέων.

V. 305. Sensus est: ὡς τοὺς ξένους ἓν μόνον ἦμαρ φασὶν ἡδέως βλέπειν φεύγοντας φίλους. Conf. Plaut. Mil. Glor. III 1, 146 *Nam hospes nullus tam in amici hospitium devorti potest, Quin, ubi triduom ibi continuom fuerit, iam odiosus siet.*

V. 309. De constructione verborum vide quae diximus ad v. 163. Sententia similis est in

προθυμός ἐστιν, ἡ προθυμία γ' ἄφρων·
ὃ χρὴ γὰρ οὐδεὶς μὴ χρεὼν θήσει ποτέ.
ΧΟ. εἰ μὲν σθενόντων τῶν ἐμῶν βραχιόνων
ἦν τίς σ' ὑβρίζων, ῥᾳδίως ἔπαυσά τἄν.
νῦν δ' οὐδέν ἐσμεν· σὸν δὲ τοὐντεῦθεν σκοπεῖν,
ὅπως διώσει τὰς τύχας, Ἀμφιτρύων.
ΑΜ. οὔτοι τὸ δειλὸν οὐδὲ τοῦ βίου πόθος
θανεῖν ἐρύκει μ', ἀλλὰ παιδὶ βούλομαι
σῶσαι τέκν'· ἄλλως δ' ἀδυνάτων ἔοικ' ἐρᾶν.
ἰδού, πάρεστιν ἥδε φασγάνῳ δέρη
κεντεῖν, φονεύειν, ἱέναι πέτρας ἄπο·
μίαν δὲ νῷν δὸς χάριν, ἄναξ, ἱκνούμεθα.
κτεῖνόν με καὶ τήνδ' ἀθλίαν παίδων πάρος,
ὡς μὴ τέκν' εἰσίδωμεν, ἀνόσιον θέαν,

fragm. 1014 *τὰς θνητῶν δ' ἐγὼ Χαίρειν κελεύω θεῶν ἄτερ προθυμίας.* Orest. 708 Heracl. 615 seq. — *τὰς τῶν θεῶν τύχας* intellege 'casus a diis immissos'; coll. v. 830, 1219. Hipp. 1267 *δαιμόνων συμφοραῖς.* Orest. 723 *θάνατον Ἀργείων.* Verg. Aen. II 486 *vulnere tardus Ulixi.* Ovid. Metam. VII 383 *natorum vulnera.* Phaedr. II 8, 2 *venatorum necem.* Conf. Beier. ad Cic. de Offic. Tom. II p. 243. *Ἐκμοχθεῖν* ut infra v. 581 *ἐκπονήσω θάνατον,* ubi vid. annot.

V. 310. Particula *γ',* quam substituit Hermannus pro *δ',* hoc loco parum commodum. Hartungus conicit *ἡ προθυμία 'στ' ἄφρων,* Nauckius eleganter *ἧδ' ἄφρων προθυμία.*

V. 311. Sic in versu illo apud Plutarchum in Consol. ad Apollon. p. 103 B *τό τοι χρεὼν οὐκ ἔστι μὴ χρεὼν ποιεῖν.* HERM. Euripides fr. 733 *τὸ γὰρ χρεὼν μεῖζον ἢ τὸ μὴ χρεών.*

V. 313. *ἦν τίς σ' ὑβρίζων*] Vide ann. ad Hecub. 1179, ad Alcest. 122. — *ἔπαυσά τοι ἄν* scil. *ὑβρίζοντα αὐτόν.*

V. 315. Heliodor. Aeth. X p. 473 *παρατόλμοις πλάσμασι τὸν θάνατον πειρωμένη διώσασθαι.* Conf. Bergler. ad Alciphr. T. I p. 220 ed. Wagn.

V. 316. *τὸ δειλόν*] i. e. *ἡ δειλία.* Orest. 783 *φεύγω τὸ δειλὸν τῇδε.* Diphilus Stobaei 32, 3 *κακὴ γὰρ αἰδώς, ἔνθα τἀναιδὲς κρατεῖ.* Conf. ad Heracl. 6. — Dictio *τοῦ βίου πόθος* eandem invidiam habet atque *φιλοψυχεῖν.*

V. 318. *ἄλλως δ' — ἐρᾶν*] Proverbii formam habet Lucian. D. Deor. VIII vol. II p. 28 Bip. *πλὴν οἶδα, ὅτι ἀδυνάτων ἐρᾷς.* Hermot. § 51 vol. IV p. 69 *ἐμήνυσα πρὸς σὲ ὑπ' εὐνοίας, ὅτι ἀδυνάτων ἐρᾷς.* Conf. Helen. 811 et annot.

V. 320. *ἱέναι*] Pro parte *ἥδε δέρη* intellegitur totum. Cfr. Alc. 837 *ὦ πολλὰ τλᾶσα καρδία καὶ χεὶρ ἐμή, νῦν δεῖξον οἷον παῖδά σε . . ἐγείνατ' Ἀλκμήνη Διί.*

V. 323. *ἀνόσιον θέαν*] More appositionis ad verbum *εἰσίδωμεν* relatum. Sic Or. 725 *ἀλλ' εἰσορῶ γὰρ τόνδε φίλτατον βροτῶν Πυλάδην δρόμῳ στείχοντα Φωκέων ἄπο, Ἡδεῖαν ὄψιν.* Si-

ψυχορραγοῦντα καὶ καλοῦντα μητέρα
πατρός τε πατέρα· τἆλλα δ', ἢ πρόθυμος εἶ,
πρᾶσσ'· οὐ γὰρ ἀλκὴν ἔχομεν, ὥστε μὴ θανεῖν.
ΜΕ. κἀγώ σ' ἱκνοῦμαι χάριτι προσθεῖναι χάριν,
ἡμῖν ἵν' ἀμφοῖν εἷς ὑπουργήσῃς διπλᾶ·
κόσμον πάρες μοι παισὶ προσθεῖναι νεκρῶν
δόμους ἀνοίξας· νῦν γὰρ ἐκκεκλῄμεθα·
ὡς ἀλλὰ ταῦτά γ' ἀπολάχωσ' οἴκων πατρός.
ΛΥΚ. ἔσται τάδ'· οἴγειν κλῇθρα προσπόλοις λέγω.
κοσμεῖσθ' ἔσω μολόντες· οὐ φθονῶ πέπλων.
ὅταν δὲ κόσμον περιβάλησθε σώμασιν,
ἥξω πρὸς ὑμᾶς νερτέρᾳ δώσων χθονί.
ΜΕΓ. ὦ τέκν', ὁμαρτεῖτ' ἀθλίῳ μητρὸς ποδὶ
πατρῷον ἐς μέλαθρον, οὗ τῆς οὐσίας
ἄλλοι κρατοῦσι, τὸ δ' ὄνομ' ἔσθ' ἡμῶν ἔτι.

militer infra v. 1362 *κοινωνίαν δύστηνον*. Meleager. Epigr. CIX 6 [Anth. Pal. VII 476] *αἰάζω, κενεὰν εἰς Ἀχέροντα χάριν*. De v. *ψυχορραγεῖν* vide annot. ad Alc. 20.

V. 326. Recipiendum videtur, quod Herwerdenus proposuit: *ὥστε μὴ οὐ θανεῖν*. Synizesis enim in supprimenda vocabula aeque valuit atque crasis. Sic Aesch. Prom. 627 in libro Mediceo *οὐ* post *μὴ* omissum altera manus supplevit.

V. 328. *εἷς ὑπουργήσῃς διπλᾶ*] Cfr. Hel. 731 *δυοῖν κακοῖν ἕν' ὄντα χρῆσθαι*, Ion. 539 *δύο μίαν θαυμάζομεν*, Soph. Trach. 941 *εἷς δυοῖν ἔσοιθ' ἅμα . . ὠρφανισμένος*, supra ad v. 220.

V. 329. Iunge *κόσμον νεκρῶν*. Cfr. Med. 1309.

V. 331. *ἀλλὰ ταῦτά γ'*] 'haec saltem'. Or. 1562 *ὡς ἂν ἀλλὰ παῖδ' ἐμὴν ῥυσώμεθα*. Soph. El. 415 *λέγ' ἀλλὰ τοῦτο*. Vide ann. ad Med. 912. Förtsch. Observ. crit. in Lysiam p. 3 seq. Held. ad Plutarchi Timol. c. IV *p.* 332 s.

V. 332. *λέγω*] 'iubeo'. Vide ad Alcest. 426.

V. 335. *νερτέρᾳ δώσων χθονί*] scil. *ὑμᾶς*. Quod non fugit Wunderum ad Soph. Philoct. 512. Male Bothius *πρὸς ὑμᾶς νερτέρᾳ δώσων χθονί* per tmesin dictum putat, pro *προσδώσων ὑμᾶς χθονί*. Neque vero illa poetarum propria est ratio loquendi: similiter enim Thucyd. I 18 *ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα δουλωσόμενος ἦλθε* (ut Eurip. Phoen. 153 *ὃς ἐπ' ἐμὰν πόλιν ἔβα πέρσων*), VII 7 *ἐπὶ στρατιὰν ᾤχετο ξυλλέξων*. Herodot. II 162 *πέμπει ἐπ' αὐτοὺς Ἄμασιν καταπαύσοντα λόγοισι*. Adde, si tanti est, annot. ad Androm. 932. Krueger. ad Dionys. p. 119. — Locutionis *διδόναι χθονὶ* et similium exempla collegit Tafel. Dilucidd. Pind. I 2 p. 786. Conf. ann. ad Helen. 869.

V. 336. *ἀθλίῳ μητρὸς ποδί*] Periphrasis. Hipp. 661 *σὺν πατρὸς μολὼν ποδί*. Hecub. 977 *τί χρῆμ' ἐπέμψω τὸν ἐμὸν ἐκ δόμων πόδα;* Orest. 1217 *παρθένου δέχου πόδα*, ubi vide Schaeferum.

ΑΜ. ὦ Ζεῦ, μάτην ἄρ' ὁμόγαμόν σ' ἐκτησάμην,
μάτην δὲ παιδὸς κοινὸν ὄνομ' ἐκλῄζομεν.
σὺ δ' ἦσθ' ἄρ' ἧσσον ἢ 'δόκεις εἶναι φίλος.
ἀρετῇ σε νικῶ θνητὸς ὢν θεὸν μέγαν.
παῖδας γὰρ οὐ προύδωκα τοὺς Ἡρακλέους.
σὺ δ' ἐς μὲν εὐνὰς κρύφιος ἠπίστω μολεῖν,
τἀλλότρια λέκτρα δόντος οὐδενὸς λαβών,
σῴζειν δὲ τοὺς σοὺς οὐκ ἐπίστασαι φίλους.
ἀμαθής τις εἶ θεός, εἰ δίκαιος οὐκ ἔφυς.

(στροφ. α)

ΧΟ. Αἴλινον μὲν ἐπ' εὐτυχεῖ

V. 340. *παιδὸς κοινὸν ὄνομ' ἐκλῄζομεν*] 'commune filii nomen celebrabamus' i. e. eundem et tu et ego filium appellabamus. Cfr. Hel. 494 *διπλοῦν δὲ Τυνδάρειον ὄνομα κλῄζεται*; Neque vero omni numero certa est haec emendatio eorum quae in codice leguntur *παιδός τοι νεὼν ἐκλῄζομεν*. Hermannus coniecit *παιδὸς γονέα νῷν ἐκλ.*, Elmsleius *παίδων γονέ' ἐμῶν ἐκλ.*, Nauckius *παιδὸς γονέ' ἐμοῦ σ' ἐκλ.*


V. 347. *εἰ .. οὐκ ἔφυς*] Cfr. Med. 88 *εἰ τούσδε γ' εὐνῆς εἵνεκ' οὐ στέργει πατήρ*, Ion. 347 *εἰ δ' οὐκέτ' ἔστι, τίνι τρόπῳ διεφθάρη*, Krueger. I § 67, 4, 1. De sententia cfr. fr. 294 *εἰ θεοί τι δρῶσιν αἰσχρόν, οὐκ εἰσὶν θεοί.* — Aliter de divis iudicat chorus 757 sqq. Ita prodocet poeta, quam infirma sint hominum de diis iudicia invidiosa.

V. 348. Virtutem etiam qui oderunt in vivis, tamen in defunctis laudare solent: quanto id magis decebat chorum senum Thebanorum, quos in tota fabula Herculis beneficiorum gratissimos praedicatores videmus: Referunt igitur eius *ἄθλους* splendido carmine atque ita et rebus et verbis illustri, ut, nisi aliquot ei maculas adspersisset librariorum neglegentia, vix usquam haereres. Quanquam hac corruptelae suspicione liberandum est initium carminis, etsi videtur obscurius. *Αἴλινον* enim lugubre carmen esse satis constat, idque velut uno ore omnes testantur scriptores: non cani autem nisi a lugentibus nemo dixit. Itaque eum Euripides suo iure finxit etiam Apollini dignum esse visum, quem citharae nervis accineret. Quod notandum erat, sicut fecit sive Aristophanes grammaticus sive Athenaeus lib. XIV p. 619 C *λίνος δὲ καὶ αἴλινος οὐ μόνον ἐν πένθεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐπ' εὐτυχεῖ μολπᾷ κατὰ τὸν Εὐριπίδην*: non mirandum aut in dubitationem vocandum. Nisi forte etiam tragoedias agi laetissimis Dionysiorum diebus mirabimur. Haec igitur chori mens est: 'Debebam ego fortasse Herculis fata deflere, non rerum feliciter gestarum memoriam adhibere cladi familiae eius; sed quemadmodum aelinum Apollo inter laeta carmina refert, sic ego Herculem quamvis defunctum laudare potius quam lugere volo.' Haec diu scripseram, cum in manus venit Fr. Mehlhornii, doctissimi viri, commentatio de appositione in Graeca lingua, edita Glogaviae a. 1838. Is p. 14 hunc locum

μολπᾷ Φοῖβος ἰάχει,
τὰν καλλίφθογγον κιθάραν
ἐλαύνων πλήκτρῳ χρυσέῳ·
ἐγὼ δὲ τὸν γᾶς ἐνέρων τ' ἐς ὄρφναν
μολόντα, παῖδ' εἴτε Διός νιν εἴπω
εἴτ' Ἀμφιτρύωνος ἶνιν,
ὑμνῆσαι, στεφάνωμα μό-
χθων, δι' εὐλογίας θέλω.

sic interpretatur: 'Lugubria felicibus accinit Phoebus, scil. mala futura vaticinans. Hoc enim contrarium ei, quod chorus facturus est, qui rebus adversis laetum carmen accinit. Celebrat enim Herculis res gestas estque arguta quidem, sed Euripide digna haec oppositio.' — De Lino, Uraniae Musae filio, et tradidit antiquissimus auctor Hesiodus fr. 97, deque carmine eo, quod *λίνον* eodem nomine vel *αἴλινον* in illius honorem appellatum ferunt, eruditissima est Welckeri disputatio in Diurnis Schol. a. 1830 n. 2—5. Is Euripidis locum attigit p. 35 cum eoque comparavit Ovid. Amor. III 9, 21. Martial. IX 86, 4.

V. 348—379. Metrum primae strophae glyconeum sic disponendum esse videtur:



V. 349. *μολπή* de re quae canendi, ut saepe *λόγος*, *ἔπος* de re quae dicendi causa est. De formis verbi *ἰάχω* cfr. Curae criticae p. 12 (in Fleckeiseni Annal. Suppl. vol. IX).

V. 351. *πλήκτρῳ χρυσέῳ*] Sic princeps Homerus h. Apoll. 184 *τοῖο δὲ φόρμιγξ Χρυσέου ὑπὸ πλήκτρου καναχὴν ἔχει ἱμερόεσσαν.* Pind. Nem. V 24 *φόρμιγγ' Ἀπόλλων ἑπτάγλωσσον χρυσέῳ πλάκτρῳ διώκων.* Horatius Carm. IV 3, 17 *O testudinis aureae Dulcem quae strepitum, Pieri, temperas.* Qui et Alcaeum poetam *aureo plectro* ornavit Carm. II 13, 26. At Tibullus ipsum Apollinem *plectro eburno* iussit contentum esse. Sed haud uno nomine memorabilis est locus Plutarchi De Pyth. Orac. c. 16 [Tom. II p. 402 A] *ὕστερον μέντοι πλῆκτρον ἀνέθηκαν (οἱ Μεγαρεῖς) τῷ θεῷ χρυσοῦν ἐπιστήσαντες, ὡς ἔοικε, Σκυθινῷ λέγοντι περὶ τῆς λύρας, ἣν ἁρμόζεται Ζηνὸς εὐειδὴς Ἀπόλλων, πᾶσαν αρχὴν καὶ τέλος συλλαβών. ἔχει δὲ λαμπρὸν πλῆκτρον ἡλίου φάος.*

V. 355. *στεφάνωμα μόχθων*] per appositionem ad *ὑμνῆσαι* adiectum. *Στεφάνωμα* autem quasi mercedem et honorem laboribus meritum intellegi voluit. V. ad Hecub. 128. Itaque gloriae circumlocutione usus est hac Sophocles Ai. 465 *στέφανον εὐκλείας μέγαν*, eumque aemulatus Euripides Suppl. 315. Antiop. fr. 219.

γενναίων δ' ἀρεταὶ πόνων
τοῖς θανοῦσιν ἄγαλμα.
πρῶτον μὲν Διὸς ἄλσος
ἠρήμωσε λέοντος,
πυρσοῦ δ' ἀμφεκαλύφθη
ξανθὸν κρᾶτ' ἐπινωτίσας
δεινῷ χάσματι θηρός·
(ἀντ. α)
τάν τ' ὀρεινόμον ἀγρίων
Κενταύρων ποτὲ γένναν
ἔστρωσεν τόξοις φονίοις,
ἐναίρων πτανοῖς βέλεσιν.
ξύνοιδε Πηνειὸς ὁ καλλιδίνας
μακραί τ' ἄρουραι πεδίων ἄκαρποι
καὶ Πηλιάδες θεράπναι
σύγχορτοί θ' Ὁμόλας ἐναυ-

V. 357. *ἀρετὰς* dicit laudem virtutibus partam. Sic saepe res pro laude et rumore rei. Vid. Schaef. ad Sophocl. I p. 244. Ceterum cf. Suppl. 373 *καλὸν δ' ἄγαλμα πόλεσιν εὐσεβὴς πόνος.*

V. 359. *Διὸς ἄλσος*] Nemeam. V. Pausan. II 15, 2.

V. 361—363. Construenda haec verba hoc modo: *ἀμφεκαλύφθη δὲ ξανθὸν κρᾶτα δεινῷ χάσματι πυρσοῦ θηρός, ἐπινωτίσας*: flavo capiti saevas fauces fulvae beluae induit, sic ut terga tegeret. Ex Aeschyli fabula *Κήρυξιν* Photius p. 477, 11 citat *πυρσοκόρσου λέοντος*. Verbi *ἐπινωτίσαι* usum egregie declarat locus simillimus Longi Past. I 9 p. 22 ed. Bip. *λύκου μεγάλου δέρμα λαβὼν — περιέτεινε τῷ σώματι ποδῆρες κατανωτισάμενος.* Cfr. Phoen. 651 *κισσὸς ὃν περιστεφὴς χλοηφόροις ἔρνεσιν κατασκίοισιν ὀλβίσας ἐνώτισεν,* ibique Porsonum et Rhes. 208 *λύκειον ἀμφὶ νῶτον ἅψομαι δοράν, καὶ χάσμα θηρὸς ἀμφ' ἐμῷ θήσω κάρᾳ.*

V. 364. *ὀρεινόμον*] Sic ab Homero acceperat Il. α 268 *φηρσὶν ὀρεσκῴοισι.* Conf. Boettiger. Vasengemälde I 3 p. 90.

V. 368. *ξύνοιδε*] Videtur Euripides diversam ab Homero (Il. α 263) traditionem sequi et cladem Centaurorum Thessalicam Herculi imputare. Certe *ξύνοιδε Πηνειὸς* non commode diceretur, nisi de re ad Peneum gesta. MUSGR. — *Πηνειὸς ὁ καλλιδίνας*: cfr. Hom. Il. β 753 *Πηνειῷ . . ἀργυροδίνῃ.*

V. 369. *ἄκαρποι*] quippe pascuis tantum idonea. MATTH. Fortasse Euripides scripserat *πάροικοι.* Sic Aesch. Pers. 869 *ὅσσας δ' εἷλε πόλεις, — οἷαι Στρυμονίου πελάγους Ἀχελωΐδες εἰσὶ πάροικοι.* Plutarch. Vit. Fabii Max. c. 2 *τὴν πρόσοικον τῆς Ἰταλίας.*

V. 371. *σύγχορτοι*] i. e. *ὅμοροι,* ut Androm. 17. Aesch. Suppl. 6. Vide Hesych. s. v. *χόρτος*. Apollon. Lex. Hom. p. 48, 3. — *Ὁμόλας*: quam Paus. IX 8, 6 dicit *ὀρῶν τῶν Θεσσαλικῶν καὶ εὔγεων μάλιστα καὶ ὕδασιν ἐπιρρεομέ-*

λοι, πεύκαισιν ὅθεν χέρας
πληροῦντες χθόνα Θεσσαλῶν
ἱππείαις ἐδάμαζον·
τάν τε χρυσοκάρανον
δόρκαν ποικιλόνωτον,
συλήτειραν ἀγρωστᾶν
κτείνας, θηροφόνον θεὰν
Οἰνωᾶτιν ἀγάλλει·

(στροφ. β)

τεθρίππων τ' ἐπέβα
καὶ ψαλίοις ἐδάμασσε πώλους

νην. Memorat etiam Theocrit. VII 103. Verg. Aen. VII 675. Strabo IX p. 443.

V. 372. πεύκαισιν] Diod. Sic. IV 12 τῶν δὲ Κενταύρων οἱ μὲν πεύκας αὐτορρίζους ἔχοντες ἐπήεσαν. Quintus Smyrn. VI 273 seqq. — De dativo cfr. Aesch. Pers. 135 πίμπλαται δακρύμασιν. Ἱππείαις: similiter de Centauro Ovidius Metam. XII 468 *armaque concussit, certumque equitavit in orbem.*

V. 374. Cum ἐδάμαζον sententiae parum aptum videatur, Hartungus coniecit ἐδάϊζον. Fortasse hic ἱππείας ἐθόαζον scribendum est, ut χθόνα acc. loci sit, infra autem v. 383 ἀγάλιν' ἐδάϊζον. Cfr. Phoen. 794 ἱππείαισι θοάζεις, Tro. 307 θοάζει δεῦρο Κασάνδρα δρόμῳ.

V. 375. Cervae huius cornutae praeter Apollodorum lib. II 5, 3 mentionem facit Eurip. Temen. fr. 740. Callimachus h. Dian. 102. Diod. Sic. IV 13. Pind. Ol. III 30 ubi vide Boeckh.

V. 377. ἀγρωστᾶν] 'Rusticorum' vertit Musgravius, 'venatorum' Barnesius. Prius verum puto, re ipsa postulante; etsi vocabulo illi utramque significationem tribuit Hesychius: ἀγρῶσται, ἐργάται, θηρευταί. Conf. Rhes. 266. Soph. fr. 92. *De* accentu monuit Eustath. in Il. p. 533, 37. Schol. Ven. ad Il. ε 158.

V. 378. Theognis v. 11 Ἄρτεμι θηροφόνη. Eur. Iph. Aul. 1570 ὦ παῖ Ζηνός, ὦ θηροκτόνε. Aristoph. Thesm. 320 πολυώνυμε θηροφόνη παῖ, Λατοῦς χρυσώπιδος ἔρνος. Anthol. Palat. VI 240 Ζηνὸς καὶ Λητοῦς θηροσκόπε τοξότι κούρη. Conf. Spanhem. ad Callim. h. Dian. 12. — Οἰνωᾶτιν, Ἄρτεμιν τὴν ἐν Οἴνῃ τῆς Ἀργείας Hesych. Οἰνόην hunc locum appellat Pausan. II 25, 2. Steph. Byz. Οἴνη πόλις Ἄργους. — Ὧρος δὲ Οἰνώην αὐτὴν λέγει, ἧς τὸ ἐθνικὸν Οἰνωάτης καὶ θηλυκὸν Οἰνωᾶτις, Ἄρτεμις ἡ ἐν Οἰνώῃ τῆς Ἀργείας ἱδρυμένη ὑπὸ Προίτου.

V. 380—407. Metrum secundae strophae logaoedicum sic digerendum videtur:

— –́⏑⏑ –
–́⏑⏑ –⏑⏑ –⏑ —
⏑⏑ –́⏑⏑ –⏑⏑ –⏑⏑ –
⏑⏑ –́⏑⏑ ⊔ –
⏑ –⏑ –́⏑ ⏑⏑⏑ –⏑ –⏑
–́⏑ –⏑ ⏑́⏑⏑ —
⏑ ⊔ –́⏑ –⏑ –⏑ ⏒
–́⏑ –⏑ ⊔ –
⏑ –́– –⏑ –⏑ —
–⏑ –́⏑⏑ ⊔ –
⏑– –́⏑⏑ ⊔ –
—– –́⏑⏑ ⊔ –
—– –́⏑⏑ –⏑ –
—– –́⏑⏑ ⊔ ⏒

Διομήδεος, αἳ φονίαισι φάτναις
ἀχάλιν' ἐθόαζον
κάθαιμα σῖτα γένυσι, χαρμοναῖσιν
ἀνδροβρῶσι δυστράπεζοι·
περῶν δ' ἀργυρορρύταν Ἕβρον
ἐξέπρασσε μόχθον,
Μυκηναίῳ πονῶν τυράννῳ,
τάν τε Μηλιάδ' ἀκτὰν
Ἀναύρου παρὰ πηγὰς
Κύκνον ξεινοδαΐκταν
τόξοις ὤλεσεν, Ἀμφαναί-
ας οἰκήτορ' ἄμικτον·
(ἀντ. β)
ὑμνῳδούς τε κόρας
ἤλυθεν ἑσπερίαν ἐς αὐλάν,
χρύσεον πετάλων ἀπὸ μηλοφόρων
χερὶ καρπὸν ἀμέρξων,
δράκοντα πυρσόνωτον, ὅς σφ' ἄπλατον
ἀμφελικτὸς ἕλικ' ἐφρούρει,
κτανών· ποντίας θ' ἁλὸς μυχοὺς

V. 383. *ἀχάλιν' ἐθόαζον*] Vide annot. ad v. 61 et v. 374.

V. 384. *κάθαιμα σῖτα*] 'cibos cruentos'. *Σῖτα* in plurali cibaria cuiuscunque generis significat: unde Xenophon et alii: *σῖτα καὶ ποτά*. MUSGR. *χαρμοναῖσιν ἀνδροβρῶσιν*, id est *χ. βορᾶς ἀνδρῶν* vel *ἀνθρωποφαγίας*. Similiter in Meleagri fr. 541 *ἀνδροβρῶτας ἡδονάς*. Ion. 664 *βουθύτῳ σὺν ἡδονῇ*.

V. 386. *περῶν . . Ἕβρον*] Cfr. Alc. 483 *Θρῃκὸς τέτρωρον ἅρμα Διομήδους μέτα . . οὔπω Βιστόνων ἦλθον χθόνα*.

V. 389. *τὰν Μηλιάδα ἀκτάν*] Ex antecedentibus intellegendum *περῶν*.

V. 390. Anauri, fluvii Thessalici, mentionem fecit Callimachus h. in Dian. 101, in Del. 103, Hesiodus Scut. Herc. 477. Lucan. Phars. VI 379.

V. 392. Steph. Byz. *Ἀμφαναί, πόλις Δωρική. Ἑκαταῖος ἐν πρώτῃ Γενεαλογιῶν. Θεόπομπος Ἀμφαναίαν αὐτὴν καλεῖ ἐν πέμπτῳ Φιλιππικῶν. ἔστι καὶ χωρίον Θετταλίας ὡσαύτως. τὸ ἐθνικὸν Ἀμφαναῖος καὶ Ἀμφαναιεύς*.

V. 394. *ὑμνῳδούς τε κόρας*] Hesperides, quas *λιγυφώνους* dixit Hesiodus Theog. 275, 518, unde *ἀοιδοὶ* Eurip. Hipp. 743. *ἱμερόφωνοι*... *ἐφίμερον ἀείδουσαι* Apollonio Rh. IV 1399. Cuius rei aliam causam attulit Welckerus in eo libro, quem de Aeschyli trilogiis scripsit p. 12, aliam Goettlingius ad Hesiodi Th. 518.

V. 398. *ἄπλατον ἕλικα* est accus. qui dicitur interioris obiecti a verbo *ἀμφελικτός* aptus.

V. 400. *ποντίας ἁλὸς* ut Hec. 610, Hel. 129. — *ἁλὸς μυχούς*: cfr. Aesch. Prom. 839 *πόντιος μυχὸς . . Ἰόνιος κεκλήσεται*. Mare

εἰσέβαινε, θνατοῖς
γαλανείας τιθεὶς ἐρετμοῖς·
οὐρανοῦ θ' ὑπὸ μέσσαν
ἐλαύνει χέρας ἕδραν,
Ἄτλαντος δόμον ἐλθών·
ἀστρωπούς τε κατέσχεν οἴ-
κους εὐανορίᾳ θεῶν·

(*στροφ. γ*)

τὸν ἱππευτάν τ' Ἀμαζόνων στρατὸν
Μαιῶτιν ἀμφὶ πολυπόταμον
ἔβα δι' Εὔξεινον οἶδμα λίμνας,
τίν' οὐκ ἀφ' Ἑλλανίας
ἄγορον ἁλίσας φίλων,
κόρας Ἀρείας πέπλων

quoque Herculis laboribus pacatum praeter Euripidem tradidit Pind. Nem. I 63. Soph. Trach. 1012. Aristoteles apud Aelian. V. H. V 3. — *θνατοῖς* et *ἐρετμοῖς* sunt casus paralleli alius generis atque ei, de quibus dictum ad v. 179.

V. 406. *κατέσχεν*] 'sustinuit', ne ruerent.

V. 408—441. Metrum tertiae strophae hoc esse videtur:

⏑ ⏗́ ⏗ –⏑ –⏑ –́⏑ –
⏓ –́⏑ ⏗ ⏑⏑⏑ ⏑⏑⏑
⏑ –́⏑ ⏗ –⏑ –⏑ ⏗́ –
⏓ –́⏑ ⏗ –⏑ –
⏑́⏑⏑ –⏑ –⏑ –
⏑ –́⏑ ⏗ –⏑ –
–́⏑ –⏑ –⏑ –
⏓ –́⏑ ⏑⏑⏑ –⏑ –
⏑ –́⏑ –⏑ ⏑⏑⏑ ⏑⏑⏑̲⏑ –́⏑ –
⏑ –́⏑ ⏗ –⏑ –⏑ ⏗́ –
–⏑ –́⏑⏑ ⏗ –
⏑⏑⏑ –́⏑⏑ ⏗ –
–– –́⏑⏑ ⏗ –
⏑⏑⏑ –́⏑ ⏗ –
–⏓ –́⏑⏑ –⏑ –
–⏑ –́⏑⏑ ⏗ –

V. 409. *Μαιῶτιν ἀμφὶ πολυπόταμον* habitant Amazones ut Aesch. Prom. 415 *Κολχίδος τε γᾶς ἔνοικοι παρθένοι μάχας ἄτρεστοι καὶ Σκύθης ὅμιλος, οἳ γᾶς ἔσχατον τόπον ἀμφὶ Μαιῶτιν ἔχουσι λίμναν.*

V. 410. *λίμνας*] In Hecuba v. 446 *ἐπ' οἶδμα λίμνας*, ubi vide annot.

V. 411. *τίν' οὐκ*] i. e. *οὐδένα οὐκ*. Demosth. de Coron. § 48 *εἶτ' ἐλαυνομένων καὶ ὑβριζομένων καὶ τί κακὸν οὐχὶ πασχόντων πᾶσα ἡ οἰκουμένη μεστὴ γέγονε προδοτῶν.* Lucian. de sacrif. § 13 T. III p. 77 Bip. Vergil. Aen. VI 80 *nec Teucris addita Iuno Usquam aberit, cum tu supplex in rebus egenis Quas gentes Italum aut quas non oraveris urbes.* — *ἄγορον, ἄθροισμα, στρατόν.* Hesych.

V. 413. *πέπλων φάρος* explicatum annotatione ad Alcest. 925. Sed obscurum est, quo isti referendi sint accusativi, *φάρος* et *ἄγρας*: quos A. Matthiae ex *ἔβα* pendere putat (*ἔβα ἐπὶ στρατόν, ἐπὶ φάρος*), perdifficili genere constructionis. Nauckius conicit *κόρας Ἀρείας ποθῶν χρυσεόστολον φάρος*, Paleius *κόρας Ἀρ. πέπλον χρ. μέτα.* Malim *κόρας Ἀρείας φάρος χρυσεόστολον μέτα*, ut *πέπλων* ex interpretatione nominis *φάρος* ortum praepositionem *μέτα* ex-

χρυσεόστολον φάρος,
ζωστῆρος ὀλεθρίους ἄγρας.
τὰ κλεινὰ δ' Ἑλλὰς ἔλαβε βαρβάρου κόρας
λάφυρα, καὶ σῴζεται Μυκήναις.
τάν τε μυριόκρανον
πολύφονον κύνα Λέρνας
ὕδραν ἐξεπύρωσεν,
βέλεσί τ' ἀμφέβαλλ' ἰ-
όν, τρισώματον οἷσιν ἔ-
κτα βοτῆρ' Ἐρυθείας.

(ἀντ. γ)

δρόμων τ' ἄλλων ἀγάλματ' εὐτυχῆ
διῆλθε· τόν τε πολυδάκρυον
ἔπλευσ' ἐς Ἅιδαν, πόνων τελευτάν,
ἵν' ἐκπεραίνει τάλας
βίοτον οὐδ' ἔβα πάλιν.
στέγαι δ' ἔρημοι φίλων,
τὰν δ' ἀνόστιμον τέκνων

pulisse putandum sit. Cfr. Heracl. 217 *ζωστῆρα . . τὸν πολυκτόνον μέτα*, Alc. 46 *δάμαρτ' ἀμείψας, ἣν σὺ νῦν ἥκεις μέτα*, cum *χρυσεόστολον φάρος* Alc. 819 *μελαμπέπλους στολμούς*, Hipp. 200 *εὐπήχεις χεῖρας*, Chaeremon. fr. 14, 7 *καλλίχειρας ὠλένας*, trag. adesp. 458, 14 *Ἄργου τὰς πυκνοφθάλμους κόρας*.

V. 420. *κύνα Λέρνας*] Sic etiam infra v. 1274. Similiter *Κῆρες Ἀΐδαο θοαὶ κύνες* Apoll. Rh. IV 1665, Harpyiae *μεγάλοιο Διὸς κύνες* II 288, inprimis autem Furiae hoc nomine appellantur. Vide Ruhnken. Epist. crit. I p. 93 seq. interpp. ad Soph. Oed. T. 391, ubi Dindorfius adnotat, dira quaeque monstra canes appellari a poetis Graecis.

V. 422. *βέλεσί τ' ἀμφέβαλλ' ἰόν*] Cfr. Diod. IV 11 *χειρωσάμενος τὸ ζῷον εἰς τὴν χολὴν ἀπέβαπτε τὰς ἀκίδας*, Apollod. II 5, 2, 5 *τὸ δὲ σῶμα τῆς ὕδρας ἀνασχίσας τῇ χολῇ τοὺς οἰστοὺς ἔβαψεν*. Codex habet *ἀμφέβαλλε, τὸν*, ut obiectum verbi *ἀμφέβαλλε* intellegendum sit *ὕδραν*. Quamquam comparant Senec. Herc. f. 45 *armatus venit leone et hydra*, Valer. Flacc. VIII 126 *Ibat adhuc aptans humeris capitique leonem*, Lucian. de histor. conscrib. § 10, ubi de Omphale: *ἐκείνην μὲν τὸν λέοντα αὐτοῦ περιβεβλημένην*, tamen hoc loco putida fuerit atque poeta vix digna locutio. Itaque emendationem quae facilis videtur atque etiam metrum adiuvat, recepimus.

V. 425. *δρόμων*] i. e. *ἀγώνων*. Hinc fluxit elegans locutio *δραμεῖν ἀγῶνα*, de qua Schaeferus ad L. Bosium p. 120, 122.

V. 427. *πόνων τελευτάν*] Nomina sunt per appositionis figuram ad verbum *ἔπλευσεν* adiecta. Cfr. ad v. 323.

V. 431. *τὰν δ' ἀνόστιμον — κέλευθον*] eam dicit viam, 'unde negant redire quemquam'; cfr.

Χάρωνος ἐπιμένει πλάτα
βίου κέλευθον ἄθεον, ἄδικον· εἰς δὲ σὰς
χέρας βλέπει δώματ' οὐ παρόντος.
εἰ δ' ἐγὼ σθένος ἥβων,
δόρυ τ' ἔπαλλον ἐν αἰχμᾷ,
Καδμείων τε σύνηβοι,
τέκεσιν ἂν παρέσταν
ἀλκᾷ· νῦν δ' ἀπολείπομαι
τᾶς εὐδαίμονος ἥβας.

ἀλλ' ἐσορῶ γὰρ τούσδε φθιμένων
ἔνδυτ' ἔχοντας, τοὺς τοῦ μεγάλου
δή ποτε παῖδας τὸ πρὶν Ἡρακλέους,
ἄλοχόν τε φίλην ὑπὸ σειραίοις

Bekk. Anecd. p. 343 *ἀδίαυλος τόπος, ὅθεν μὴ ἔστιν ἐπανελθεῖν. οὕτως Εὐριπίδης* (fr. 860) '*θεοὶ χθόνιοι Ζοφερὰν ἀδίαυλον ἔχοντες ἕδραν Φθιμένων Ἀχεροντίδα λίμνην*'. — *ἄθεον, ἄδικον*, quam praeter fas iusque ingredi coguntur. Similiter in Andromacha v. 492 *ἄθεος, ἄνομος, ἄχαρις ὁ φόνος*. Itaque sive verbum de verbo reddi placet, hoc dicit: 'liberorum autem illud reditu carens vitae iter, impietate ac scelere coactum, cymba Charonis manet'; sive ipsam referri sententiam: 'liberos autem impia atque iniusta mors manet, in aeternum exsilium impositura cymbae'.

V. 435. *οὐ παρόντος*] De genetivi constructione adhibendus in consilium Krueg. I § 47, 5, 1. Ceterum apte Musgravius attulit Bacch. 1308 *ᾧ δῶμ' ἀνέβλεπε*.

V. 440. *ἀπολείπομαι τᾶς ἥβας*] Cfr. Med. 35 *πατρῴας μὴ ἀπολείπεσθαι χθονός*, Or. 216 *τῶν πρὶν ἀπολειφθεὶς φρενῶν*, Ion. 861 *πῶς . . αἰδοῦς ἀπολειφθῶ;*

V. 443. *φθιμένων ἔνδυτα*] Cfr. ad v. 526.

V. 444. Verba *δή ποτε παῖδας*, in quibus *δή ποτε* iuxta *τὸ νῦν* otiosum, recte videtur Nauckius spuria iudicare.

V. 445. *ὑπὸ σειραίοις ποσίν* etc.] Metaphoram esse ab equo funali monuit Barnesius: qui et *παρήορος* et idem *σειραῖος* vel *σειραφόρος* vel *παράσειρος* dicitur. Eustathius ad Iliad. *Θ* p. 700, 46 *ὁ δὲ παρήορος ἀπὸ τοῦ ἀείρω τὸ παραζευγνύω γίνεται, ἵνα ᾖ παρήορος ὁ παρεζευγμένος ἤγουν ὁ ἐγγὺς ὢν τῶν ζυγιτῶν ἢ τῶν ζυγίων κατὰ τὸν κωμικόν. Ὁ δὲ τοιοῦτος καὶ παράσειρος λέγεται παρὰ τοῖς ὕστερον, ἔτι δὲ καὶ σειραῖος, ὡς δηλοῖ Σοφοκλῆς* (Electr. 722), *ἀπὸ τῆς σειρᾶς· ὅθεν καὶ ἀνασειράζειν ἵππον τὸ ἀναχαιτίζειν*. Sed non uno modo hoc vocabulum tanquam ex suo in alienum locum transfertur. Nam et fortem significat atque impetuosum *δεξιόσειρος* in Sophoclis Antigona v. 140 et socium adiutoremque *σειραφόρον* dixit Aeschylus, *παράσειρον* Euripides: Agam. 841 *μόνος δ' Ὀδυσσεὺς ὅσπερ οὐχ ἑκὼν ἔπλει, Ζευχθεὶς ἕτοιμος ἦν ἐμοὶ σειραφόρος*. Orest. 1017 *ποδὶ κηδοσύνῳ παράσειρος*. Horum nihil tam est simile illis: *ὑπὸ σειραίοις ποσὶν ἕλκουσαν*

κοσὶν ἕλκουσαν τέκνα καὶ γεραιὸν
πατέρ' Ἡρακλέους. δύστηνος ἐγώ,
δακρύων ὡς οὐ δύναμαι κατέχειν
γραίας ὄσσων ἔτι πηγάς.

ΜΕΓΑΡΑ.

εἶεν· τίς ἱερεύς, τίς σφαγεὺς τῶν δυσπότμων,
ἢ τῆς ταλαίνης τῆσδ' ἐμῆς ψυχῆς φονεύς;
ἕτοιμ' ἄγειν τὰ θύματ' εἰς Ἅιδου τάδε.
ὦ τέκν', ἀγόμεθα ζεῦγος οὐ καλὸν νεκρῶν,
ὁμοῦ γέροντες καὶ νέοι καὶ μητέρες.
ὦ μοῖρα δυστάλαιν' ἐμή τε καὶ τέκνων
τῶνδ', οὓς πανύστατ' ὄμμασιν προσδέρκομαι·
ἔτεκον μὲν ὑμᾶς, πολεμίοις δ' ἐθρεψάμην
ὕβρισμα κἀπίχαρμα καὶ διαφθοράν.
φεῦ·
ἦ πολύ γε δόξης ἐξέπεσον εὐέλπιδος,

τέκνα, ut, quid sibi velint illa verba, plane intellegi possit. Quare suspicor aliquid vitii subesse, idque sic corrigendum: ὑποσειραίους μόλις ἕ.τ. Quae si vera coniectura est, nihil aliud dicit quam quod erat supra v. 336 ὁμαρτοῦντας ἀθλίῳ μητρὸς ποδί. Eo autem facilius corrumpi potuit genuina scriptura, quod credibile est fuisse qui non animadverterent recte ὑποσειραίους referri ad τέκνα. De qua generis enallage vid. annot. ad Alcest. 820. Commode autem dixit ἕλκειν, sicut Vergilius Aen. II 320 *Sacra manu victosque deos parvumque nepotem Ipse trahit*, et v. 723 *dextrae se parvus Iulus Implicuit, sequiturque patrem non passibus aequis.*

V. 446. γεραιὸν] media brevi, ut Hecub. 62 ubi vide.

V. 449. Bothius iungi voluit κατέχειν δακρύων ut sit lacrimis prohibere, ἀπὸ δακρύων. Rectius, me iudice, Portus utrumque genetivum ad πηγὰς referebat: quo constructionis genere utitur v. 413, 431, 562, ubi vid. annot. Γραίας ὄσσων πηγὰς poetice pro γραίων ὄσσων π. Vide ad v. 124, ad Alc. 538.

V. 452. Sono et constructione simillimus Sophoclis Oed. R. v. 1481 ὡς τὰς ἀδελφὰς τάσδε τὰς ἐμὰς χέρας. Verum recte videtur versum inutilem Paleius ex interpolatione repetere.

V. 453. ἕτοιμ' ἄγειν] i. q. ἄγεσθαι. Vide Krueg. I § 55, 3, 8. De usu vocab. ζεῦγος vide ann. ad Androm. 277.

V. 457. ὄμμασιν προσδέρκομαι] Sic princeps Hom. Il. α 587 μή σε, φίλην περ ἐοῦσαν, ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἴδωμαι Θεινομένην. Unde adscivit Soph. Antig. 764. Trach. 241. 746. Eurip. Or. 1020. Hipp. 1265.

V. 459. διαφθοράν] ut apud Soph. Aiac. 1297 ἐφῆκεν ἐλλοῖς ἰχθύσιν διαφθοράν. De voce ἐπίχαρμα vide Blomfield. ad Aesch. Prom. 164.

V. 461. δόξης εὐέλπιδος] Cfr. Med. 1010 δόξης δ' ἐσφάλην εὐαγγέλου. Nomen δόξα cum

ἣν πατρὸς ὑμῶν ἐκ λόγων πότ' ἤλπισα.
σοὶ μὲν γὰρ Ἄργος ἔνεμ' ὁ κατθανὼν πατήρ,
Εὐρυσθέως δ' ἔμελλες οἰκήσειν δόμους,
τῆς καλλικάρπου κράτος ἔχων Πελασγίας,
στολήν τε θηρὸς ἀμφέβαλλε σῷ κάρᾳ
λέοντος, ᾗπερ αὐτὸς ἐξωπλίζετο·
σὺ δ' ἦσθα Θηβῶν τῶν φιλαρμάτων ἄναξ,
ἔγκληρα πεδία τἀμὰ γῆς κεκτημένος,
ὡς ἐξέπεισθες τὸν κατασπείραντά σε·
ἐς δεξιὰν δὲ σὴν ἀλεξητήριον
ξύλον καθίει, Δαιδάλου ψευδῆ δόσιν.

adiect. εὔελπις coniunctum ita in notionem ἐλπίδος transit, ut ἣν ἤλπισα eadem ratione atque ἐλπίδα ἐλπίζειν dici possit.

V. 464. Πελασγίας] Peloponnesi vel Argorum.

V. 465. θηρὸς — λέοντος] Sic Epimenides apud Aelian. N. A. XII 7 Καὶ γὰρ ἐγὼ γένος εἰμὶ σελήνης ἠϋκόμοιο, Ἣ δεινὸν φρίξασ' ἀπεσείσατο θῆρα λέοντα Ἐν Νεμέᾳ. Mesomed. in Anth. Pal. XIV n. 63 λέαινα θήρ. Orph. Arg. 728 θὴρ σῦς ἄγριος. Diod. Sic. III 35 τῶν μεγίστων θηρίων ὄφεων. Quae contulit Lobeck. Paralip. P. I p. 266 not. 4. Conf. Part. II p. 344. Musgrav. ad Bacch. 1025. Iacobs. ad Philostr. Imag. p. 498. — ἀμφέβαλλε: i. e. statuebat, ut tu post ipsius mortem hoc indumentum haberes. — ᾗπερ .. ἐξώπλιζετο: quocum (spolio leonino) ipse in pugnam prodire solebat. Ita vertit Schneiderus in Indice ad Xenoph. Anab. p. 549, quem vide.

V. 467. σὺ δ' ἦσθα] ἔμελλες ἔσεσθαι interpretatur Elmsleius ad Bacch. 612 i. e. ἔμελλες ἔσεσθαι ex voluntate Herculis. Simili brevitate Androm. 209 σὺ δ' ἤν τι κνισθῇς, ἡ Λάκαινα μὲν πόλις Μέγ' ἐστί, τὴν δὲ Σκῦρον οὐδαμοῦ τιθεῖς. Tro. 1007 εἰ δ' εὐτυχοῖεν Τρῶες, οὐδὲν ἦν ὅδε.

Φιλαρμάτων: Soph. Antig. 149 τᾷ πολυαρμάτῳ Θήβᾳ. 845 Θήβας τ' εὐαρμάτου ἄλσος. Plura vide ap. Boeckh. ad Pind. Ol. VI p. 161.

V. 468. ἔγκληρα — κεκτημένος] 'dotale regnum patriae meae tenens'. Hipp. 1011 ἔγκληρον εὐνὴν προσλαβών. Iph. T. 682 ἔγκληρον ὡς δὴ σὴν κασιγνήτην γαμῶν. Quibus locis patet ἔγκληρος nihil fere distare ab ἐπίκληρος, de quo Ruhnkenius ad Tim. p. 209 (174 L.). De constructione verborum πεδία τἀμὰ γῆς dictum ad Alc. 538.

V. 469. ἐξέπεισθες Hermannus scripsit pro ἐξέπεισθε. Heathius aliter locum emendavit: ὡς ἐξέπεισθε τὸν κατασπείραντά με, 'ut inter illum et patrem meum convenerat'. Si ἐξέπεισθες recte se habet, videndum, ne versus post v. 473 transponendus sit, ut ibi ὑπέσχετο ad ἐξέπεισθες referatur.

V. 471. 'Nec tradidit quisquam a Daedalo Herculi datam clavam esse, neque si data fuisset, dici potuisset ψευδὴς δόσις. Itaque δαίδαλον scripsi interpunctionemque mutavi. Nam etsi a quibusdam traditum est rude lignum fuisse eam clavam, ut a Theocrito XXV 207 seq. et a Pindaro, si is de Hercule loquitur, hyporch. fr. 3 p. 40 (fr.

σοὶ δ', ἣν ἔπερσε τοῖς ἑκηβόλοις ποτὲ
τόξοισι, δώσειν Οἰχαλίαν ὑπέσχετο.
τρεῖς δ' ὄντας ὑμᾶς τριπτύχοις τυραννίσι
πατὴρ ἐπύργου, μέγα φρονῶν εὐανδρίᾳ,
ἐγὼ δὲ νύμφας ἠκροθινιαζόμην,
κήδη συνάπτουσ', ἔκ τ' Ἀθηναίων χθονὸς
Σπάρτης τε Θηβῶν θ', ὡς ἀνημμένοι κάλως
πρυμνησίοισι βίον ἔχοιτ' εὐδαίμονα.
καὶ ταῦτα φροῦδα· μεταβαλοῦσα δ' ἡ τύχη
νύμφας μὲν ὑμῖν Κῆρας ἀντέδωκ' ἔχειν,
ἐμοὶ δὲ δάκρυα λουτρά· δύστηνος φρενῶν·

77 ed. Boeckh.), alios tamen arte elaboratam existimasse a Diodoro Sic. IV 14 intellegitur, qui eam Vulcani donum fuisse refert. Huc pertinet etiam illud quod ab Apollonio Rhod. I 1196 **χαλκοβαρὲς ῥόπαλον** vocatur, ubi schol. *χαλκοβαρεῖ δὲ τῷ ἰσχυρῷ ἢ τῷ πρὸς τῷ τέλει χαλκῷ βεβαρημένῳ. Πείσανδρος δέ φησιν ὁλόχαλκον εἶναι τὸ ῥόπαλον Ἡρακλέους'*. HERM. Speciosam esse viri praestantissimi coniecturam fateor: addo etiam hoc, non me dubitaturum fuisse, quin eam reciperem, nisi Propertii verba IV 9, 15 *Maenalio iacuit pulsus tria tempora ramo Cacus* eo ducerent, ut ab Euripide scriptum videatur *ἀλεξητήριον ξύλον καθίει* Μαινάλου, *ψευδῆ δόσιν*. Ceterum de constructione videnda annotatio ad v. 323.

V. 473. Consentaneum fuerit, Herculem ut uni filio Argos et exuvias leonis, alteri Thebas et clavam, ita tertio non solum Oechaliam, sed etiam ornamentum aliquod relinquere velut sagittas invictas. Itaque recte videtur post hunc versum Kirchhoffius lacunam statuere. — Anapaestum quarti pedis excusat nomen proprium.

V. 476. *νύμφας ἀκροθινιάζεσθαι* significat *τὰς καλλίστας ἐκπροκρίνειν νύμφας*. Cfr. Phoen. 202 *Τύριον οἶδμα λιποῦσ' ἔβαν ἀκροθίνια Λοξίᾳ* et 214 *πόλεος ἐκπροκριθεῖσ' ἐμᾶς καλλιστεύματα Λοξίᾳ*.

V. 478. Ab eadem re similitudinem petiit Med. 770 *ἐκ τοῦδ' ἀναψόμεσθα πρυμνήτην κάλων*, ubi v. ann. Meleager Ep. XLIV [Anth. Pal. XII 159] *ἐν σοὶ τἀμά, Μυΐσκε, βίου πρυμνήσι' ἀνῆπται*. Iulianus Caes. p. 54 *πεῖσμα καὶ ὅρμον ζῶντι σεαυτῷ παρασκευάζων*. Heliod. Aeth. VII p. 351 *πᾶν (τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου) πεῖσμα διέρρηκται, πᾶσα ἐλπίδος ἄγκυρα παντοίως ἀνέσπασται*.

V. 480. *μεταβαλοῦσα* non accipio 'mutata forma', sed iungo: *ἡ τύχη μεταβαλοῦσα νύμφας ἀντέδωκε*, ut *νύμφας* et e *μεταβαλοῦσα* et ex *ἀντέδωκε* pendeat. MATTH. Illud verius videtur.

V. 481. *Κῆρας*] Male interpres: 'Parcas'. Distinguit a Parcis Hesiodus Theog. 217 et Parcarum quidem officium v. 218 sq. describit, *Κηρῶν* vero v. 220 seqq. MUSGR. Conf. Nitzsch. ad Hom. Odyss. Tom. I p. 177 seq.

V. 482. *λουτρά*] Harpocration T. I p. 115 Lips. *ἔθος ἦν τοῖς γαμοῦσι λουτρὰ μεταπέμπεσθαι ἑαυτοῖς κατὰ τὴν τοῦ γάμου ἡμέραν· ἔπεμπον δὲ ἐπὶ ταῦτα τὸν ἐγγυτάτω γένους παῖδα ἄρρενα, καὶ οὗτοι ἐλουτροφόρουν*.

πατὴρ δὲ πατρὸς ἑστιᾷ γάμους ὅδε,
Ἅιδην νομίζων πενθερὸν, κῆδος πικρόν.
ὤμοι, τίν' ὑμῶν πρῶτον ἢ τίν' ὕστατον
πρὸς στέρνα θῶμαι; τῷ προσαρμόσω στόμα;
τίνος λάβωμαι; πῶς ἂν ὡς ξουθόπτερος
μέλισσα συνενέγκοιμ' ἂν ἐκ πάντων γόους,
εἰς ἓν δ' ἐνεγκοῦσ' ἀθρόον ἀποδοίην δάκρυ.
ὦ φίλτατ', εἴ τις φθόγγος εἰσακούεται
θνητῶν παρ' Ἅιδῃ, σοὶ τάδ', Ἡράκλεις, λέγω,
θνήσκει πατὴρ σὸς καὶ τέκν', ὄλλυμαι δ' ἐγώ,
ἣ πρὶν μακαρία διὰ σ' ἐκλῃζόμην βροτοῖς.
ἄρηξον, ἐλθέ, καὶ σκιὰ φάνηθί μοι·
ἅλις γὰρ ἐλθὼν ἱκανὸν ἂν γένοιο σύ·
κακοὶ γὰρ ἐς σέ γ', οἳ τέκνα κτείνουσι σά.

ἔθος δὲ ἦν καὶ τοῖς ἀγάμοις ἀποθανοῦσι λουτροφορεῖν καὶ ἐπὶ τὸ μνῆμα ἐφίστασθαι. Vide ad eum locum Valesium T. II p. 347 sq. Photium Lex. p. 231, 17. Hesych. T. II p. 498. Schol. Eurip. Phoen. 348. Cfr. Boettiger Aldobrand. Hochzeit p. 83 sqq. — Probabiliter coniecit Bothius ἐμοὶ δὲ δάκρυα λουτρὰ δυστήνοις (Fixius δυστήνῳ) φέρειν.

V. 484. κῆδος] i. e. κηδεστήν. Med. 1341 γῆμαί σε, κῆδος ἐχθρὸν ὀλέθριόν τ' ἐμοί. — Ἅιδην νομίζων πενθερόν: 'Orco utens socero'. Conon. Narrat. 44 ὃς τὴν αἰχμάλωτον γυναῖκα ἐνόμισε, qui captivam pro uxore habuit. BOTHIVS.

V. 487. πῶς ἄν] Vide de hac optandi significatione ad Alc. 213. — ξουθόπτερος sollemne apis epitheton. v. Blomf. gloss. ad Aesch. Agam. 1111. — ἐκ πάντων, scil. ὑμῶν. Inepte Bothius subaudit γόων.

V. 768. *βέβακ' ἄναξ ὁ καινός*] 'periit novus rex', Lycus scilicet. Androm. 1027 *βέβακε δ' Ἀτρείδας ἀλόχου παλάμαις*. Med. 439 *βέβακε δ' ὅρκων χάρις*. Talia multa peperit antiquorum hominum religio, ut rei asperitatem vocabulo molliore lenirent. Cfr. ann. ad Hecub. 162. Bergler. ad Alciphr. I 38. Piersoni Verisim. p. 34 ed. Lips.

V. 770. *Ἀχερόντιον* dixit poetico iure pro *Ἀχερόντειον*. Vide Lobeck. ad Soph. Aiac. p. 114 ed. sec.

V. 771. Hermannus addit *δέ* (*δοκημάτων δ' ἐκτός*). Fortius videtur asyndeton.

V. 772. *μέλουσι*] hic personale est, ut apud Soph. El. 341 *Δεινόν γέ σ' οὖσαν πατρός, οὗ σὺ παῖς ἔφυς, Κείνου λελῆσθαι, τῆς δὲ τικτούσης μέλειν.* Ai. 676 *Τεύκρῳ τ', ἢν μόλῃ, σημήνατε, Μέλειν μὲν ἡμῶν, εὐνοεῖν δ' ὑμῖν ἅμα.* Aesch. Agam. 370 *οὐκ ἔφα τις θεοὺς βροτῶν ἀξιοῦσθαι μέλειν.* — *ἐπάειν*, 'curare'. Aesch. Suppl. 759 *θεῶν οὐδὲν ἐπαΐοντες*. Conf. Lennep. ad Phal. p. 135 Lips.

V. 774. *ἐφέλκων*] sic positum, ut quod interiectum est nomen diversi generis *εὐτυχία* neglegatur. Sic Plutarchus Rom. c. 7 *ἔργα δὲ αὐτοῦ καὶ πράξεις ὅμοια τοῖς βλεπομένοις ἀκούων*. Demosth. de fals. leg. § 260. Notavit hoc genus loquendi olim Lobeckius ad Soph. Ai. 475, plura accumulavit Matthiae gr. Gr. § 441, 2c, quibus et nos quaedam adiecimus ann. ad Heracl. 227 et 363.

V. 777. 'Nemo enim futurum tempus respicere sustinet, neglecta lege indulgens iniustitiae'; id est nemo cogitat fore, ut eorum, quae confisus opibus suis deliquerit, aliquando poenas luat. *Χρόνου τὸ πάλιν* de futuro tempore dici non mirabitur, qui ad idem tempus *αὖθις* referri so-

τὸ πάλιν εἰσορᾶν,
νόμον παρέμενος, ἀνομίᾳ χάριν διδούς·
ἔθραυσε δ' ὄλβου κελαινὸν ἅρμα.

(στρ. β')

Ἰσμήν' ὦ στεφαναφόρει,
ξεσταί θ' ἑπταπύλου πόλεως

lere meminerit, de quo annotavimus ad Helen. 713, ad Alc. 1152. Similiter locutus est Pindarus Olymp. XI 87 ἥκοντι νεότατος τὸ πάλιν ἤδη, id est, senescenti. — 'χάριν διδούς, ut Κύπριδι χάριν πράσσων Ion. 897. ὀργῇ χάριν δούς Soph. Oed. Col. 855.' MUSGR. Conf. Elmsl. ad Bacch. 720.

V. 780. ἔθραυσε δ'] Metaphora a curuli certamine. Conf. Soph. El. 729. 745. Κελαινόν, Hermanno auctore, ad scelera spectare videtur, quibus se homines potentes adspirante fortunae aura obstringere solent. Conf. Aesch. Ag. 390 κακοῦ δὲ χαλκοῦ τρόπον τρίβῳ τε καὶ προσβολαῖς μελαμπαγὴς πέλει, 776 τὰ χρυσόπαστα δ' ἕδεθλα σὺν πίνῳ χερῶν. Lobeck. ad Soph. Ai. 955 p. 411 ed. sec.

V. 781—814. In altera stropha poeta his metris usus esse videtur:

```
     ––   –́⏑⏑  –⏑   –
     ––   –́⏑⏑  –⏑   –
     ⏑⏑⏑  –́⏑⏑  ⌴    –
     ––   –́–   –⏑⏑  –
     ––   –́⏑⏑  –⏑   –
     –́⏑⏑  ⌴    –⏑⏑  ⌴
     –́⏑⏑  ––
   – –́⏑  –⏑⏑  ––
     –⏑   –́⏑⏑  ⌴    –
     –⏓   –́⏓   –⏑⏑  –
   – –́⏑⏑  –⏑   ⌴    –́⏑ ⏓
(= – –́–   –⏑⏑  ⌴    –́⏑ ⏓  v. 808,
     –⏓   –́⏓   –⏑⏑  –      dactylo
   ⏓ –́⏑   ⏓⏓⏑  ⌴    –      trans-
   – –́⏑⏑  ⏓⏓⏑  ⌴    –      posito).
   ⏓ –⏑   –́⏑⏑  ⌴    –
   ⏑ –⏑   –́⏑⏑  ⌴    –
   ⏓ –́⏑⏑  ––
```

V. 781. In Alcest. 1155 iubet Admetus χοροὺς ἐπ' ἐσθλαῖς συμφοραῖσιν ἱστάναι, Βωμούς τε κνισᾶν βουθύτοισι προστροπαῖς. Antiochus, Syriae rex, comperto vivere fratrem, quem perisse crediderat, τοῖς τε θεοῖς ἔθυσε προελθών, καὶ ταῖς πόλεσιν, ὧν ἦρχε, θύειν καὶ στεφανηφορεῖν ἐπήγγειλεν: Plutarch. Tom. X p. 61 Hutt. [T. II p. 184 A]. Idem vit. Marcell. 23 καὶ νόμον ἔθεντο τοιοῦτον, ὁπόταν ἐπιβῇ Σικελίας Μάρκελλος ἢ τῶν ἐκγόνων τις αὐτοῦ, στεφανηφορεῖν Συρακουσίους καὶ θύειν τοῖς θεοῖς. Arat. 34 πᾶσαν δ' Ἀθηναῖοι κουφότητα κολακείας τῆς πρὸς τοὺς Μακεδόνας ὑπερβαλόντες ἐστεφανηφόρησαν, ὅτε πρῶτον ἠγγέλθη τεθνηκώς. Cic. Tusc. I 35, 86 *Pompeio, nostro familiari, cum graviter aegrotasset Neapoli, melius est factum; coronati fuerunt Neapolitani.* Senes autem Thebani, tanquam Herculis reditum poenamque Lyci dis hominibusque gratam esse oporteat, fluvios fontesque populares (numina puta, quae illis praesunt) atque ipsam adeo urbem vicinosque montes, Parnassum et Heliconem, in gaudii societatem vocant, ornarique sertis iubent, quaeque alia homines dis grates agentes facere solent, imitari. Pertinent haec ad altiorem sonum carminis, de quo supra diximus.

V. 785. De adverbiali usu praep. σύν cfr. Krueg. II § 68, 2, 2. — Asopi filias viginti tradiderunt mythographi, teste Apollodoro III 12, 6. — Mox

ἀναχορεύσατ' ἀγυιαί,
Δίρκα θ' ἁ καλλιρρέεθρος,
σύν τ' Ἀσωπιάδες κόραι,
πατρὸς ὕδωρ βᾶτε λιποῦ-
σαι συναοιδοὶ
νύμφαι τὸν Ἡρακλέους
καλλίνικον ἀγῶν'· ὦ
Πυθίου δενδρῶτι πέτρα,
Μουσῶν θ' Ἑλικωνίδων δώματα,
κλῄζετ' εὐγαθεῖ κελάδῳ
ἐμὰν πόλιν, ἐμὰ τείχη,
Σπαρτῶν ἵνα γένος ἐφάνθη,
χαλκασπίδων λόχος, ὃς γᾶν
τέκνων τέκνοις μεταμείβει,
Θήβαις ἱερὸν φῶς.

(ἀντ. β')

ὦ λέκτρων δύο συγγενεῖς
εὐναί, θνατογενοῦς τε καὶ
Διός, ὃς ἦλθεν ἐς εὐνὰς
Νύμφας τᾶς Περσηΐδος· ὡς
πιστόν μοι τὸ παλαιὸν ἤ-
δη λέχος, ὦ Ζεῦ, τὸ σὸν οὐκ

dubitatur utrum haec iungenda sint βᾶτε τὸν Ἡρ. κ. ἀγῶνα, an συναοιδοὶ τὸν ἀγῶνα, quasi συναεισόμεναι, quoniam poetae eundem casum adiectivo quem verbo adiciunt; vid. intpp. ad Soph. Ant. 788. Dicendum vero videtur, coniuncta βᾶτε συναοιδοὶ accipere notionem συναείδετε.

V. 791 ut respondeat examussim v. antistrophico 808, efficit Nauckius haec mutando: καὶ Μουσῶν δῶμ' Ἑλικωνιάδων = Πλούτωνος δῶμα λιπὼν ἐνέρων, quae parum probabilia sunt.

V. 792. κλῄζετ' ex Hartungi coniectura scripsimus pro ἥξετ'. Fixius proponit ἀχεῖτ'.

V. 798. 'O torus duplex, cognatam habens progeniem mortalis vivi et Iovis, qui venit in amplexus puellae Perseo avo genitae'. λέκτρων εὐναὶ nota forma loquendi, ut Alc. 925 λέκτρων κοίτας, ubi vide annot. Συγγενεῖς vulgo intelleguntur, qui ortum habent communem; nunc εὐνὰς συγγενεῖς dixit ob communes liberos Amphitryonis et Iovis.

V. 801. ὡς est 'nam'. Rationem interponit ipsius exordii, quo consociatum inter deum hominemque conubium appellaverat. Sic infra v. 1113 ὦ τέκνον, εἶ γὰρ καὶ κακῶς πράσσων ἐμός. Hipp. 88. Hecub. 1114. Bacch. 521. El. 493. Rhes. 608. Herodot. I 30. V 19. IX 17. Xenoph. Cyrop. V 1, 24.

ἐλπίδι φάνθη,
λαμπρὰν δ᾽ ἔδειξ᾽ ὁ χρόνος
τὰν Ἡρακλέος ἀλκάν·
ὃς γᾶς ἐξέβα θαλάμων,
Πλούτωνος δῶμα λιπὼν νέρτερον.
κρείσσων μοι τύραννος ἔφυς
ἢ δυσγένει᾽ ἀνάκτων,
ἃ νῦν ἐσορῶντι φαίνει
ξιφηφόρων ἐς ἀγώνων
ἅμιλλαν, εἰ τὸ δίκαιον
θεοῖς ἔτ᾽ ἀρέσκει.

ΧΟ. ἔα ἔα.
ἆρ᾽ ἐς τὸν αὐτὸν πίτυλον ἥκομεν φόβου,
γέροντες, οἷον φάσμ᾽ ὑπὲρ δόμων ὁρῶ;
ΗΜΙΧΟ. α΄ φυγῇ, φυγῇ
νωθὲς πέδαιρε κῶλον, ἐκποδὼν ἔλα.

V. 804. *οὐκ ἐλπίδι φάνθη*] Sensus est: 'Iam enim exploratum mihi est a te genitum olim esse Herculem, quod non speratis, sed manifestis rebus apparuit'. Fortasse poeta scripsit: *ὡς πιστὸν . . τὸ σόν· εὔελπι δ᾽ ἐφάνθη*.

V. 805. Alex. fr. 61 *χρόνος δὲ δείξει σ᾽* —. Soph. Oed. T. 614 *χρόνος δίκαιον ἄνδρα δείκνυσιν μόνος*. Est enim sollemne in ista sententia verbum *δεικνύναι*. Vide Valck. ad Hippol. 428. — *λαμπράν*. Vide ann. ad v. 641.

V. 809. Sensus est: Malo ego te regem ista origine cretum quam ignobilem hunc, qui nunc imperitat. — *ἀνάκτων* in plurali, ut v. 1156 *ξένων*, v. 567 *καινῶν τυράννων*.

V. 811. Coniungenda: *ἢ νῦν ἐσορῶντι ἐς ἅμιλλαν ξιφηφόρων ἀγώνων φαίνει, εἰ . . ἀρέσκει* i. e. 'quae quem eventum habuerit huius certamini si quis *respicit, ei cog*noscere licet, num etiamnunc dis honesta et iusta placeant' sive 'cuius caede intellegitur divinam esse curam iuris et iniuriae'.

V. 815. Iris cum Furore, monstro horrendo, per machinam conspicitur. — *ΧΟ.* significat coryphaeum.

V. 816. *πίτυλον φόβου*] Infra v. 1187 *μαινομένῳ πιτύλῳ*. Iph. Taur. 307 *μανίας πίτυλον*. Metaphora eadem, qua Aesch. Suppl. 541 *οἴστρῳ ἐρεσσομένα*. Conf. ad Alc. 798. Proxima, *οἷον φάσμ᾽ — ὁρῶ*, causam suspicionis declarant. Sic Hom. Odyss. ρ 479 *μή σε νέοι διὰ δῶμα ἐρύσσωσ᾽, οἷ᾽ ἀγορεύεις*. Vide ad Alc. 948.

V. 818. *φυγῇ . . πέδαιρε κῶλον*] Cfr. Soph. O. R. 468 *φυγᾷ πόδα νωμᾶν*. Aeolica forma *πεδαίρειν* apud Euripidem comparet infra v. 872 in concitatioribus tetrametris, Phoen. 1027, Rhes. 372 in melicis; *πεδάρσιος, πεδάορος, πεδαίχμιος, πέδοικος* Aeschylus habet, etiam in trimetris.

ΗΜΙΧΟ. β' ὦναξ Παιάν,
ἀπότροπος γένοιό μοι πημάτων.

ΙΡΙΣ.

θαρσεῖτε, Νυκτὸς τήνδ' ὁρῶντες ἔκγονον
Λύσσαν, γέροντες, κἀμὲ τὴν θεῶν λάτριν,
Ἶριν· πόλει γὰρ οὐδὲν ἥκομεν βλάβος,
ἑνὸς δ' ἐπ' ἀνδρὸς δώματα στρατεύομεν,
ὃν φασιν εἶναι Ζηνὸς Ἀλκμήνης τ' ἄπο.
πρὶν μὲν γὰρ ἄθλους ἐκτελευτῆσαι πικρούς,
τὸ χρή νιν ἐξέσῳζεν, οὐδ' εἴα πατὴρ
Ζεύς νιν κακῶς δρᾶν οὔτ' ἔμ' οὔθ' Ἥραν ποτέ.
ἐπεὶ δὲ μόχθους διεπέρασ' Εὐρυσθέως,
Ἥρα προσάψαι κοινὸν αἷμ' αὐτῷ θέλει,
παῖδας κατακτείναντι, συνθέλω δ' ἐγώ.
ἀλλ' εἶ', ἄτεγκτον συλλαβοῦσα καρδίαν,
Νυκτὸς κελαινῆς ἀνυμέναιε παρθένε,
μανίας ἐπ' ἀνδρὶ τῷδε καὶ παιδοκτόνους
φρενῶν ταραγμοὺς καὶ ποδῶν σκιρτήματα
ἔλαυνε, κίνει, φόνιον ἐξίει κάλων,
ὡς ἂν πορεύσας δι' Ἀχερούσιον πόρον
τὸν καλλίπαιδα στέφανον αὐθέντῃ φόνῳ
γνῷ μὲν τὸν Ἥρας οἷός ἐστ' αὐτῷ χόλος,

V. 821. Dochmii perturbationi animorum conveniunt.

V. 828. τὸ χρή] De hoc nomine vid. ad Hec. 260 ed. tert.

V. 830. διεπέρασ'] Ab eadem similitudine, qua v. 1088 dicitur κακῶν πέλαγος. Hipp. 470 ἐκνεῦσαι. 822 κακῶν δ', ὦ τάλας, πέλαγος εἰσορῶ Τοσοῦτον ὥστε μήποτ' ἐκνεῦσαι πάλιν Μηδ' ἐκπερᾶσαι κῦμα τῆσδε συμφορᾶς. Aesch. Choeph. 270 κίνδυνον περᾶν.

V. 831. κοινὸν αἷμα] Cfr. Aesch. Cho. 1038 φεύγων τόδ' αἷμα κοινόν, matris scilicet. Cfr. infra 1076 αἷμα σύγγονον ἕξει.

V. 833. συλλαβοῦσα] fortius quam λαβοῦσα, Soph. Phil. 576 ἀλλ' ὅσον τάχος Ἔκπλει σεαυτὸν ξυλλαβὼν ἐκ τῆσδε γῆς.

V. 837. φόνιον ἐξίει κάλων] Vide ann. ad Med. 278.

V. 840. Constructio sic procedere debebat: τὸν Ἥρας, οἷός ἐστ' αὐτῷ, χόλον: sed eo loco collocatum erat χόλος, ut velut sua sponte pronominis casum sequeretur. Similia collegit Porsonus ad Hecub. 1038. Adde Eurip. Phaeth. fr. 775, 18 τοὺς σοὺς ἐλέγξω, μῆτερ, εἰ ψευδεῖς λόγοι. fr. 1039 ὁρᾷς τὸν εὐτράπεζον ὡς ἡδὺς βίος. Archimelus ep. I 5 [Anth. Pal. Append. T. II p. 758, 15] ἤ τινι νάσων, ἃς Αἰγαῖον ὕδωρ κυκλάδας ἐνδέχεται. Sic etiam Horatius Epod.

μάθῃ δὲ τὸν ἐμόν· ἢ θεοὶ μὲν οὐδαμοῦ,
τὰ θνητὰ δ' ἔσται μεγάλα, μὴ δόντος δίκην.

ΛΥΣΣΑ.

ἐξ εὐγενοῦς μὲν πατρὸς ἔκ τε μητέρος
πέφυκα, Νυκτὸς Οὐρανοῦ τ' ἀφ' αἵματος·
τιμὰς δ' ἔχω τάσδ', οὐκ ἀγασθῆναι φίλοις,
οὐδ' ἥδομαι φοιτῶσ' ἐπ' ἀνθρώπων φίλους·
παραινέσαι δέ, πρὶν σφαλεῖσαν εἰσιδεῖν,
Ἥρᾳ θέλω σοί τ', ἢν πίθησθ' ἐμοῖς λόγοις.
ἀνὴρ ὅδ' οὐκ ἄσημος οὔτ' ἐπὶ χθονὶ
οὔτ' ἐν θεοῖσιν, οὗ σύ μ' εἰσπέμπεις δόμους·
ἄβατον δὲ χώραν καὶ θάλασσαν ἀγρίαν
ἐξημερώσας, θεῶν ἀνέστησεν μόνος
τιμὰς πιτνούσας ἀνοσίων ἀνδρῶν ὕπο·
ὥστ' οὐ παραινῶ μεγάλα βούλεσθαι κακά.

ΙΡ. *μὴ σὺ νουθέτει τά θ' Ἥρας κἀμὰ μηχανήματα.*
ΛΥΣ. *ἐς τὸ λῷον ἐμβιβάζω σ' ἴχνος ἀντὶ τοῦ κακοῦ.*
ΙΡ. *οὐχὶ σωφρονεῖν γ' ἔπεμψε δεῦρό σ' ἡ Διὸς δάμαρ.*
ΛΥΣ. *Ἥλιον μαρτυρόμεσθα δρῶσ' ἃ δρᾶν οὐ βούλομαι.*
εἰ δὲ δή μ' Ἥρᾳ θ' ὑπουργεῖν σοί τ' ἀναγκαίως ἔχει, 859
εἰμί γ'· οὔτε πόντος οὕτω κύμασι στένων λάβρος, 861

II 37 *Quis non malarum, quas amor curas habet, Haec inter obliviscitur?* Ovid. Fast. IV 145 *Discite nunc, quare Fortunae tura viritim Detis eo, calida qui locus humet aqua.* Tacit. Ann. IV 56 *transcendere ad ea, quis maxime fidebant in populum Romanum officiis.*

V. 842. *δόντος* scil. *αὐτοῦ.* Vide Krueg. I § 47, 4, 3.

V. 845. Recte haec interpretatur Hermannus; hoc munus, de quo Iris dixit, habeo non invidendum amicis. Infinitivum *ἀγασθῆναι* sic posuit quasi dixisset *οὐκ ἀξίας ἀγασθῆναι.* Sic Aeschylus Pers. 245 *δεινά τοι λέγεις, ἰόντων τοῖς τεκοῦσι φροντίσαι.* Pertinet autem infinitivus ad pronomen *τάσδε*, cui facile subicimus notionem *τοίας.* Cfr. Krueg. II § 55, 3, 6 et 7. De vocabulo *τιμή* munus significante explicavit Valcken. ad Hippol. 107. Seidler ad El. 988.

V. 846. *φίλους* ineptum et ex clausula versus proximi repetitum est. Secundum v. 825 scribendum *ἐπ' ἀνθρώπων δόμους*, quod coniecit Heimsoethius. Kirchhoffio *πόλεις* in mentem venit.

V. 854. Bene Camperus ad El. p. 369 *βουλεῦσαι.*

V. 858. *μαρτυρόμεσθα δρῶσα*] Eadem syntaxi v. 1206 *ἱκετεύομεν — προσπίτνων.* Vide ad Helen. 800. Krueg. I § 61, 2, 1 et II § 58, 3, 2.

V. 861. Ordo: *οὔτε πόντος κύμασι στένων οὕτω λάβρος ἐστίν.* De voc. *στένειν* conf. Iacobs. ad Anth. Gr. Vol. III P. II p. 210.

οὔτε γῆς σεισμὸς κεραυνοῦ τ' οἶστρος ὠδῖνας πνέων,
οἷ' ἐγὼ στάδια δραμοῦμαι στέρνον εἰς Ἡρακλέους,
καὶ καταρρήξω μέλαθρα καὶ δόμους ἐπεμβαλῶ,
τέκν' ἀποκτείνασα πρῶτον· ὁ δὲ κανὼν οὐκ εἴσεται
παῖδας οὓς ἔτικτ' ἐναίρων, πρὶν ἂν ἐμῆς λύσσης ὑφῇ.
ἣν ἰδοὺ καὶ δὴ τινάσσει κρᾶτα βαλβίδων ἄπο
καὶ διαστρόφους ἑλίσσει σῖγα γοργωποὺς κόρας.
ἀμπνοὰς δ' οὐ σωφρονίζει, ταῦρος ὣς ἐς ἐμβολήν,
δεινὰ μυκᾶται δὲ Κῆρας ἀνακαλῶν τὰς Ταρτάρου.
τάχα σ' ἐγὼ μᾶλλον χορεύσω καὶ καταυλήσω φόβῳ 871
τάχος ἐπιρροίβδην θ' ὁμαρτεῖν, ὡς κυνηγέτῃ κύνας, 860
στεῖχ' ἐς Οὔλυμπον πεδαίρουσ', Ἶρι, γενναῖον πόδα· 872
ἐς δόμους δ' ἡμεῖς ἄφαντοι δυσόμεσθ' Ἡρακλέους.

V. 866. *ἐμῆς λύσσης ὑφῇ* Hermannus scripsit pro *ἐμὰς λύσσας ἀφῇ* cl. Herod. I 156 *ὑπεὶς τῆς ὀργῆς*.

V. 867. *ἣν ἰδοὺ καὶ δὴ τινάσσει*] Aristoph. Pac. 327 *ἣν ἰδοὺ καὶ δὴ πέπαυμαι*. Conf. Herm. ad Vig. p. 829.

V. 869. *ἀμπνοὰς δ' οὐ σωφρονίζει*] Elumbe dicendi genus et eis quae similitudinis causa adiciuntur *ταῦρος ὣς ἐς ἐμβολήν* minime consentaneum. Scribendum *ἀμπνοαῖσι δὲ σφαδάζει*. Hoc verbum habet Euripides fr. 1009 *ὃ δ' ἐσφάδαζεν οὐκ ἔχων ἀπαλλαγάς*.

V. 870. *δεινὰ μυκᾶται δέ*] Notanda *δὲ* particula tertio loco posita, ut Androm. 617. Iph. T. 42. 1392 et alibi.

V. 871. Cum parum aptum sit *σέ*, Kirchhoffius coniecit *τάχα δ' ἐγώ*. Atque quod in initio versus proximi iam in suum locum restituti positum est *τάχος*, de quo Musgrav. confert Rhes. 986 *ὁπλίζεσθαι τάχος*. Eveni Ep. XIII 5 [Anth. Pal. IX 122] *οὐχὶ τάχος ῥίψεις*; id ab illo *τάχα σ'* repetendum videtur, ut poeta scripsisse putandus sit: *τάχα δ' ἐγὼ . . φόβῳ* ⟨*Τόνδ'*⟩ *ἐπιρροίβδην ὁμαρτεῖν*. — *χορεύσω* active, ut supra v. 686. Confer etiam Aesch. Choeph. 167 *ὀρχεῖται δὲ καρδία φόβῳ*. Callim. h. Del. 139 *φόβῳ δ' ὠρχήσατο πᾶσα Θεσσαλίη*. — *καταυλήσω*. Metaphora, ut opinor, a *κορυβαντιῶσι*. Vide Platonis Criton. p. 54 D. Sympos. p. 215 C. De voc. *καταυλεῖν* Musgravius comparat Athen. XII p. 527 F *καταυλουμένους πρὸς χελωνίδος πολυκρότου ψόφον*. Adde Plutarch. Tom. XII p. 106 Hutt. [T. II p. 785 E] *οὕτω τὸν πολιτικὸν — εὐωχήσομεν ἀεὶ καταψαλλόμενον καὶ καταυλούμενον*. Alciphr. Epist. II 1 p. 260 *σὺ διὰ νυκτὸς ὅλης αὐτὸν καταυλεῖς*; III 17 p. 62 *πάννυχος καταυλούμενος*: unde III 24 p. 82 scribendum: *καὶ καταψάλλεται καὶ καταυλεῖται* pro vulgato *ψάλλεται*. Lucian. vol. VII p. 71 Bip. *περιήει γὰρ ἕωθεν ὁ ἄθλιος — διὰ τῆς ἀγορᾶς μέσης καταυλούμενος*. Usum verbi *καταυλεῖν* illustravit Fr. Iacobs. ad Ael. n. a. XII 44 p. 436 sq. — Proximo versu *ὡς κυνηγέτῃ κύνας* per attractionem dixit pro *ὡς κυνηγέτῃ κύνες*, scil. *ὁμαρτοῦσι* ut supra v. 577. Vide ad Heracl. 759.

(στρ. α)

ΗΜΙΧΟ. α' ὀτοτοτοῖ, στέναξον· ἀποκείρεται
σὸν ἄνθος πολιόν, ὁ Διὸς ἔκγονος,
μέλεος Ἑλλάς, ἃ τὸν εὐεργέταν
ἀποβαλεῖς, ὀλεῖς μανιάσιν λύσσαις
χορευθέντ' ἀναύλοις.

(μεσῳδ.)

ΧΟ. βέβακεν ἐν δίφροισιν ἁ πολύστονος,
ἅρμασι δ' ἐνδίδωσι κέντρον
ὡς ἐπὶ λώβᾳ
Νυκτὸς Γοργὼν ἑκατογκεφάλοις

V. 875—921. Herculem conservari non magis ipsius quam vel civium eius vel universae Graeciae intererat. Est autem is demum verus dolor ac vehemens, cum, a quo et acceperis beneficia et plura exspectes, eum periturum videas. Quare sapienter hoc a poeta institutum est, quod suum praecipue suorumque damnum cogitantes fecit. Ac postquam Lyssa, id quod se facturam dixerat, domum intravit ac prope iam praesens imminebat exitium, cum ipso Iove quodammodo queruntur, qui filium ipse suum tueri atque ab ista peste defendere neglegat. Tum exauditis intus Amphitruonis clamoribus calamitatem iam praesentem indicantibus domum, liberos, avum et matrem liberorum commiserantur quassatasque aedes ruere videntes perhorrescunt. Denique unus e servis prorumpit, miserabili clamore, quae intus acta sint significans magis quam renuntians, donec choro instante ac sciscitante rem omnem a principio enarrare aggreditur. — Sunt qui singulas partes semichoriis, sunt qui singulis choreutis adsignent. Neutrum recte, ut videtur. Nam antistrophicae partes semichoriis vel potius, ut dochmiacae, ducibus semichoriorum, *ἀνομοιόστροφα* coryphaeo (*ΧΟ.*) tribuenda sunt.

V. 875. *ἀποκείρεται*] Aesch. Pers. 920 *κόσμον τ' ἀνδρῶν, οὓς νῦν δαίμων ἐπέκειρε.* Dionys. A. R. IX 23 *σφόδρα γὰρ ἐπένθησεν ἡ Ῥωμαίων πόλις, ἀνδρῶν τοιούτων καὶ τοσούτων ἀρετὰς ἀποκειραμένη.* Epigramma apud Pausan. IX 15, 4 *Ἡμετέραις βουλαῖς Σπάρτη μὲν ἐκείρατο δόξαν*, eleganter expressum a Cicerone Tusc. V 17 *consiliis nostris laus est attonsa Laconum.* Conf. Wernsd. ad Himer. p. 776 seq. Lobeck. ad Phryn. p. 319. v. Bergler. ad Alciphr. T. I p. 136 Wagn. — *πολιόν, ἀρχαῖον*, cfr. El. 701 *ἐν πολιαῖσι φάμαις*, Aesch. Suppl. 673 *πολιῷ νόμῳ.*

V. 878. *μανιάσιν λύσσαις:* cfr. Or. 326 *λύσσας μανιάδος*, 270 *μανιάσιν λυσσήμασιν.* — *ἀναύλοις:* Matthiaeus comparat Phoen. 791, quo loco *κῶμον ἀναυλότατον* Mars dicitur *προχορεύειν.*

V. 881. *ἅρμασι*] 'equis', ut Phaeth. fr. 779 *πτεροφόρων ὀχημάτων.* Rhes. 621. Hipp. 1355. Ion. 1151. — *ὡς ἐπὶ λώβᾳ.* Vide ad Hecub. 647. — De particula *ὡς* adiecta, qua consilium magis fit apertum, vide Krueg. I § 69, 63, 4.

V. 883. '*Νυκτὸς Γοργὼν* vocatur Lyssa, propter serpentes,

ὄφεων ἰαχήμασι, Λύσσα μαρμαρωπός.

(ἀντιστρ. α)

ΗΜΙΧΟ. β′ ταχὺ τὸν εὐτυχῆ μετέβαλεν δαίμων, 885
ταχὺ δὲ πρὸς πατρὸς τέκν᾽ ἐκπνεύσεται. 886
ἰὼ Ζεῦ, τὸ σὸν γένος ἄγονον αὐτίκα 888
λυσσάδες ὠμοβρῶτες ἄδικοι δίκαι
κακοῖς ἐκπετάσουσιν. 889

ΑΜΦ. ἰώ μοι μέλεος. 887

(στρ. β.)

ΗΜΙΧΟ. α′ ἰὼ στέγαι, 890
κατάρχεται χορεύματ᾽ ἄτερ τυπάνων
οὐ βρομίῳ κεχαρισμένα θύρσῳ·

quibus cinctum eius caput est, ut Medusae.' BOTHIVS.

V. 884. Pro *ἰαχήμασι* scribendum esset *ἀχήμασι* ut Iph. A. 1045, nisi omnino id verbum de stridore serpentium parum aptum videretur. Fortasse poeta scripsit *ἑκατὸν κεφαλαῖς* (ita habet codex) *ὄφεων λιχμήρεσι Λύσσα μαρμαρωπός.*

V. 888. 'O Iuppiter, tuam prolem prole carituram statim insanientes et in caedem erupturae sine crimine poenae malis exagitabunt'. *Το σὸν γένος*, Herculem: ut Cycl. 104 *Σισύφου γένος* Ulixem. Quod addidit *ἄγονον*, quaesitam habet etiam ex soni similitudine elegantiam: quo de genere Lobeckius in Paralip. I p. 230. [Videtur potius *γένος* ad nepotes Iovis i. e. liberos Herculis (cfr. Med. 1255), *ἄγονον* ad interitum liberorum referendum esse]. Verbis *λυσσάδες ὠμοβρῶτες ἄδικοι δίκαι* circumloquitur insaniam: quae cum poenae et vindictae nomine ab Iunone immissa sit, habes rationem, cur non *λύσσαν* simpliciter, sed *λυσσάδας δίκας* appellaverit. Sed ista quidem immerenti poena imposita est: hinc *ἄδικοι δίκαι*. *Ὠμοβρῶτες* denique, quae caede absumpturae sunt liberos Herculis. Cfr. Bacch. 338 *ὠμόσιτοι σκύλακες* (Actaeonis). Troad. 436 *ὠμοβρὼς Κύκλωψ*. Aesch. Sept. 541 *Σφίγγ᾽ ὠμόσιτον.* Ceterum *ἄδικοι δίκαι* ex Hartungi coniectura scriptum est pro *ἀποινόδικοι δίκαι*. Propius abest a lectione codicis *ἀπόδικοι δίκαι*, quale est Orest. 163 *ἀπόφονος φόνος*, Aesch. Cho. 600 *ἀπέρωτος ἔρως* (cfr. Musgrav. ad Soph. Oed. R. 216. Blomf. gloss. ad Aesch. Ag. 1383). Hoc si recipiendum videatur, scribendum sit, ut monet Dindorfius, *ὠμοβρὼν* sensu passivo.

V. 889. Verbum *ἐκπετάσουσιν* recte putat Dindorfius ex glossemate illatum pro alio verbo cuius mensura cum iambo *κακοῖς* duos bacchios effecerit. Scripsisse videtur poeta *κακοῖς ἐκτενοῦσιν*. Cfr. Med. 585 *ἓν γὰρ ἐκτενεῖ σ᾽ ἔπος*, ubi schol. adnotat: *καταβαλεῖ σε, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν πιπτόντων καὶ ἐκτεινομένων εἰς τὸ ἔδαφος ἀθλητῶν ὑπὸ τῶν ἀντιπάλων.*

V. 891. *χορεύματ᾽ ἄτερ τυπάνων*] Iactationem dicit hominis lymphatici et furore, non laetitia exsultantis. Est igitur genus dicendi, ut v. 879 *λύσσαι ἄναυλοι*. Phoen. 1028 *ἄλυρον μοῦσαν.*

(ἀντιστρ. β)

ΗΜΙΧΟ. β′ ἰὼ δόμοι,
πρὸς αἵματ᾽, οὐχὶ τᾶς Διονυσιάδος
τᾶς βοτρύων ἐπὶ χεύμασι λοιβᾶς.

(στρ. γ)

ΑΜΦ. φυγῇ, τέκν᾽, ἐξορμᾶτε. *ΗΜΙΧΟ. α′* δάϊον τόδε
δάϊον μέλος ἐπαυλεῖται.

(στρ. δ)

ΗΜΙΧΟ. β′ κυναγετεῖ τέκνων τέκνων διωγμόν.
οὔποτ᾽ ἄκραντα δόμοισι Λύσσα βακχεύσει.
ΑΜΦ. αἰαῖ κακῶν.

(μεσῳδ.)

ΧΟ. αἰαῖ δῆτα τὸν γεραιὸν ὡς στένω
πατέρα τάν τε παιδοτρόφον, ἃ μάταν
τέκεα γεννᾶται.
ἰδοὺ ἰδού,
θύελλα σείει δῶμα, συμπίπτει στέγη·
ἢ ἤ τί δρᾷς, ὦ Διὸς παῖ;

(ἀντιστρ. δ)

ΗΜΙΧΟ. α′ μελάθρων τάραγμα ταρτάρειον, ὡς ἐπ᾽
Ἐγκελάδῳ ποτὲ Παλλάς, εἰς δόμους πέμπεις.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

(στρ. ε)

ὦ λευκὰ γήρᾳ σώματ᾽,
ΗΜΙΧΟ. β′ ἀνακαλεῖς τίνα βοάν;

(ἀντιστρ. ε)

ΑΓΓ. ἄλαστα τἀν δόμοισι.
ΗΜΙΧΟ. α′ μάντιν οὐχ ἕτερον ἄξομαι.
ΑΓΓ. τεθνᾶσι παῖδες· *ΧΟ.* αἰαῖ·

V. 897. *ἐπαυλεῖται*] i. e. accinitur *χορεύμασιν ἄτερ τυπάνων* ut tibicen sacris succinit choreis.

V. 896. Cfr. v. 750.

V. 899. *ἄκραντα*] frustra. Bacch. 435 *οὐδ᾽ ἄκρανθ᾽ ὡρμήσαμεν.* Conf. annot. ad v. 61 et Lobeck. ad Aiac. 197.

V. 900. *αἰαῖ δῆτα*] Sic geminatis vocibus subici solet. Troad. 1230 *οἴμοι μοι. Χ. οἴμοι δῆτα.* *Phoen.* 161 *ὁρᾷς. Α. ὁρῶ δῆτ᾽, οὐ σαφῶς, ὁρῶ δέ πως.* El. 676. Soph. O. R. 444. Phil. 759. Arist. Pac. 977. Ceterum *γεραιὸν* h. l. mediam brevem habet. Vide ad Hecub. 64.

V. 905. Quid rei sit, intellegitur ex v. 999.

V. 910. *ἀνακαλεῖς τίνα με βοάν*;] Cfr. Krueg. II § 46, 12, 1.

V. 912. *μάντιν οὐχ ἕτερον ἄξομαι*] Non opus habeo vate, neque arcessam, ut dirum quid-

(ἀντιστρ. γ)

ΑΓΓ. στενάζεθ', ὡς στενακτά· *ΗΜΙΧΟ. β'* δάϊοι φόνοι,
δάϊοι δὲ τοκέων χεῖρες.
ΑΓΓ. οὐκ ἄν τις εἴποι μᾶλλον ἢ πεπόνθαμεν.
ΧΟ. πῶς παισὶ στενακτὰν ἄταν ἄταν
πατέρος ἀμφαίνεις;
λέγε, λέγε τίνα τρόπον ἔσυτο θεόθεν ἐπὶ
μέλαθρα κακὰ τάδε
τλήμονές τε παίδων τύχαι.
ΑΓΓ. ἱερὰ μὲν ἦν πάροιθεν ἐσχάρας Διὸς
καθάρσι' οἴκων, γῆς ἄνακτ' ἐπεὶ κτανὼν

dam atque inexpiabile intus accidisse edocear. Sic Rhes. 952 *ἤδη τάδ'· οὐδὲν μάντεων ἔδει φράσαι.* Vocabulum ἕτερος patet hic eadem ratione usurpatum, qua *ἄλλος* in Soph. Oed. R. 6 *ἀγὼ δικαιῶν μὴ παρ' ἀγγέλων ἄλλων ἀκούειν αὐτὸς ὧδ' ἐλήλυθα.* Phil. 38 *καὶ ταῦτά γ' ἄλλα θάλπεται ῥάκη*, ubi vide Wunderum.

V. 917. *πῶς — ἀμφαίνεις*] id est, *πῶς συνέβη παισὶ στενακτὴ ἄτη, ἣν ἀναφαίνεις*; Simili brevitate dixit Aesch. Agam. 1312 *οὐ Σύριον ἀγλάϊσμα δώμασιν λέγεις.* Pers. 300 *ἐμοῖς μὲν εἶπας δώμασιν φάος μέγα.* Soph. Ai. 1144 *ὦ φθέγμ' ἂν οὐκ ἂν εὕρες.* Eurip. Ion. 382 *ἓν δ' ἂν εὐτυχὲς Μόλις ποτ' ἐξεύροι τις ἀνθρώπων βίῳ.* Manilius Astron. IV 934 *ne dubites homini divinos credere visus.* Verg. Aen. X 565 *Aegaeon qualis, centum cui brachia dicunt.*

V. 922. *πάροιθεν ἐσχάρας*] id est, *βωμοῦ.* Memorant hunc versum ob eam ipsam significationem Schol. Ven. ad Hom. Il. *κ* 418. Eustath. p. 815, 11. Etym. M. p. 384, 13. Cfr. Heracl. 121. Alii *ἐσχάραν* et *βωμὸν* distinguunt, neque tamen una eademque ratione. Vide Ammonium de diff. vocab. p. 34 sq. Lips. coll. Valckenarii Animadv. I 11. Vales. ad Harpocr. T. II p. 468 ed. Lips. Bergler. ad Alciphr. T. I p. 309 ed. Wagn. Similiter Latini aliquid discriminis inter aras, focos, mundos intercedere statuunt. Vide Servium ad Verg. Aen. III 134.

Ibid. *Διός*] Hercei, opinor: *ᾧ βωμοὶ ἐντὸς ἕρκους ἐν τῇ αὐλῇ ἵδρυνται.* Harpocrat. p. 75 L. cfr. Hesych. in *Ἑρκείου Διός.* Bekk. Anecd. I p. 256, 21. Herodot. VI 67 et 68. Eurip. Troad. 17, 483. Verg. Aen. II 512. Philochorus apud Dionys. de Dinarcho c. 3. Eustathius ad Odyss. p. 1575, 39 *δοκεῖ γὰρ ταὐτὰ εἶναι ἑστία καὶ ἱστία καὶ ἐσχάρα: ἐφ' ὧν ἀραί τε καὶ θυσίαι Διῒ ἑρκείῳ καὶ ἱστιούχῳ ἐγίνοντο.* Planissime autem confirmat, quod de Iovis Hercei ara dicebam, Philostratus Imagg. II 23 p. 848 *ὁ μὲν θάλαμος, ἐφ' ὃν ὥρμηκε, Μεγάραν ἔχει καὶ τὸν παῖδα ἔτι· κανᾶ δὲ καὶ χέρνιβα καὶ οὐλαὶ καὶ σχίζαι καὶ κρατὴρ καὶ τὰ τοῦ Ἑρκίου λελάκτισται πάντα· καὶ ὁ μὲν ταῦρος ἕστηκεν, ἱερεῖα δὲ προσέρριπται τῷ βωμῷ βρέφη ἀγεννῆ καὶ τῇ λεοντῇ.* — Ceterum de ritu expiandae caedis vide Müllerum ad Aeschyli Eumen. p. 146 sq. — De gen. *οἴκων* ex adiectivo *καθάρσια* apto cfr. Aesch. Eum. 63 *δωμάτων καθάρσιος*, Krueg. II § 47, 26, 7.

ἐξέβαλε τῶνδε δωμάτων Ἡρακλέης·
χορὸς δὲ καλλίμορφος εἱστήκει τέκνων,
πατήρ τε Μεγάρα τ᾽· ἐν κύκλῳ δ᾽ ἤδη κανοῦν
εἵλικτο βωμοῦ, φθέγμα δ᾽ ὅσιον εἴχομεν.
μέλλων δὲ δαλὸν χειρὶ δεξιᾷ φέρειν,
εἰς χέρνιβ᾽ ὡς βάψειεν, Ἀλκμήνης τόκος
ἔστη σιωπῇ. καὶ χρονίζοντος πατρὸς
παῖδες προσέσχον ὄμμ᾽· ὃ δ᾽ οὐκέθ᾽ αὑτὸς ἦν,
ἀλλ᾽ ἐν στροφαῖσιν ὀμμάτων ἐφθαρμένος,
ῥίζας τ᾽ ἐν ὄσσοις αἱματῶπας ἐκβαλὼν
ἀφρὸν κατέσταζ᾽ εὐτρίχου γενειάδος.
ἔλεξε δ᾽ ἅμα γέλωτι παραπεπληγμένῳ·
„πάτερ, τί θύω, πρὶν κτανεῖν Εὐρυσθέα,
καθάρσιον πῦρ, καὶ πόνους διπλοῦς ἔχω,

V. 924. ἐξέβαλε] factum hoc ex more veterum. Confer Androm. v. 1157. MUSGR.

V. 926. De canistri circumlatione Musgravius conferri iubet Iph. A. 1565—1569. Aristoph. Pac. 957. In verbis φθέγμα δ᾽ ὅσιον εἴχομεν significatur illa notissima in re divina facienda εὐφημία, quam in publicis sacris praeconis voce indici videmus apud Hom. Il. ι 171. Eurip. Iph. Aul. 1564. Conf. Ion. 98. Bacch. 70.

V. 929. De hoc ritu explicavit Athenaeus lib. IX p. 409 A ἔστι δὲ (χέρνιψ) ὕδωρ, εἰς ὃ ἀπέβαπτον δαλὸν ἐκ τοῦ βωμοῦ λαμβάνοντες, ἐφ᾽ οὗ τὴν θυσίαν ἐπετέλουν, καὶ τούτῳ περιρραίνοντες τοὺς παρόντας ἥγνιζον. Bekk. Anecd. I p. 316, 31 Χέρνιψ: ἄγγος ἐλαίου (ὕδατος ?), εἰς ὃ ἐνέβαπτον τὰς δᾷδας καὶ περιέρραινον τὸν βωμόν. Conf. Casaub. ad Theophr. Char. XVI p. 174 Fisch. — χερνίβ᾽ hic lectum sibi, acuto in penultima syllaba posito, testatur Athenaeus IX p. 409 A et Eustath. p. 1401, 11. Commemorat istam accentus collocationem etiam grammaticus ab Hermanno editus post librum de em. rat. gr. Gr. p. 321 § 14.

V. 932. ἐν στροφαῖσιν ὀμμάτων ἐφθαρμένος] alienatae mentis indicia praebens luminibus vertendis. Bacch. 1166 ἀλλ᾽ εἰσορῶ γὰρ ἐς δόμους ὁρμωμένην Πενθέως Ἀγαύην μητέρ᾽ ἐν διαστρόφοις ὄσσοις. De hoc usu praepositionis ἐν vide quae attulerunt interpp. ad Soph. Phil. 60. Zeunius ad Vig. p. 610. Hemsterh. ad Luciani Dial. mort. XXIII 3 Tom. II p. 523 Bip.

V. 933. Hesychius: ῥίζαι, αἱ θέσεις τοῦ ὀφθαλμοῦ. — Legebatur αἱματωπούς. Emendatum a Porsono ad Med. 1363. Elmsl. in Edinb. review 37 p. 78. Conf. Eustath. ad Il. I p. 768, 37. Lobeck. ad Soph. Ai. 955.

V. 934. ἀφρὸν κατέσταζε γενειάδος] De gen. ex praepositione κατά apto et de significatione verbi καταστάζω 'habeo quod defluat' cfr. Soph. fr. 343 νώτου καταστάζοντα βύσσινον φάρος.

V. 936. τί θύω — καθάρσιον πῦρ] i. e. ἱερὰ καθάρσια. Sic Iph. T. 1331 ὡς ἀπόρρητον φλόγα θύουσα καὶ καθαρμόν.

ἐξὸν μιᾶς μοι χειρὸς εὖ θέσθαι τάδε;
ὅταν δ' ἐνέγκω δεῦρο κρᾶτ' Εὐρυσθέως,
ἐπὶ τοῖσι νῦν θανοῦσιν ἁγνιῶ χέρας.
ἐκχεῖτε πηγάς, ῥίπτετ' ἐκ χειρῶν κανᾶ.
τίς μοι δίδωσι τόξα; τίς δ' ὅπλον χερός;
πρὸς τὰς Μυκήνας εἶμι· λάζυσθαι χρεὼν
μοχλοὺς δικέλλας θ', ὡς τὰ Κυκλώπων βάθρα
φοίνικι κανόνι καὶ τύκοις ἡρμοσμένα

V. 938. *μιᾶς χειρός*] Patet his verbis significari: 'una eademque opera'. Sed Musgravius genetivum pro dativo positum censet, in eamque rem aliquot veterum auctorum locos affert. Hesiodi Op. et D. 479 *εἰ δέ κεν ἠελίοιο τροπῇς ἀρόῃς χθόνα δῖαν, Ἥμενος ἀμήσεις, ὀλίγον περὶ χειρὸς ἐέργων*. Oppian. Hal. I 67 *χειρὸς μὲν εὔπλοκον εἰς ἅλα πέμπεις ὁρμήν*. Aristid. vol. I p. 53 Dind. *ἐπελθόντας γὰρ αὐτῷ τοὺς δράκοντας ἐπὶ τὰ σπάργανα ἀντ' ἄλλης κινήσεως τῆς χειρὸς διεχρήσατο*. Epigr. adesp. in Br. Anal. T. III p. 238 [Anth. Pal. IX 141] *ἐξέθορε κλίνης γὰρ ὁ τολμήεις ὑπὸ λύσσης, καὶ τὸν ἀναίσθητον παντὸς ἔτυψε μέλους*. Sed ego horum exemplorum nullum non aut aliter explicandum aut corruptum iudico. Velut Oppianum patet nihil praeter consuetudinem fecisse, cum dixit *χειρὸς* pro *ἐκ χειρὸς*, quemadmodum Libanius vol. I p. 393 R *τά τε ξίφη τῶν χειρῶν μεθίεσαν*. Conf. Lobeck. ad Soph. Aiac. 372. Aristides autem scripsisse videtur *ἀφ' ἁπαλῆς καὶ νέας τῆς χειρὸς διεχρήσατο*. Minus certum habeo de Hesiodo et de auctore epigrammatis quid dicam. Veteres quidem Hesiodi interpretes a Musgravii sententia longissime absunt, quorum Proclus explicat his verbis: *περὶ ὀλίγον τόπον τῆς χειρὸς συσφίγγων τὰ δράγματα διὰ σμικρότητα*. Tzetzes autem construxisse videtur *περὶ χειρός*: sic enim reddit sententiam: *μικρὸν χειρόβολον τῶν σταχύων περὶ τῇ σῇ χειρὶ κρατῶν*. — Venio nunc ad sententiam A. Matthiae, qui in gramm. Gr. p. 689 sq. Euripideam dictionem similem putat eorum, quae apud Homerum leguntur, *πρῆσαι πυρός, πυρὸς μειλισσέμεν, λούεσθαι ποταμοῖο*. Quae quis non videt esse diversissima? Neque vero Bernhardyus satis distincte hunc locum tractasse videtur in Syntaxi ling. Gr. p. 138, qui illud *μιᾶς χειρὸς* ut rarius, sed tamen generis eiusdem composuit cum his, quae sunt in Cycl. 681 et apud Pind. Nem. VII 139 *ποτέρας τῆς χειρός, ἀμφοτέρας χειρός*. Habet primo adspectu similitudinem quandam, quod scripsit Aristoph. Pac. 1155 *χάμα τῆς αὐτῆς ὁδοῦ Χαρινάδην τις βωσάτω*, et huic similia, quae collegit Casaub. ad Theophr. Char. p. 60 sq. Sed haec quoque magis dilabetur, quo acrius intuebere. Quare vide ne Euripides totum locum sic scripserit: *ἐξὸν μιᾶς ἐκ χειρὸς εὖ θέσθαι τάδε*.

V. 942. *ὅπλον χερός*] clavam.

V. 945. *φοίνικι κανόνι*] 'rubra regula'. Citarunt interpretes Leonidam Tarent. [Anth. Pal. VI 205] Ep. IV 4. Anal. I p. 221 *καὶ μίλτῳ φυρόμενοι κανόνες*, ubi vide Iacobsii Animadv. I 2 p. 61. Schol. Hom. Od. ε 245 *στάθμην, κανόνα, ὑπομεμιλτωμένον σχοινίον ἢ τεκτονικὸν σπάρτον*. Eustath. ad Il. *B* p.

στρεπτῷ σιδήρῳ συντριαινώσω πάλιν.‘
ἐκ τοῦδε βαίνων, ἅρματ᾽ οὐκ ἔχων ἔχειν
ἔφασκε, δίφρου δ᾽ εἰσέβαινεν ἄντυγα,
κἄθεινε, κέντρον δῆθεν ὡς ἔχων χερί.
διπλοῦς δ᾽ ὀπαδοῖς ἦν γέλως φόβος θ᾽ ὁμοῦ.
καί τις τόδ᾽ εἶπεν, ἄλλος εἰς ἄλλον δρακών·
‚παίζει πρὸς ἡμᾶς δεσπότης ἢ μαίνεται;‘
ὃ δ᾽ εἷρπ᾽ ἄνω τε καὶ κάτω κατὰ στέγας,
μέσον δ᾽ ἐς ἀνδρῶν᾽ ἐσπεσὼν Νίσου πόλιν

342, 12 *στάθμην ἥτις, φασίν, ἐστὶ σχοινίον λεπτόν, χριόμενον μίλτῳ ἢ μέλανι, ᾧ συνηγούμενοι* (corrige *σημειούμενοι*) *ἀπορθοῦσι τὰ ξύλα.*

Ibid. *καὶ τύκοις*] Explicat citatus a Musgravio Tzetzes ad Lyc. 349 *τύκος σιδηροῦν ἐργαλεῖον τεκτονικόν, ᾧ τοὺς λίθους πελεκῶσι καὶ ἀποξέουσι*, et eadem fere tradens Schol. Aristoph. Av. 1138, quibus adde, quem Hermannus laudavit, Hemsterh. ad Polluc. X 147.

V. 946. *στρεπτὸς σίδηρος* est ligo (verba sunt Musgravi) leniter incurvatus, uti quidem perpetuum est in eo genere ligonum, quod supra caput elevatur, ut deinde in terram cum impetu impingatur. Hinc Dionys. Perieg. 1115 *ψάμμον ἐϋγνάμπτῃσι λαχαίνοντες μακέλῃσι.* Tryphiod. 199 *ἐϋγνάμπτοισι μακέλλαις.*

V. 947. Respicit Philostratus Imagg. II 23 p. 848 *ἐγὼ δὲ ἤκουσα αὐτοῦ παρ᾽ Εὐριπίδου καὶ ἅρμα ἡγουμένου* (add. *ἔχειν*) *καὶ κέντρα ἐς τοὺς ἵππους φέροντος καὶ τὴν Εὐρυσθέως οἰκίαν ἀπειλοῦντος ἐκπέρσειν.*

V. 948. *ἄντυγας* scriptum apud Dionem Chrys. T. I p. 699 Reisk.

V. 949. *κέντρον δῆθεν ὡς ἔχων χερί*] ‘perinde quasi stimulum manu teneret’. Pervulgatus usus particulae *δῆθεν*, ubi aliud res habet, aliud simulatur. Or. 1119 *εἴσιμεν ἐς οἴκους, δῆθεν ὡς θανούμενοι.* 1319 *κἀγὼ σκυθρωποὺς ὀμμάτων ἔξω κόρας, Ὡς δῆθεν οὐκ εἰδυῖα τἀξειργασμένα.* Adde Blomfield. gloss. ad Aesch. Prom. 210. Eadem vis particularum *ὡς δὴ* infra v. 998 de quibus dictum ad Hecub. 1152.

V. 950. *διπλοῦς γέλως* est risus ambiguus dubitantium, utrum ridere an pavere debeant. H. Stephanus scripsit *διπλῶς*, quod esset ad hanc formam dictum: *ἀμφότερον βασιλεύς τ᾽ ἀγαθὸς κρατερός τ᾽ αἰχμητής.* [Similem sensum ipsum *διπλους* habere videtur, quasi sit *διπλοῦν πάθος, γέλως φόβος θ᾽ ὁμοῦ.* Cfr. Soph. O. R. 1249 *γοᾶτο δ᾽ εὐνάς, ἔνθα δύστηνος διπλοῦς ἐξ ἀνδρὸς ἄνδρα καὶ τέκν᾽ ἐκ τέκνων τέκοι*].

V. 951. *καί τις*] Homeri exemplo dixit, Il. β 271 *ὧδε δέ τις εἴπεσκεν ἰδὼν ἐς πλησίον ἄλλον.* Conf. Blomfield. gloss. ad Aesch. Choeph. 53. Ac quoniam in pronomine *τὶς* vis inest numeri pluralis (vid. ad v. 79) adiecit, quod pluralibus apponi solet *ἄλλος εἰς ἄλλον δρακων.*

V. 954. *Νίσου πόλιν*] Megaram, quae partitione inter Pandionis filios facta Niso in imperium cessit. Pausan. I 39, 4. Apollod. III 15. MUSGRAV. Strabo IX p. 392 *οἵ τε δὴ τὴν Ἀτθίδα συγγράψαντες πολλὰ διαφωνοῦντες τοῦτό γε ὁμολογοῦσιν, οἵ γε λόγου ἄξιοι, ὅτι τῶν*

ἥκειν ἔφασκε, δωμάτων εἴσω βεβώς.
κλιθεὶς δ' ἐς οὖδας, ὡς ἔχει, σκευάζεται
θοίνην. διελθὼν δ' ἐς βραχὺν χρόνον μονῆς,
Ἰσθμοῦ ναπαίας ἔλεγε προσβαίνειν πλάκας.
κἀνταῦθα γυμνὸν σῶμα θεὶς πορπαμάτων,
πρὸς οὐδέν' ἡμιλλᾶτο, κἀκηρύσσετο
αὐτὸς πρὸς αὑτοῦ καλλίνικος, οὐδενὸς
ἀκοὴν ὑπειπών. δεινὰ δ' Εὐρυσθεῖ βρέμων,
ἦν ἐν Μυκήναις τῷ λόγῳ. πατὴρ δέ νιν
θιγὼν κραταιᾶς χειρός, ἐννέπει τάδε·
‚ὦ παῖ, τί πάσχεις; τίς ὁ τρόπος ξενώσεως
τῆσδ'; οὔ τι που φόνος σ' ἐβάκχευσεν νεκρῶν,
οὓς ἄρτι καίνεις;' ὁ δέ νιν Εὐρυσθέως δοκῶν
πατέρα προταρβοῦνθ' ἱκέσιον ψαύειν χερός,
ὠθεῖ, φαρέτραν δ' εὐτρεπῆ σκευάζεται
καὶ τόξ' ἑαυτοῦ παισί, τοὺς Εὐρυσθέως

Πανδιονιδῶν τεσσάρων ὄντων, Αἰγέως τε καὶ Λύκου καὶ Πάλλαντος καὶ τοῦ τετάρτου Νίσου καὶ τῆς Ἀττικῆς εἰς τέτταρα μέρη διαιρεθείσης ὁ Νῖσος τὴν Μεγαρίδα λάχοι καὶ κτίσαι τὴν Νίσαιαν. — Eodem versu quod dixit δωμάτων εἴσω βεβώς, explicandum: 'quamvis domi suae esset'.

V. 956. De locutione ὡς ἔχει 'illico, continuo' significante cfr. Passov. lex. v. ἔχω 4.

V. 957. διελθὼν δ' ἐς βραχὺν χρόνον μονῆς] Sensus videtur μείνας δ' ἐπὶ βραχύ. Quod dici poterat sine praepositione διελθὼν βραχὺν χρόνον μονῆς. Kirchhoffius conicit διελθὼν δ' ὡς βραχύν.

V. 960. πρὸς οὐδέν' ἡμιλλᾶτο] 'certabat cum adversariis, qui nulli erant'. Sic statim: οὐδενὸς ἀκοὴν ὑπειπών, 'praefatus, ut audirent', spectatores scilicet, 'qui nulli aderant'. In quo facile patet praeconis illud carmen significari: ἀκούετε λεῴ. Vide Plutarchi Theseum cap. XIII. Verbi ὑπειπεῖν exemplum praebet idem Tom. X p. 18 Hutt. (T. II p. 471F) εὖ δὲ καὶ ὁ ποιητικὸς Ἀχιλλεὺς ὑπειπών, Τοῖος ἐών, οἷος οὔτις Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων, ἐπήνεγκεν· Ἐν πολέμῳ· ἀγορῇ δέ τ' ἀμείνονές εἰσι καὶ ἄλλοι. Dio Chrys. Tom. I p. 567R νυνὶ δὲ ἐπ' αὐτὸ (τὸ πρᾶγμα) βαδιοῦμαι, τοσοῦτον ὑπειπών. Alia citavit Porsonus ad Aristoph. Plut. 998. [Artificiosa videtur haec interpretatio. Fortasse poeta νίκην pro ἀκοὴν scripsit i. e. 'victoriam ex adversario reportatam qui nullus erat'. Idem Reiskium proposuisse video].

V. 963. τῷ λόγῳ] ut ipse dicebat, 'angeblich'. Herodot. I 205 ταύτην πέμπων ὁ Κῦρος ἐμνᾶτο τῷ λόγῳ. Dionys. A. R. III 73 παρόντων αὐτοῖς συχνῶν ἐκ τῆς συνωμοσίας, ἀγροίκων δὲ τῷ λόγῳ. Plutarch. Demetr. p. 910E τῷ μὲν λόγῳ πρὸς τὰ οἴκοι, τῇ δ' ἀληθείᾳ πρὸς τὸν Λυσίμαχον.

V. 965. τίς ὁ τρόπος ξ. τῆσδε;] quid sibi vult ista, quam dicis, peregrinatio? Conf. Phoen. 390. Soph. Oed. R. 99 ibique Erfurdt.

δοκῶν φονεύειν. οἳ δὲ ταρβοῦντες φόβῳ
ὤρουον ἄλλος ἄλλοσ', ἐς πέπλους ὃ μὲν
μητρὸς ταλαίνης, ὃ δ' ὑπὸ κίονος σκιάν,
ἄλλος δὲ βωμὸν ὄρνις ὣς ἔπτηξ' ὕπο.
βοᾷ δὲ μήτηρ, ‚ὦ τεκών, τί δρᾷς; τέκνα
κτείνεις;' βοᾷ δὲ πρέσβυς οἰκετῶν τ' ὄχλος.
ὃ δ' ἐξελίσσων παῖδα κίονος κύκλῳ
τόρνευμα δεινὸν ποδὸς ἐναντίον σταθεὶς
βάλλει πρὸς ἧπαρ· ὕπτιος δὲ λαΐνους
ὀρθοστάτας ἔδευσεν ἐκπνέων βίον.
ὃ δ' ἠλάλαξε κἀπεκόμπασεν τάδε·
‚εἷς μὲν νεοσσὸς ὅδε θανὼν Εὐρυσθέως
ἔχθραν πατρῴαν ἐκτίνων πέπτωκέ μοι.'
ἄλλῳ δ' ἐπεῖχε τόξ', ὃς ἀμφὶ βωμίαν
ἔπτηξε κρηπῖδ', ὡς λεληθέναι δοκῶν.
φθάνει δ' ὁ τλήμων γόνασι προσπεσὼν πατρὸς
καὶ πρὸς γένειον χεῖρα καὶ δέρην βαλών,
‚ὦ φίλτατ'', αὐδᾷ, ‚μή μ' ἀποκτείνῃς, πάτερ·
σός εἰμι, σὸς παῖς· οὐ τὸν Εὐρυσθέως ὀλεῖς.'

V. 971. *Ταρβοῦντες φόβῳ*] Sic Soph. Trach. 176 *φόβῳ ταρβοῦσαν*. Phil. 225 *ὄκνῳ δείσαντες*. Oed. Col. 1626 *φόβῳ δείσαντας*. Etsi haec partim ambigua esse monuit Lobeckius Paralip. II p. 527. Conf. annot. ad v. 77.

V. 978. Vulgatur *πόρευμα*, quod Henricus Stephanus scripsit pro *τόρευμα*, quam lectionem habet Ald. At quod A. Matthiaeus proposuit *τόρνευμα*, ipse codex indicat scriptione *τόρ.ευμα*. Hoc *τόρνευμα* interpretatur Matthiaeus per *ἕλιγμα, κύκλωμα*, circumactionem Herculis circa columnam cum rotatione circini comparatam dicens. Aptiorem verborum collocationem restituit Nauckius hunc in modum: *ὃ δ' ἐξελίσσων κίονος κύκλῳ ποδὸς τόρνευμα δεινόν, παῖδ' ἐναντίον σταθείς*: 'ille autem circa columnam ducens horribilem gyrum etc.' Cfr. Tro. 3 *Νηρῄδων χοροὶ κάλλιστον ἴχνος ἐξελίσσουσιν ποδός*. Sed alium scrupulum inicit v. 991; hunc enim recte huc (post 978) transponit Herwerdenus, cum illo loco non telorum, sed clavae usus memoretur. At qui rem accuratius consideraverit, inveniet verba *ἐναντίον σταθείς* et v. 991 male coniungi. Itaque dittographiam quae vocatur agnoscere nobis videmur versus 978 et 991 *ὃ δ' ἐξελίσσων κίονος κύκλῳ πόδα, ὡς ἐντὸς ἔστη παῖς λυγροῦ τοξεύματος, βάλλει πρὸς ἧπαρ*, quae ipse poeta scripsisse putandus est, et *ὃ δ' ἐξελίσσων παῖδα κίονος κύκλῳ κτέ.*

V. 985. *ὡς . . δοκῶν*] De hac abundantia cfr. Soph. O. R. 1178 *ὡς ἄλλην χθόνα δοκῶν ἀποίσειν*, Herod. VII 213 *ἦλθέ οἱ ἐς λόγους ὡς μέγα τι παρὰ βασιλέος δοκέων οἴσεσθαι*.

V. 989. Optime Elmsleius coniecit: *σός εἰμι· σὸν παῖδ', οὐ τὸν Εὐρυσθέως ὀλεῖς.*

ὁ δ' ἀγριωπὸν ὄμμα Γοργόνος στρέφων,
ὡς ἐντὸς ἔστη παῖς λυγροῦ τοξεύματος,
μυδροκτύπον μίμημ', ὑπὲρ κάρα βαλὼν
ξύλον καθῆκε παιδὸς ἐς ξανθὸν κάρα,
ἔρρηξε δ' ὀστᾶ. δεύτερον δὲ παῖδ' ἑλών,
χωρεῖ τρίτον θῦμ' ὡς ἐπισφάξων δυοῖν.
ἀλλὰ φθάνει νιν ἡ τάλαιν' εἴσω δόμων
μήτηρ ὑπεκλαβοῦσα, καὶ κλῄει πύλας.
ὁ δ' ὡς ἐπ' αὐτοῖς δὴ Κυκλωπίοισιν ὢν
σκάπτει μοχλεύει θύρετρα, κἀκβαλὼν σταθμὰ
δάμαρτα καὶ παῖδ' ἑνὶ κατέστρωσεν βέλει.
κἀνθένδε πρὸς γέροντος ἱππεύει φόνον·
ἀλλ' ἦλθεν εἰκών, ὡς ὁρᾶν ἐφαίνετο,
Παλλὰς κραδαίνουσ' ἔγχος ἐπὶ λόφῳ κέαρ,
κἄρριψε πέτρον στέρνον εἰς Ἡρακλέους,
ὅς νιν φόνου μαργῶντ' ἐπέσχε κεἰς ὕπνον
καθῆκε· πίτνει δ' ἐς πέδον, πρὸς κίονα
νῶτον πατάξας, ὃς πεσήμασι στέγης
διχορραγὴς ἔκειτο κρηπίδων ἔπι.
ἡμεῖς δ' ἐλευθεροῦντες ἐκ δρασμῶν πόδα
σὺν τῷ γέροντι δεσμὰ σειραίων βρόχων
ἀνήπτομεν πρὸς κίον', ὡς λήξας ὕπνου
μηδὲν προσεργάσαιτο τοῖς δεδραμένοις.

V. 992. Verba *μυδροκτύπον μίμημα* per appositionem adiecta sunt ad *βαλὼν ὑπὲρ κάρα καθῆκε*, ut significent idem fere quod *δίκην μυδροκτυποῦντος*.

V. 1000. *κατέστρωσεν*] Vulgare erat *κατέβαλεν*. Sed illo et Herodotus usus est VIII 53 *ἐπεὶ δέ σφι πάντες κατέστρωντο*, et Xenoph. Cyrop. III 3, 64. Aelian. N. A. VII 2 p. 154, 6. Agathias Hist. II 9 p. 84, 2 Nieb. quos laudavit Musgravius. Adde Iacobs. ad Anth. Palat. p. 393.

V. 1001. *ἱππεύει*] figurate i. e. festinat, 'er fliegt'. Cfr. Phoen. 212. Suppl. 994. BOTHIVS.

V. 1002. Pro *ἦλθεν εἰκών* coniecit Schneidewinus *ἦλθε καιρόν*. Cum dictione *ὡς ὁρᾶν ἐφαίνετο* cfr. Plat. Phaed. p. 84 C *ὡς ἰδεῖν ἐφαίνετο*, ubi vide Wyttenbach.

V. 1003. Verba *ἐπὶ λόφῳ κέαρ* corrupta Canterus in *ἐπίλογχον χερί* mutanda censet, Hartungus in *ἐπίλοφος κάρα*. Videtur versus ex duobus contaminatus et aegidis atque galeae mentio facta fuisse.

V. 1005. Cfr. Phoen. 1156 *ἀλλ' ἔσχε μαργῶντ' αὐτὸν . . λᾶαν ἐμβαλὼν κάρᾳ*, Soph. Ai. 50 *ἐπέσχε χεῖρα μαιμῶσαν φόνου*.

V. 1010. Recte Barnesius: 'liberantes a fuga pedem, i. e. revertentes ex fuga'.

εὕδει δ' ὁ τλήμων ὕπνον οὐκ εὐδαίμονα,
παῖδας φονεύσας καὶ δάμαρτ'· ἐγὼ μὲν οὖν
οὐκ οἶδα θνητῶν ὅστις ἀθλιώτερος.
ΧΟ. ὁ φόνος ἦν ὃν Ἀργολὶς ἔχει πέτρα
τότε μὲν περισαμότατος καὶ ἄπιστος
Ἑλλάδι τῶν Δαναοῦ παίδων·
τὰ δ' ὑπερέβαλε, παρέδραμε τὰ τότε κακά.

τάλανι διογενεῖ κόρῳ μονοτέκνου Πρόκνης

V. 1016—1086. Post nuntii narrationem chorus nihil sibi ista Herculis liberorum caede crudelius unquam factum videri, seque dubitare ostendit, quibus satis dignis tantam cladem naeniis prosequatur. Tum panditur domus, atque machinatione ἐκκυκλήματος sub adspectum subiciuntur et caesorum corpora et ipse Hercules, vinculis constrictus et columnae alligatus. Postremo Amphitryo tristi vultu nec sine timore progreditur, veteres amicos hortans, ne fletu et clamore Herculem somno oppressum excitent: quo expergefacto periculum esse, ne urbem, patrem, domum perditum eat. Ac tamen Hercule inter illorum conquestiones ac ploratus commovente se ac denique soporem excutiente et ipse profugit et illos, ut ab homine furioso sibi caveant, monet. — Cum facile quindecim partes choricorum discernantur (septem in v. 1016—1041, octava v. 1045 sq., nona v. 1051—1053, decima v. 1057, undecima v. 1060, duodecima v. 1065—1068, tertia decima v. 1071, quarta decima v. 1077—1080, quinta decima v. 1087 sq.), eas non sine probabilitate quis singulis choreutis assignaverit.

V. 1016. De Danaidum facinore vide Apollod. II 1, 5. — Ἀργολὶς πέτρα ut Τρῳάδος ἀπὸ πέτρας Tro. 523. Cfr. fr. 307 ξεστὸν ὄχθον Δαναϊδῶν ἑδρασμάτων, Or. 871 ἄκραν, οὗ φασι πρῶτον Δαναὸν Αἰγύπτῳ δίκας διδόντ' ἀθροῖσαι λαὸν εἰς κοινὰς ἕδρας. — τότε μέν, 'olim'. Sic Iph. Aul. 46 σῇ γάρ μ' ἀλόχῳ τότε Τυνδάρεως πέμπει φερνήν. Or. 99 ὀψέ γε φρονεῖς εὖ, τότε λιποῦσ' αἰσχρῶς δόμους. Vide Brunck. ad Aristoph. Lys. 1023. Schaef. ad Iulian. p. IV. Verbis τότε μὲν opponitur sensus: 'sed nunc hoc malum illustrius est'. Περισαμότατος καὶ ἄπιστος. Diversos gradus coniungi nec ratio prohibet nec usus. Cycl. 315 κομψὸς γενήσει καὶ λαλίστατος, Κύκλωψ. Plut. Coriol. 24 ὅτι κακὸν τὸν ὀρχηστὴν ἔστειλαν αὐτῷ πρὸ τῆς πομπῆς καὶ ἀτερπέστατον. Alciphr. Ep. III 6 ἡ πάμφαγος αὕτη καὶ παμβορωτάτη γαστήρ. Neque vero refert, praecedat superlativus an subsequatur. Vide Herodian. Hist. III 9 p. 69, 26. coll. III 1 p. 56, 23 Bekk. Plura quaerenti suppeditabunt Davis. ad Cic. de N. D. I 21. Wopkens. Lect. Tull. II 16. A. Matthiae. ad Cic. p. Milon. XXVII 74. Lobeck. Paralip. T. I p. 41. II p. 540.

V. 1021. Fabulam narrat Apollod. III 14, 8. Ovid. Met. VI 424. Τάλανι delendum conicit Nauckius, ut duo dochmii efficiantur. Dativum commodi διογενεῖ κόρῳ posuit poeta pro gen. a nomine φόνον apto, ne genetivi cumularentur.

φόνον ἔχω λέξαι θυόμενον μούσαις·
σὺ δὲ τέκνα τρίγονα τεκόμενος, ὦ δάϊε,
λυσσάδι συγκατειργάσω μοίρᾳ.

ἒ ἕ, τίνα στεναγμὸν
ἢ γόον ἢ φθιτῶν ᾠδὰν ἢ τίν' Ἅι-
δα χορὸν ἀχήσω;

φεῦ φεῦ·
ἴδεσθε, διάνδιχα κλῇθρα
κλίνεται ὑψιπύλων δόμων.

ὤμοι.
ἴδεσθε τὰ τέκνα πρὸ πατρὸς
ἄθλια κείμενα δυστάνου,
εὕδοντος ὕπνον δεινὸν ἐκ παίδων φόνου.

περὶ δὲ δεσμὰ καὶ πολύβροχ' ἁμμάτων

V. 1022. Recte *θυόμενον Μούσαις*, nisi poeta scripsit *μελόμενον Μούσαις*, interpretari videtur A. Matthiae: 'Proprie ipse Procnae filius *ἐθύετο*. Pro eo *φόνος θύεσθαι* dicitur, et cum haec immolatio postea carminibus celebraretur, *θύεσθαι Μούσαις*.'

V. 1024. Alterum dochmium restituit Kirchhoffius addens *σᾷ* (*συγκατειργάσω σᾷ μοίρᾳ*). F. W. Schmidtius scripsit sententiae accommodate *συγκατειργάσω σὺν ῥιπᾷ*. Fortasse fuit *συγκατειργάσω μοι ῥιπᾷ*. Cfr. Ant. 929 *αὑταὶ ψυχῆς ῥιπαί*, 135 *μαινομένᾳ ξὺν ὁρμᾷ βακχεύων ἐπέπνει ῥιπαῖς ἐχθίστων ἀνέμων*.

V. 1026. Videntur Graeci *χορὸν* et *χορείαν* nonnunquam de carminibus cum choreis coniunctis adhibuisse. Aristoph. Ran. 247 *χορείαν ἐφθεγξάμεσθα*. Thesm. 103 *χορεύσασθαι βοάν*. Plato Legg. II p. 788 A (p. 654 B ed. Steph.) *χορεία γε μὴν ὄρχησίς τε καὶ ᾠδὴ τὸ σύνολόν ἐστι*. p. 795 C *χορεία δὲ τὸ ξυναμφότερον κληθείη*. Clemens Alex. p. 308 c [ed. Colon. p. 133, 15, ed. Sylb. p. 365 ed. Pott.] *χορείαν* inter poematum species recenset. MUSGR.

V. 1033. *ἄθλια*] pro appositione est. Soph. Trach. 936 *κἀνταῦθ' ὁ παῖς δύστηνος οὔτ' ὀδυρμάτων Ἐλείπετ' οὐδέν*. Lucian. T. III p. 51 *ἀτὰρ καὶ οὗτος αὐτὸς — ἀνασκολοπισθήσεται ἄθλιος*. p. 55 *αὐτὸς μηδὲ δειπνήσας ἄθλιος ἐν αὐτῇ*. Adde T. VII p. 54, 71, 156, 165. Cic. in Vatin. c. X *ut homo consularis exclusus miser puncto temporis spoliaretur beneficio et aequitate legis tuae*.

V. 1035. *περὶ* adverbialiter positum; quod sequiter *ἀμφί* praepositionis vice fungitur. Praepositiones *περὶ* et *ἀμφὶ* coniungi satis constat: vide Spitznerum ad Hom. Il. XVII 290.

ἐρείσμαθ' Ἡράκλειον
ἀμφὶ δέμας τάδε λαΐνοις
ἀνημμένα κίοσιν οἴκων.

ὃ δ', ὥς τις ὄρνις ἄπτερον καταστένων
ὠδῖνα τέκνων, πρέσβυς ὑστέρῳ ποδί,
πικρὰν διώκων ἤλυσιν, πάρεσθ' ὅδε.
ΑΜ. *Καδμεῖοι γέροντες, οὐ σῖγα σῖ-*
γα τὸν ὕπνῳ παρειμένον ἐάσετ' ἐκ-
λαθέσθαι κακῶν;
ΧΟ. *κατὰ σὲ δακρύοις στένω, πρέσβυ, καὶ*
τέκεα καὶ τὸ καλλίνικον κάρα.
ΑΜ. *ἑκαστέρω πρόβατε, μὴ*
κτυπεῖτε, μὴ βοᾶτε, μὴ
τὸν εὔδι' ἰαύοντα
ὑπνώδεά τ' εὐνᾶς ἐγείρετε.
ΧΟ. *οἴμοι.*
φόνος ὅσος ὅδ'. ΑΜ. ἆ ἆ διά μ' ὀλεῖτε. ΧΟ. κεχυ-
μένος ἐπαντέλλει.
ΑΜ. *οὐκ ἀτρεμαῖα θρῆνον αἰάξετ', ὦ γέροντες;*
ἢ δέσμ' ἀνεγειρόμενος χαλάσας ἀπολεῖ πόλιν,
ἀπὸ δὲ πατέρα μέλαθρά τε καταρρήξει.
ΧΟ. *ἀδύνατ' ἀδύνατά μοι.*
ΑΜ. *σῖγα· πνοὰς μάθω· φέρε πρὸς οὖς βάλω.*

V. 1039. Cfr. Hom. Od. 16, 216 *κλαῖον δὲ λιγέως, ἀδινώτερον ἤ τ' οἰωνοί, φῆναι ἢ αἰγυπιοὶ γαμψώνυχες οἷσί τε τέκνα ἀγρόται ἐξείλοντο πάρος πετεηνὰ γενέσθαι*, Aesch. Ag. 50 sqq., Soph. Ant. 424.

V. 1041. *πικρὰν διώκων ἤλυσιν*] Comparavit Musgravius Aesch. Eum. 403 *ἔνθεν διώκουσ' ἦλθον ἄτρυτον πόδα.* Sept. 371 *σπουδῇ διώκων πομπίμους χνοὰς ποδοῖν.* Pers. 84 *Σύριόν θ' ἅρμα διώκων.*

V. 1049. Poetae haec restituenda videntur: *τὸν εὔδι' ἰαύοντά θ' ὕπνῳ τ' εὕδοντ' ἐγείρητ' εὐνᾶς*, ita ut extremum *μὴ* vim finalem habeat. Cfr. Soph. O. R. 65 *οὐχ ὕπνῳ γ' εὕδοντά* ('somno sopitum', ut est Verg. Aen. I 680) *μ' ἐξεγείρετε.*

V. 1056. *ἀπὸ δὲ*] repete *ὀλεῖ.* Sic Herodotus VIII 89 *ἀπὸ μὲν ἔθανε ὁ στρατηγός, — ἀπὸ δὲ ἄλλοι πολλοί τε καὶ ὀνομαστοί.* Vide Krueg. II § 68, 47, 3.

V. 1057. *ἀδύνατά μοι* scil. *ἀτρεμαῖα θρῆνον αἰάζειν* prae dolore.

V. 1059. *σῖγα, πνοὰς μάθω*] De hoc coniunctivi post imperativos usu praeter Elmsleium ad Med. 1242 disputavit Hermannus de part. *ἄν* p. 89 sq. Krueg. I § 54, 2, 1.

ΧΟ. εὕδει; ΑΜ. ναί, εὕδει ὕπνον ὀλόμενον, ὃς ἔ-
καν' ἄλοχον, ἔκανε δὲ τέκεα τοξήρει
ψαλμῷ τοξεύσας.
ΧΟ. στέναζέ νυν ΑΜ. στενάζω.
ΧΟ. τέκνων ὄλεθρον ΑΜ. ὤ μοι.
ΧΟ. σέθεν τε παιδός. ΑΜ. αἰαῖ.
ΧΟ. ὦ πρέσβυ ΑΜ. σῖγα, σῖγα·
παλίντροπος ἐξεγειρόμενος στρέφεται·
φέρ' ἀπόκρυφον δέμας ὑπὸ μέλαθρον κρύψω.
ΧΟ. θάρσει· νὺξ ἔχει βλέφαρα παιδὶ σῷ.
ΑΜ. ὁρᾶθ' ὁρᾶτε.
τὸ φάος ἐκλιπεῖν ἐπὶ κακοῖσιν οὐ
φεύγω τάλας, ἀλλ' εἴ με κανεῖ πατέρ' ὄντα,
πρὸς δὲ κακοῖς κακὰ μήσεται,
πρὸς Ἐρινύσι θ' αἷμα σύγγονον ἕξει.
ΧΟ. τότε θανεῖν σε χρῆν, ὅτε δάμαρτι σᾷ
φόνον ὁμοσπόρων
ἔμολες ἐκπράξας
Ταφίων περίκλυστον ἄστυ πέρσας.
ΑΜ. φυγᾷ, φυγᾷ, γέροντες, ἀποπρὸ δωμάτων

V. 1069. Hermannus metri causa probabiliter ἐξανεγειρόμενος scripsit.

V. 1070. ἀπόκρυφον — κρύψω] Sic Soph. Ant. 85 κρυφῇ δὲ κεῦθε. Dionys. A. R. III 21 κρύπτουσα τὸ πάθος ἀπόρρητον. Verg. Aen. III 237 *et scuta latentia condunt.* Ovid. Met. VIII 718 *simul abdita texit Ora frutex.* X 449 *tegunt nigrae latitantia sidera nubes.* Conf. Lobeck. ad Ai. 517, nos supra ad v. 641 et ad Heracl. 574.

V. 1073. ἐπὶ κακοῖσιν] Iph. A. 456 καὶ γάρ μ' ἀπώλεσ' ἐπὶ κακοῖς, ἅ μοι πάρος, Ἐλθοῦσ' ἄκλητος. Plutarch. Nic. c. 13 p. 532 B καὶ δεῖσθαι τῶν πολιτῶν, ὅπως ἐπὶ συμφορᾷ τοσαύτῃ τὸν υἱὸν αὐτοῦ — ἀφῶσι τῆς στρατείας.

V. 1074. ἀλλ' εἴ με κανεῖ — μήσεται — ἕξει] Ex verbo φεύγω hic intellegendum τοῦτο δέδοικα vel τοῦτο δεινόν.

V. 1076. Recte censet R. Klotzius, πρὸς Ἐρινύσιν αἷμα σύγγονον ἕξει eadem ratione dici atque πρὸς Ἐρινύσιν Ἐρινύας (sive πρὸς αἵματι συγγόνῳ αἷμα σύγγονον) ἕξει ('piaculum piaculo addet').

V. 1079. Libri habent ἔμελλες ἐκπράξειν. Metro, non sententiae satisfacit quod Matthiaeus coniecit ἔμολες ἐκπράξων. Scripsi ἔμολες ἐκπράξας. Nam apparet poetam dicere velle: 'cum capta urbe splendida victoris laude ornatus redires' i. e. in summa gloria et celebritate. Vitium inde repetendum, quod verbum ἔμολες in ἔμελλες depravatum ultro infinitivus consecutus est. Idem iam Hartungum scripsisse video.

διώκετε, φεύγετε μάργον
ἄνδρ' ἐπεγειρόμενον.
τάχα φόνον ἑτέρων ἐπὶ φόνῳ βαλὼν
ἀν' αὖ βακχεύσει Καδμείων πόλιν.
ΧΟ. ὦ Ζεῦ, τί παῖδ' ἤχθηρας ὧδ' ὑπερκότως
τὸν σόν, κακῶν δὲ πέλαγος ἐς τόδ' ἤγαγες;
ΗΡ. ἔα.
ἔμπνους μέν εἰμι καὶ δέδορχ', ἅπερ με δεῖ,
αἰθέρα τε καὶ γῆν τόξα θ' ἡλίου τάδε·
ὡς δ' ἐν κλύδωνι καὶ φρενῶν ταράγματι
πέπτωκα δεινῷ, καὶ πνοὰς θερμὰς πνέω,
μετάρσι', οὐ βέβαια, πνευμόνων ἄπο.
ἰδού, τί δεσμοῖς ναῦς ὅπως ὡρμισμένος
νεανίαν θώρακα καὶ βραχίονα,
πρὸς ἡμιθραύστῳ λαΐνῳ τυκίσματι
ἧμαι, νεκροῖσι γείτονας θάκους ἔχων;
πτερωτά τ' ἔγχη τόξα τ' ἔσπαρται πέδῳ,
ἃ πρὶν παρασπίζοντ' ἐμοῖς βραχίοσιν
ἔσῳζε πλευρὰς ἐξ ἐμοῦ τ' ἐσῴζετο.
οὔ που κατῆλθον αὖθις εἰς Ἅιδου πάλιν
Εὐρυσθέως δίαυλον [εἰς Ἅιδου] μολών;
ἀλλ' οὔτι Σισύφειον εἰσορῶ πέτρον
Πλούτωνά τ' οὐδὲ σκῆπτρα Δήμητρος κόρης.
ἔκ τοι πέπληγμαι· ποῦ ποτ' ὢν ἀμηχανῶ;

V. 1083. *διώκετε*] intransitive ut Heracl. 611 *παρὰ δ' ἄλλαν ἄλλα μοῖρα διώκει.*

V. 1089. *ἅπερ με δεῖ*] quae sanum vigilantemque decet videre.

V. 1092. Menander p. 10 *ὕπτιον, μόλις λαλοῦντα καὶ τὸ πνεῦμ' ἔχοντ' ἄνω,* ubi vide Meinekium. Dionys. Halic. A. R. XI 28 fin. *ἀσθμαίνων ἔτι καὶ μετέωρος τὸ πνεῦμα.*

V. 1098. *πτερωτά τ' ἔγχη*] sagittae. Soph. Trach. 513 *τόξα καὶ λόγχας ῥόπαλόν τε τινάσσων,* ubi v. Brunck.

V. 1100. Elmsleius *πλευρά τ'* formas *πλευραί, πλευραῖς, πλευράς* *in tragicorum* scriptis vitiosas esse ratus. Quam opinionem explosit Hermannus ad Soph. Ai. 1389.

V. 1101. *οὔ που* pro *οὔ πω* restituit Dindorfius. Cfr. Iph. A. 670 *οὔ πού μ' ἐς ἄλλα δώματ' οἰκίζεις, πάτερ;* Hel. 135 *οὔ πού νιν Ἑλένης αἰσχρὸν ὤλεσεν κλέος;* ib. 600, El. 235, Iph. T. 930, Med. 695. Duobus ultimis locis libri habent *ἤπου* vel *οὔ πω.*

V. 1102. Verba *εἰς Αἴδου* ex proximo versu repetita sunt. Deest nomen unde pendeat gen. *Εὐρυσθέως.* Piersonus coniecit *Εὐρυσθέως δίαυλον ἐντολαῖς μολών;* ut est infra v. 1278.

V. 1105. *ἔκ τοι πέπληγμαι*] Idem hemistichium bis posuit in

ὠή, τίς ἐγγὺς ἢ πρόσω φίλων ἐμῶν,
δύσγνοιαν ὅστις τὴν ἐμὴν ἰάσεται;
σαφῶς γὰρ οὐδὲν οἶδα τῶν εἰωθότων.
ΑΜ. γέροντες, ἔλθω τῶν ἐμῶν κακῶν πέλας;
ΧΟ. κἄγωγε σὺν σοί, μὴ προδοὺς τὰς συμφοράς.
ΗΡ. πάτερ, τί κλαίεις καὶ συναμπίσχει κόρας,
τοῦ φιλτάτου σοι τηλόθεν παιδὸς βεβώς;
ΑΜ. ὦ τέκνον· εἶ γὰρ καὶ κακῶς πράσσων ἐμός.
ΗΡ. πράσσω δ' ἐγὼ τί λυπρόν, οὗ δακρυρροεῖς;
ΑΜ. ἃ κἂν θεῶν τις, εἰ πάθοι, καταστένοι.
ΗΡ. μέγας γ' ὁ κόμπος, τὴν τύχην δ' οὔπω λέγεις.
ΑΜ. ὁρᾷς γὰρ αὐτός, εἰ φρονῶν ἤδη κυρεῖς. 1117
ΗΡ. παπαῖ, τόδ' ὡς ὕποπτον ᾐνίξω πάλιν. 1120
ΑΜ. καί σ', εἰ βεβαίως εἶ φρονεῖς, ἤδη σκοπῶ. 1121
ΗΡ. ἐπεὶ τί καινὸν ὑπογράφει τὠμῷ βίῳ; 1118
ΑΜ. εἰ μηκέθ' Ἅιδου βάκχος εἶ, φράσαιμεν ἄν.
ΗΡ. οὐ γάρ τι βακχεύσας γε μέμνημαι φρένας. 1122
ΑΜ. λύσω, γέροντες, δεσμὰ παιδός, ἢ τί δρῶ;
ΗΡ. καὶ τόν γε δήσαντ' εἴπ'· ἀναινόμεσθα γάρ.
ΑΜ. τοσοῦτον ἴσθι τῶν κακῶν· τὰ δ' ἄλλ' ἔα.
ΗΡ. ἀρκεῖ σιωπὴ γὰρ μαθεῖν ὃ βούλομαι;

V. 44 sq. *καὶ λαβὼν ὀχήματα Πολύβῳ τροφεῖ δίδωσιν*] Narratur hoc, ut appareat Oedipum nunc quidem ad Apollinis oraculum non perrexisse iter; — homicidae *μυσαρῷ* fas non fuisse *πρὶν καθαρθῆναι* templum ingredi monet Valckenarius — neque vero praedandi causa Laium occidisse. In narratione Sophoclis, apud quem Oedipus a caede patris statim Thebas pergit et Sphinge perdita reginam et regnum occupat, aliquid parum probabile remanet. De eadem re Antimachus, quem commemorat scholiasta, in Lyde cecinerat: *Εἶπε δὲ φωνήσας· Πόλυβε, θρεπτήρια τάδε* (l. *τούσδε*) *ἵππους τοὶ δώσω δυσμενέων ἐλάσας*. Quod autem Valckenarius hinc aliquid praesidii petit coniecturae suae: *Πολύβῳ τροφεῖα δίδωσιν*, qua versus evertitur — debebat scribere *τροφεῖ' ἔδωκεν* —, nihil est. Recte enim iam *Porsonus* annotavit *Πολύβῳ τροφεῖ* sic fere intellegendum esse, quasi alia orationis forma usus poeta dixisset: *Πολύβῳ, ὅτι αὐτὸν ἔθρεψε.* Etiam Hesychius, quem idem affert, in voce: *Πολύβῳ τροφεῖ*, quam ipse exponit: *τῷ ἀναθρέψαντι Πολύβῳ*, tuetur librorum scripturam. De fabulae Oedipodeae varietate et vicissitudine v. Prolegomena Soph. Oed. R. recens. Wunder. ed. quint. — Ceterum *ὀχήματα* de uno curru dici amplificandae orationis gratia iam observavit scholiasta: *Ὀχήματα ἀντὶ τοῦ ὄχημα, ὡς παρὰ Σοφοκλεῖ* [Oed. reg. v. 753]· *Ἀπήνη δ' ἦγε Λάϊον μία.*

V. 45 sq. *ὡς δ' ἐπεζάρει Σφὶγξ ἁρπαγαῖσι πόλιν*] '*Ἐπεζάρει* legitur etiam Rhes. v. 441. Arcadum est, teste Eustathio, qui cum *ζέρεθρον βάραθρον* comparat ad Il. *Γ* p. 381, 20, *Μ* p. 909, 27. *Ζέλλω* dixere iidem, ut videtur, pro *βάλλω*, ap. Hesych. et Etymolog. p. 408, 42.' PORSON. *Ἁρπαγαί* dicuntur raptus eorum hominum, qui aenigma non solverant. Cfr. 1026 sq.

V. 47. *Κρέων ἀδελφὸς τἀμὰ κηρύσσει λέχη*] Haec verba absolutam sententiam per se efficiunt: 'Creon frater conubium meum praeconis voci subicit'. Deinde his per epexegesin adiciuntur quae sequuntur: *ὅστις —μάθοι, τούτῳ ξυνάψειν λέκτρα*, quo etiam minus repetita notio *λέκτρα* post *λέχη* offensioni esse poterit; vide ann. ad v. 22.

τούτῳ ξυνάψειν λέκτρα. τυγχάνει δέ πως
μούσας ἐμὸς παῖς Οἰδίπους Σφιγγὸς μαθών,
ὅθεν τύραννος τῆσδε γῆς καθίσταται
καὶ σκῆπτρ' ἔπαθλα τῆσδε λαμβάνει χθονός.
γαμεῖ δὲ τὴν τεκοῦσαν, οὐκ εἰδὼς τάλας
οὐδ' ἡ τεκοῦσα παιδὶ συγκοιμωμένη.
τίκτω δὲ παῖδας παιδὶ δύο μὲν ἄρσενας,
Ἐτεοκλέα κλεινήν τε Πολυνείκους βίαν,
κόρας τε δισσάς· τὴν μὲν Ἰσμήνην πατὴρ

V. 49. Addito *πὼς* poeta detrectat longiorem et accuratiorem enarrationem.

V. 50. *μούσας* pro *αἴνιγμ'*, quod nomen paulo ante (v. 48) usurpavit poeta, exhibet scholiasta: *τινὲς γράφουσι 'μούσας ἐμὸς παῖς', ὃ καὶ βέλτιον. Μούσας δέ φησι τὰ αἰνίγματα, διότι ἐμμελῶς προσεφέρετο τότε ἡ Σφίγξ.* Cfr. 807, 1028, Soph. O. T. 130 *ἡ ποικιλῳδὸς Σφίγξ*, ad quae adnotat scholiasta: *ἐπεὶ ἐμμέτρως ἔλεγε τὰ αἰνίγματα.*

V. 51. 'Hunc versum, Valckenarii iudicium secuti, deleverunt Brunckius, Beckius, Porsonus, uncis inclusit Matthiae. Poterat sane abesse: non est tamen, cur ferri nequeat, cum etsi fere idem quod sequens versus continet, tamen ille rei magis declarandae inserviat. Quem enim magnopere offendat, si quis dicat: 'Ex quo rex factus est, datumque ei sceptrum praemii loco?' Argutatur Valckenarius, cum etiam *ὅθεν* ad labefactandum versum adhibet.' G. HERMANNUS. Bergkius proximum v. delet commotus vocabulo *ἔπαθλα*, de quo scholiasta haec adnotat: *παρ' οὐδενὶ κεῖται τὸ ἔπαθλα ἢ μόνῳ τῷ Εὐριπίδῃ, ὅθεν μεταγράφουσί τινες· 'καὶ σκῆπτρα χώρας ἆθλα τῆσδε λαμβάνει'* (hunc v. Hermannus inseruit, deest in libris)· *τὸ δ' ἑξῆς· καὶ σκῆπτρα χώρας τῆσδ' ὡς ἆθλα λαμβάνει,* quae repetit schol. ad Demosth. vol. VIII p. 146, 22 *ἔπαθλα δὲ οὐχ εὕρηται εἰ μὴ ἅπαξ παρ' Εὐριπίδῃ.* Sed in vocabulo novato non est ea offensio, ut versum spurium iudicemus.

V. 54. *οὐδ' ἡ τεκοῦσα παιδὶ συγκοιμωμένη*] Pro *οὐκ εἰδυῖαν* (*οὐκ εἰδὼς οὐκ εἰδυῖαν*) novum enuntiatum solutiore ratione additur ita, ut oratio non quemadmodum in v. antecedente habetur complenda, sed simpliciter repetendum sit cogitatione *εἰδυῖα ἦν.*

V. 55. *τίκτω δὲ παῖδας παιδί*] Est nota lex, quae in plerisque linguis obtinetur, ut verba ab una radice ducta aut ipsa vi sua inter se cognata etiam ita collocentur, ut eorum compositio magis appareat, sive oppositio in enuntiatione continetur sive sine oppositione ea ponuntur. Sic hoc loco *τίκτω δὲ παῖδας παιδί* dicitur, ut id, quod contra opinionem est, magis appareat, et v. 44 dictum erat: *παῖς πατέρα καίνει*, eodem prorsus modo. Contra infra v. 82 *ὑπόσπονδον μολεῖν Ἔπεισα παιδὶ παῖδα* potius quidam consensus rerum eo significari videtur, quod similia verba inter se excipiunt.

V. 56. *κλεινήν τε Πολυνείκους βίαν*] Haec periphrasis, si non propensiorem in Polynicem matris animum prodit, id quod G. H. Schaefero visum est, saltem studium matris regiam Polynicis auctoritatem agnoscendi ostendit. *Κλεινός* enim proprium vocabulum est de iis, qui imperium habent aut habere possunt.

V. 57. Wakefieldus in Critical rev. Apr. 1801 p. 378 *κόρας δὲ*

ὠνόμασε, τὴν δὲ πρόσθεν Ἀντιγόνην ἐγώ.
μαθὼν δὲ τἀμὰ λέκτρα μητρῴων γάμων
ὁ πάντ' ἀνατλὰς Οἰδίπους παθήματα
εἰς ὄμμαθ' αὑτοῦ δεινὸν ἐμβάλλει φόνον,
χρυσηλάτοις πόρπαισιν αἱμάξας κόρας.
ἐπεὶ δὲ τέκνων γένυς ἐμῶν σκιάζεται,

δισσάς scribendum coniecit non recte. Nam δὲ flagitaret anaphoram δύο δὲ κόρας. Saepe autem haec anaphora, qua dicitur exempli gratia πολλοὶ μὲν ἄνδρες, πολλοὶ δὲ γυναῖκες pro πολλοὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες, in secundo membro omittitur et particula τὲ adiunguntur ea quae cum anaphora opponenda erant. Cfr. Med. 430 πολλὰ μὲν ἁμετέραν ἀνδρῶν τε μοῖραν εἰπεῖν, Soph. Phil. 1056 sqq. πάρεστι μὲν Τεῦκρος .. ἐγώ τε, 1136 ὁρῶν μὲν αἰσχρὰς ἀπάτας στυγνόν τε φῶτα. Eadem ratione post πρῶτον μὲν infertur τὲ ut Med. 126, 1102, Hipp. 997, Heracl. 340, Ion. 402, Aesch. Suppl. 410. Atque etiam tertia causa qua particulam μὲν excipit τέ, similis est, si ea collocatio verborum quae ad oppositionem spectat deseritur. Cfr. Heracl. 236 sqq. τρισσαί μ' ἀναγκάζουσι συμφορᾶς ὁδοὶ .. τὸ μὲν μέγιστον .. τὸ συγγενές τε .. τό τ' αἰσχρόν, Suppl. 1035 ἥκω διπλοῦν πένθημ' ὁμαιμόνων ἔχων, τὸν μὲν θανόντα .. ναυσθλώσων νεκρόν, ζητῶν τ' ἐμὴν παῖδ', ἣ δόμων ἐξώπιος βέβηκε, Iph. A. 73 ἀνθηρὸς μὲν εἱμάτων στολῇ χρυσῷ τε λαμπρός, El. 146 sqq. κατὰ μὲν φίλαν ὄνυχι τεμνομένα δέραν, χέρα τε κρᾶτ' ἐπὶ κούριμον τιθεμένα, Tro. 134 sqq. σφάζει μὲν τὸν πεντήκοντ' ἀροτῆρα τέκνων Πρίαμον ἐμέ τε μελέαν Ἑκάβαν εἰς τάνδ' ἐξώκειλ' ἄταν, Soph. Phil. 1426 sqq. Πάριν μὲν .. νοσφιεῖς βίου πέρσεις τε Τροίαν (pro Τροίαν δὲ πέρσεις).

V. 59. τἀμὰ λέκτρα μητρῴων γάμων] i. e. μαθὼν δὲ τἀμὰ λέκτρα (ὅτι ἦν λέκτρα) γάμον μητρῷον. GEEL.

V. 60. Hunc quoque versum repudiandum censet Valckenarius, quod non iam istoc tempore haec de Oedipo praedidicanda videantur. Sed recte inseritur hic quasi gemitus de homine malis obruto narrationi summae calamitatis. Melius Leutschius versum post proximum versum transponit.

V. 61 sq. 'Quod paucis, ut in prologo, tradit hic Euripides: Εἰς ὄμμαθ' αὑτοῦ δεινὸν ἐμβάλλει φόνον χρυσηλάτοις πόρπαισιν αἱμάξας κόρας, plenius expresserat in Oedipo priore Sophocles v. 1279 sqq., quem Seneca sequitur in Oed. v. 962 sqq. In re simili Laberius apud Gellium N. A. X 17 *Aciem effodit luminis*. Ovidius XIII Metam. v. 561 *Digitos in — lumina condit*, *Expilatque genis oculos — Immergitque manus*. Lucanus VI 541 *Immergitque manus oculis, gaudetque gelatos Effodisse orbes*. Euripidea Barthius adhibuit ad Stat. Theb. I v. 71.' VALCKENARIUS. Ceterum Euripides in Oedipo Lai servos Oedipum luminibus privantes fecerat, in quam rem attulit scholiasta ad h. l. ex Euripidis fabula hos versus: Ἡμεῖς δὲ Πολύβου παῖδ' ἐρείσαντες πέδοι Ἐξομματοῦμεν καὶ διόλλυμεν κόρας.

V. 62. χρυσηλάτοις πόρπαισιν] Aureae fibulae magis aptae sunt apud Sophoclem, apud quem illas a veste rapit Oedipus mortuae matris humi iacentis (O. T. 1268 ἀποσπάσας γὰρ εἱμάτων χρυσηλάτους περόνας ἀπ' αὐτῆς) quam hoc loco.

V. 63. ἐπεὶ δὲ τέκνων γένυς ἐμῶν σκιάζεται] Adhibuit ad hunc locum explicandum Porso-

κλῄθροις ἔκρυψαν πατέρ', ἵν' ἀμνήμων τύχη
γένοιτο πολλῶν δεομένη σοφισμάτων.
ζῶν δ' ἔστ' ἐν οἴκοις. πρὸς δὲ τῆς τύχης νοσῶν
ἀρὰς ἀρᾶται παισὶν ἀνοσιωτάτας,
θηκτῷ σιδήρῳ δῶμα διαλαχεῖν τόδε.
τὼ δ' εἰς φόβον πεσόντε, μὴ τελεσφόρους
εὐχὰς θεοὶ κραίνωσιν οἰκούντων ὁμοῦ,
ξυμβάντ' ἔταξαν τὸν νεώτερον πάρος
φεύγειν ἑκόντα τήνδε Πολυνείκη χθόνα,
Ἐτεοκλέα δὲ σκῆπτρ' ἔχειν μένοντα γῆς
ἐνιαυτὸν ἀλλάσσοντ'. ἐπεὶ δ' ἐπὶ ζυγοῖς

nus Statii versum e Theb. IV 336, quem supra ad v. 32 alia de causa posuimus.

V. 65. *πολλῶν δεομένη σοφισμάτων*] 'Quae multis indiget artibus ad excusandum' i. e. quae aegre excusari potest. Scilicet purgat mater filios. Cfr. quae infra v. 872 sqq. Tiresias de eadem re iudicat.

V. 66. *πρὸς δὲ τῆς τύχης νοσῶν*] I. e. quamquam Fortuna ei causa malorum est, non filii qui includentes patrem necessitati paruerunt. De causis harum dirarum cfr. Proleg. Soph. Oed. R. rec. Wunder. ed. quint. p. 7.

V. 68. *θηκτῷ σιδήρῳ δῶμα διαλαχεῖν τόδε*] Proprie *δῶμα* de hereditate paterna intellegendum est, ut ad amussim Euripidis dictum respondeat Aeschyleo v. 785 sqq. *Τέκνοισιν δ' ἀρὰς ἐφῆκεν ἐπικότους τροφᾶς, Αἰαῖ, πικρογλώσσους ἀράς, Καί σφε σιδαρονόμῳ Διὰ χερὶ ποτὲ λαχεῖν Κτήματα.* Ac sic Iulianus Orat. VII p. 228 B haec habet: *ἡ τραγικὴ κατάρα ὑπὸ τοῦ δαίμονος εἰς ἔργον ἤγετο, τὰ πατρῷα γὰρ θηκτῷ σιδήρῳ διελάγχανον*, *τὰ πατρῷα* pro *δῶμα* dicens. — Infinitivus *διαλαχεῖν* pendet ex *ἀρὰς ἀρᾶται* ut ex verbo precandi. Ceterum posteriores scriptores saepe hunc versum Euripidis respiciunt, ut Plutarchus in Vita Pyrrhi cap. 9 *Tom.* I p. 388 A, tum de fraterno amore Tom. II p. 483 E.

V. 69 sq. *μὴ τελεσφόρους εὐχὰς θεοὶ κραίνωσιν*] '*Κραίνωσιν· Ἐκ παραλλήλου φησὶ τελεσφόρους τελειώσωσιν· ὤφειλε γὰρ ποιήσωσιν.*' SCHOL. Non est tamen hic pleonasmus, sed ut Latinum *efficere*, sic etiam Graecum *κραίνειν* saepe cum adiectivo componitur, veluti in Euripidis Medea v. 136 sq. dicitur: *Οὐδὲ συνήδομαι, ὦ γύναι, ἄλγεσι δώματος, Ἐπεί μοι φίλον κέκρανται.*

V. 70. *οἰκούντων ὁμοῦ*] Scil. *αὐτῶν*, de qua omissione vid. Krueg. I 47, 4, 3. Inutilis igitur coniectura Elmslei, qui in Diario class. n. XVI p. 420 scribendum existimat *οἰκούντοιν*, ut is sit dativus, appellans Aesch. Sept. 801 *Οἰδίπου γένει κραινων παλαιὰς Λαΐου δυσβουλίας.*

V. 71 sqq. *τὸν νεώτερον πάρος — Πολυνείκη κτἑ.*] Euripides hic vulgarem narrationem secutus est, Sophocles natu maiorem fecit Polynicem; cf. eius Oed. Colon. v. 376 sq. v. 1295. — Fortasse ad hunc locum pertinet Acci Phoen. fragm. III *Vicissitatemque imperitandi tradidit*, de quibus verbis vid. Ribbeck. de tragoedia Romana p. 476 sq. — Ceterum hic, v. 76, 290, 636, 1463 *Πολυνείκη* scripsit pro *Πολυνείκην* ex praecepto Elmsleiano Dindorfius. *Ἑτερόκλισιν* posterioris aetatis esse docui in Cur. epigr. p. 23 sq.

V. 74. Verbis *ἐνιαυτόν ἀλάσσοντα* (commutantem) adduntur

καθέζετ' ἀρχῆς, οὐ μεθίσταται θρόνων,
φυγάδα δ' ἀπωθεῖ τῆσδε Πολυνείκη χθονός.
ὃ δ' Ἄργος ἐλθών, κῆδος Ἀδράστου λαβών,
πολλὴν ἀθροίσας ἀσπίδ' Ἀργείων ἄγει·
ἐπ' αὐτὰ δ' ἐλθὼν ἑπτάπυλα τείχη τάδε,
πατρῷ' ἀπαιτεῖ σκῆπτρα καὶ μέρη χθονός.
ἐγὼ δ' ἔριν λύουσ' ὑπόσπονδον μολεῖν
ἔπεισα παιδὶ παῖδα πρὶν ψαῦσαι δορός.
ἥξειν δ' ὁ πεμφθείς φησιν αὐτὸν ἄγγελος.
ἀλλ' ὦ φαεννὰς οὐρανοῦ ναίων πτυχὰς
Ζεῦ, σῶσον ἡμᾶς, δὸς δὲ σύμβασιν τέκνοις.
χρὴ δ', εἰ σοφὸς πέφυκας, οὐκ ἐᾶν βροτὸν
τὸν αὐτὸν ἀεὶ δυστυχῆ καθεστάναι.

condiciones pactionis. Cfr. v. 477 sq.

Ibid. *ἐπεὶ δ' ἐπὶ ζυγοῖς· Ἀντὶ τοῦ ἐπὶ τῆς βασιλείας. Μετενήνοχε δὲ ἀπὸ τῶν κυβερνητῶν. τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ παρ' Ὁμήρῳ· Ζεὺς ὑψίζυγος. Ἐπὶ γὰρ τοῦ ὑψίστου ζυγοῦ καθήμενος, ὡς κυβερνήτης, πάντως φέρει τοὺς οἴακας.* SCHOL. In transtris enim gubernatori locus erat. Valckenarius comparavit Aeschyli Agam. v. 1617 sq. *Σὺ ταῦτα φωνεῖς νερτέρᾳ προσήμενος Κώπῃ, κρατούντων τῶν ἐπὶ ζυγῷ δορός.* Adde Eur. Ion. 595 *εἰς τὸ πρῶτον πόλεος ὁρμηθεὶς ζυγόν.*

V. 76. *φυγάδα ἀπωθεῖ* scil. reducem post annum et regnum reposcentem.

V. 78. *πολλὴν ἀθροίσας ἀσπίδ' Ἀργείων ἄγει*] Per *ἀσπίδα* significari *τοὺς ἀσπιδοφόρους*, i. e. *τοὺς ὁπλίτας* notum est. Et sic etiam historici saepe locuti sunt, atque *ἀσπὶς* ita significavit exercitum gravis armaturae, ut etiam adiectiva, quae ei notioni conveniunt, assumeret, veluti hoc loco *πολλὴ ἀσπίς* dicitur et apud Herodotum lib. V cap. 30 *ὀκτακισχιλίη ἀσπίς*, tum apud Xenophontem in Expeditione Cyri lib. I cap. 7 § 10 *ἀσπὶς μυρία καὶ τετρακοσία,* ad quem locum vide quae annotavit Kruegerus p. 59 ed. ampl.

V. 79. *ἑπτάπυλα*] Hom. Δ 466, λ 263 *Θήβης ἕδος ἑπταπύλοιο.*

V. 80. Verba *σκῆπτρα καὶ μέρη χθονός* leguntur etiam v. 601. Miramur pluralem *μέρη* fortasse propter *σκῆπτρα* a librariis pro *μέρος* positum.

V. 81. Valckenarius *λύσουσ'* scribi voluit. 'Verissimum *λύουσ'*. Iocasta colloquium parans filiorum *ἔλυε τὴν ἔριν*, componendi belli initium faciebat: non item *ἔλυσε*, quod illi matrem non audirent. Falluntur qui talia de sola voluntate agendi intellegunt: vere enim incipit actus, sed ob impedimenta caret eventu. Atque haec causa est, cur omnium harum locutionum proprium sit tempus aut praesens aut imperfectum. V. annot. ad Demosthen. p. 44, 5.' G. H. SCHAEFERUS. Etiam Latine eodem modo dicas: 'litem dirimens'.

V. 82. *ἔπεισα παιδὶ παῖδα*] Vide ann. ad v. 55.

V. 83. *ὁ πεμφθεὶς — ἄγγελος*] *Ὃς ἦν ὁ παιδαγωγός.* SCHOL. Id adeo mox v. 96 sqq. explicat ipse.

V. 86 sq. Valckenarius coniecit *βροτῶν*. Idem monuit hinc desumptum esse, quod apud Athenagoram legitur in legat. pro Christo cap. VI p. 22 *ὤφειλε δ', εἴπερ ἔστ' ἐν οὐρανῷ Ζεύς, μὴ τὸν αὐτὸν δυστυχῆ καθεστά-*

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

ὦ κλεινὸν οἴκοις Ἀντιγόνη θάλος πατρί,
ἐπεί σε μήτηρ παρθενῶνας ἐκλιπεῖν
μεθῆκε μελάθρων ἐς διῆρες ἔσχατον
στράτευμ' ἰδεῖν Ἀργεῖον ἱκεσίαισι σαῖς,
ἐπίσχες, ὡς ἂν προυξερευνήσω στίβον,
μή τις πολιτῶν ἐν τρίβῳ φαντάζεται,

ναι, unde sine iure praesidium petivit suae coniecturae parum idoneae *χρῆν*. Temere versus duos Usenerus expellit.

V. 88 sqq. *Ὁμηρικῷ ζήλῳ ἀνάγει Εὐριπίδης Ἀντιγόνην ἰδεῖν τὸ στράτευμα, ὥσπερ ἐκεῖνος Ἑλένην ἐποίησε· πλὴν ὅσον ἐκείνη μὲν τῷ Πριάμῳ δεικνύει τὰ τοῦ στρατεύματος, Ἀντιγόνη δὲ ὁ παιδαγωγὸς διηγεῖται.* SCHOL. Euripidem imitatus est Statius in Theb. lib. VII v. 243 sqq. Recte de hac scena, qua Homericam *τειχοσκοπίαν* imitatus est poeta, iudicavit qui scripsit ea quae supra p. 5 leguntur: *ἡ ἀπὸ τῶν τειχέων Ἀντιγόνη θεωροῦσα μέρος οὐκ ἔστι δράματος.* — Ex eis quae sequuntur cognoscimus paedagogum in solario regiae domus conspici (ut custodem in prologo Agamemnonis Aeschyl.) et colloqui cum Antigona adhuc intra aedes abdita.

V. 88. *ὦ κλεινὸν οἴκοις Ἀντιγόνη θάλος πατρί*] Haec recte paraphrastes sic descripsit: *Ὦ Ἀντιγόνη, ἔνδοξον τῷ πατρὶ βλάστημα ἐν τοῖς οἴκοις.* Etenim dativus commodi *πατρί*, de quo vide quae diximus ad v. 17, eo minus offensioni poterit esse hoc loco, quod adiunctum adiectivum *κλεινόν* rationem constructionis satis declarat.

V. 90. *μελάθρων ἐς διῆρες ἔσχατον*] Est quaedam breviloquentia in hac constructione. Ceterum per verba *μελάθρων διῆρες ἔσχατον* significatur 'id solarium, quod erat in altera contignatione regiae domus'. Contulit in hanc rem C. Hermannus Excerpt. ex Graecis *codd.* Mss. apud Nanios cod. CCXIV p. 491 *Διήρης· ὁ ὑπερῷος οἶκος· ὁ δίστεγος· Εὐριπίδης — μέλαθρον* [scribe *μελάθρων*] *ἐς διῆρες ἔσχατον.* Pollux IV 129 *ἡ δὲ διστεγία ποτὲ μὲν ἐν οἴκῳ βασιλείῳ διῆρες δωμάτιον, οἷον ἀφ' οὗ ἐν Φοινίσσαις ἡ Ἀντιγόνη βλέπει τὸν στρατόν.* Praeterea cfr. Beckeri qui Charicles inscribitur librum I p. 195 sq.

V. 91. *στράτευμ' ἰδεῖν Ἀργεῖον*] Cfr. Krueg. I 55, 3, 20.

Ibid. *ἱκεσίαισι σαῖς*] Est 'propter tuas preces' aut 'precibus tuis commota'. Simillimus locus est Sophoclis in Antigona v. 390 *σχολῇ ποθ' ἥξειν δεῦρ' ἂν ἐξηύχουν ἐγὼ ταῖς σαῖς ἀπειλαῖς, αἷς ἐχειμάσθην τότε.* Vide Matth. § 398 b. Krueg. I 48, 15, 5. Wex ad Antig. l. l. p. 161.

V. 92. *ἐπίσχες, ὡς ἂν προυξερευνήσω*] Rectissime iam Porsonus ad h. l. perspexit *ὡς ἄν* particulas in eiusmodi locis neutiquam idem quod *ἕως ἄν* vel *ἔστ' ἄν* significare, sed propriam vim suam servare, ut consilium actionis et finem denotent ad experientiam illum per *ἄν* particulam revocatum. Ad rem demonstrandam Porsonus ac Schaeferus adhibuerunt hymn. in Cerer. 160 *Εἰ δ' ἐθέλεις, ἐπίμεινον, ἵνα πρὸς δώματα πατρὸς Ἔλθωμεν.* Fortasse tamen etiam hoc loco ut alibi *ἕως* (per synizesin legendum) pro *ὡς* poni debet, quod suasit Hartungius. Cfr. Soph. O. C. 1361, Ai. 1117. De sententia cfr. Plaut. Mil. Gl. III 1, 1 *Cohibete intra limen etiam vos parumper, Pleusicles. Sinite me prius prospectare* etc.

V. 93 sq. *μή τις πολιτῶν ἐν τρίβῳ φαντάζεται κτἑ.*] Quod

κἀμοὶ μὲν ἔλθῃ φαῦλος ὡς δούλῳ ψόγος,
σοὶ δ' ὡς ἀνάσσῃ· πάντα δ' ἐξειδὼς φράσω
ἅ τ' εἶδον εἰσήκουσά τ' Ἀργείων πάρα,
σπονδὰς ὅτ' ἦλθον σῷ κασιγνήτῳ φέρων
ἐνθένδ' ἐκεῖσε δεῦρό τ' αὖ κείνου πάρα.
ἀλλ' οὔτις ἀστῶν τοῖσδε χρίμπτεται δόμοις,
κέδρου παλαιὰν κλίμαχ' ἐκπέρα ποδί·

Thomas Mag. s. v. φαντάσματα et scholiasta ad h. l. φαντάζεται interpretantur φαίνεται, per se falsum non est, quamquam alio quodam modo dicitur φαίνεται, alio φαντάζεται. Habet enim hoc vim adauctivam. — De modis indicativo et coniunctivo ab eodem μή suspensis recte iam statuerunt interpretes alterum esse visuri, quid sit vel non sit, alterum caventis, ne quid fiat, quod vitio verti possit. Vide G. Hermannum ad h. l., tum Krueg. I 54, 8, 12. Apposite comparavit iam Musgravius Lucian. Hermot. § 56 *Εἰδέναι δέ, ὅστις ὁ τἀληθῆ λέγων ἐστίν, ὅρα, μὴ οὐχὶ μόριόν ἐστιν ἡμέρας, ἀλλὰ πολλῶν ἡμερῶν δέηται.* Cfr. etiam Iph. T. 67 *ὅρα, φυλάσσου, μή τις ἐν στίβῳ βροτῶν.*

V. 94. Sententia eorum qui cum scholiastis φαῦλος interpretati εὐτελής, μικρός, ὀλίγος et φαῦλος ψόγος 'levis, facile contemnenda reprehensio' sensum ita intellegunt ut vertit Io. Minckwitzius: 'Und mich, den Sklaven, zwar geringer Tadel trifft, doch dich die Fürstin', parum probatur. Nam φαῦλος ψόγος dicitur ut αἰσχρὸν ὄνειδος, ὄνειδος οὐ καλόν, κὴρ οὐ καλή Soph. Phil. 477, 842, Trach. 454. Sensus igitur hic est: 'et mihi ut servo (levior), tibi ut dominae (gravior) reprehensio probrosa veniat'.

V. 96. ἅ τ' εἶδον εἰσήκουσά τ'] Ita incohavit orationem, quasi perrecturus esset: ἅ τ' εἰσήκουσα. Nam proprie debebat aut ἅ τ' εἶδον ἅ τ' εἰσήκουσα dicere aut: ἃ εἶδόν τ' εἰσήκουσά τε. Sed paene legitima illa mutatio constructionis est. Vide praeter A. Matthiaeum Gr. Gr. ampl. § 626 p. 1277 ed. II. Sommerum in Nov. annal. philol. et paedag. Vol. III p. 409 sq. Hartung. de part. Gr. ling. Vol. I p. 117.

V. 98. δεῦρό τ' αὖ] De τὲ αὖ coniunctis particulis dixi ad Luciani Gall. in Somn. § 22 p. 62 et ad Devarium Vol. II p. 209 sq. p. 749.

V. 99 sq. Dici poterat: ἀλλ' οὔτις γὰρ ἀστῶν τοῖσδε χρίμπτεται δόμοις, κέδρου κτέ. aut ἀλλ' οὔτις ἀστῶν τοῖσδε χρίμπτεται δόμοις, κέδρου οὖν κτέ., sed multo alacrior oratio est per asyndeton, neque ullo pacto probandus est A. Matthiaeus, qui verba: οὔτις ἀστῶν τοῖσδε χρίμπτεται δόμοις a reliqua oratione separavit. Cfr. Alc. 136 ἀλλ' ἥδ' ὀπαδῶν ἐκ δόμων τις ἔρχεται δακρυρροοῦσα, τίνα τύχην ἀκούσομαι; Iph. T. 64 ἀλλ' ἐξ αἰτίας οὔπω τινὸς πάρεισιν, εἶμ' εἴσω δόμων, Soph. Phil. 1153 ἀλλ' ἀνέδην ὅδε χῶρος ἐρύκεται, ἕρπετε.

V. 100. παλαιάν] Leutschius proposuit παλαιᾶς.

Ibid. κλίμακα] Scalas scaenicas et videre licet in Wieseleri Monum. scaen. (Denkmäler des Bühnenw.) IX 12 et 13 et memorat Athen. Mech. ed. Thevenot. Paris 1643 p. 8 κατεσκεύασαν δέ τινες ἐν πολιορκίᾳ κλιμάκων γένη παραπλήσια τοῖς τιθεμένοις ἐν τοῖς θεάτροις πρὸς τὰ προσκήνια τοῖς ὑποκριταῖς. Verum scalae non conspiciuntur, sed in interiore parte aedium sive post scaenam ductilem cogitandae sunt.

σκόπει δὲ πεδία καὶ παρ' Ἰσμηνοῦ ῥοὰς
Δίρκης τε νᾶμα, πολεμίων στράτευμ' ὅσον.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ὄρεγε νῦν ὄρεγε γεραιὰν νέᾳ
χεῖρ', ἀπὸ κλιμάκων [ποδὸς]
ἴχνος ἐπαντέλλων.

ΠΑΙ. ἰδού, ξύναψον, παρθέν'· εἰς καιρὸν δ' ἔβης·
κινούμενον γὰρ τυγχάνει Πελασγικὸν
στράτευμα, χωρίζουσι δ' ἀλλήλων λόχους.

ΑΝ. ἰὼ
πότνια παῖ Λατοῦς

V. 101 sq. Animadvertant tirones primum *σκοπεῖν πεδία* simpliciter construi, tum alio quodam modo *σκοπεῖν παρ' Ἰσμηνοῦ ῥοὰς Δίρκης τε νᾶμα*. Non enim probo scholiastarum explicationem, qui *παρά* etiam ad *πεδία* assumunt. Nobilissimi autem sunt Ismenus fluvius et Dircaeus fons propter Thebas fluentes.

V. 103 sqq. Hoc carmen, quod *ἀνομοιόστροφον* appellant grammatici, iure statuit G. Hermannus ad *παρομοιόστροφα* referendum esse, qui, cum A. Seidlerus de verss. dochm. p. 240 hoc carmen in strophas et antistrophas coegisset, rectissime docuit in Elem. doctr. metr. p. 750 sqq. constare quidem hoc carmen e similibus strophis, 'sed tamen inter se non respondentibus, et cum triplicem similitudinem hae strophae haberent, et numeri genere et initio et exitu stropharum, tamen quae dissimilia invenirentur non ab librariis, sed a poeta ipso profecta videri. Illam autem similitudinem, quae in fine stropharum posita esset, exstare magis, veluti v. 105 *ἴχνος ἐπαντέλλων*. v. 111 *πεδίον ἀστράπτει*. v. 116 *τείχεος ἥρμοσται* etc.

V. 103. *ὄρεγε νῦν, ὄρεγε*] 'Conspicitur, dum haec loquitur Antigona, capite tantum et pectore.' G. HERMANNUS. Ita *ἐπανατέλλων* i. e. 'ad te tollens' peraptum est; nam ut Sol vel Luna *ἀνατέλλει*, ita Antigonae figura magis magisque venit in conspectum. Recte igitur scholiasta: *ἐπανάγων· ἀπὸ τοῦ ἡλίου ἡ μεταφορά (καὶ γὰρ οὗτος εἰς ὑψηλὸν τοῦ οὐρανοῦ ἀναβαίνει)*. *Νῦν* pro *νὺν* metri causa ponitur ut *ἄρα* pro *ἆρα*. Vocabulum *ποδός* recte delevisse videtur Woelfflinus ut ex interpretatione adscriptum et dochmios turbans. Fortasse etiam *χέρ'* de Hartungi sententia scribendum.

V. 106. *Ἰδού* saepe eius est qui dicto audientem se esse significat. — *Σύναψον· ἅρμοσον τὴν χεῖρά σου τῇ ἐμῇ χειρί.* SCHOL.

V. 107. *Πελασγικόν: τὸ τῶν Ἀργείων, ἀπὸ Πελασγοῦ βασιλέως.* SCHOL. Cfr. v. 256.

V. 108. *χωρίζουσι δ' ἀλλήλων λόχους*] 'Separant autem inter se cohortem quisque suam', quae usque adhuc uno agmine, parum servato gentis ordine, ad urbem accesserant. Exposuit rem iam Eustathius ad Hom. Iliad. II p. 181, 21 *Ἰστέον, ὅτι τὸ κρῖνε κατὰ φῦλα ταὐτόν ἐστι τῷ φυλοκρίνει, ὃ συνετίθεντο οἱ μεθ' Ὅμηρον, καὶ ὅτι ἐξ Ὁμήρου παραφράσας Εὐριπίδης ἔφη τὸ χωρίζουσι δ' ἀλλήλων λόχους.*

V. 109 sq. Non mirum est Dianam potissimum invocari ab Antigona hoc loco terroris depellendi gratia, quod et deam severae virginitatis cultricem decebat coli a virgine et hoc

Ἑκάτα, κατάχαλκον ἅπαν
πεδίον ἀστράπτει.
ΠΑΙ. οὐ γάρ τι φαύλως ἦλθε Πολυνείκης χθόνα,
πολλοῖς μὲν ἵπποις, μυρίοις δ' ὅπλοις βρέμων.
ΑΝ. ἆρα πύλαι κλῄθροις χαλκόδετ' ἔμβολά τε
λαϊνέοισιν Ἀμφίονος ὀργάνοις
τείχεος ἥρμοσται;
ΠΑΙ. θάρσει· τά γ' ἔνδον ἀσφαλῶς ἔχει πόλις.

loco par erat id numen appellari, quod sagittis hostes petere atque aliquam belli partem sustinere posset. Vide infra v. 151 sqq. 190 sqq. Ex parte iam scholiasta rem recte existimavit.

V. 110 sq. κατάχαλκον ἅπαν πεδίον ἀστράπτει] E facili hac translatione colorem quendam duxit Heliodorus lib. IX cap. 14 p. 430, 9 ἀργυροῖς τε καὶ ἐπιχρύσοις τοῖς ὅπλοις τὸ πεδίον καταστράπτον. Similia ex Ennianis quidem versibus expressit Vergilius Aen. lib. XI v. 601 sq. *Tum late ferreus hastis horret ager campique armis sublimibus ardent*, ad quem locum Servius hunc ipsum locum Euripideum recte quasi formulae fontem attulit. Praeterea Valckenarius Lucretii lib. II v. 324 sq. comparavit: *Fulgur ibi ad coelum se tollit, totaque circum Aere renidescit tellus* etc. et de recentioribus Porsonus Miltoni Par. recuperat. III 326 The field, all iron, cast a gleaming brown.

V. 112. οὐ γάρ τι φαύλως ἦλθε Πολυνείκης χθόνα] Cfr. Rhesum v. 598 sq. Ἄνδρα δ' οὐ πέπυσθε σύμμαχον Τροίᾳ μολόντα Ῥῆσον οὐ φαύλῳ τρόπῳ; Hinc apparebit etiam scripturam cod. Taurinensis φαῦλος contra ceterorum librorum scripturam scholiastae auctoritate firmatam nihil valere posse.

V. 113. πολλοῖς μὲν .. μυρίοις δὲ eadem posita sunt figura qua πολλοῖς μὲν ... πολλοῖς δὲ dici solet.

V. 114. χαλκόδετ' ἔμβολά τε pro χαλκόδετά τ' ἔμβολα scripsit, ut dochmium restitueret A. Seidlerus. Fritzschius vult χαλκόδετ' ἔμβολ' ἐν. — Schol. adnotat ἔμβολα οἱ μὲν τοὺς καθέτας (quos nos dicimus Fallthüren, eosque tenet Hartungius), οἱ δὲ τοὺς στροφεῖς. Apparet vero, χαλκόδετα ἔμβολα esse repagula utrimque moenibus immissa.

V. 115. λαϊνέοισιν pro librorum λαϊνέοις propter metrum scripsit Seidlerus. — Schol. ὀργάνοις τοῖς ἔργοις, ἐκ τοῦ ποιοῦντος τὸ ποιούμενον· καὶ Σοφοκλῆς (fragm. 365) 'ξουθῆς μελίσσης κηρόπλαστον ὄργανον'. Notissima est et a poetis cum Graecis tum Latinis celebratissima fabula Amphiona lyrae cantu Thebanos muros exstruxisse. Expressit hoc Seneca in Phoenissis v. 566 sqq. *Poteris has Amphionis Quassare moles, nulla quas struxit manus, Stridente tardum machina ducens onus, Sed convocatus vocis et citharae sono Per se ipse turres venit in summas lapis?* Cfr. Pausan. VI 6. Apollod. III 5 § 5. Hygini Fab. VI et VII. Mythographum Maii I num. 97, II n. 74 n. 77. Sil. Ital. lib. XI v. 443 sqq. Universam rationem fabulae explicare studuerunt Horatius in Arte poetica v. 394 sqq. et Mythographus Maii III 8, 20 p. 212 ed. Bod. Vide C. O. Mülleri Geschichte hellen. Stämme u. Städte I 227. Lobeck. Aglaoph. Vol. I p. 752.

V. 117. θάρσει· τά γ' ἔνδον ἀσφαλῶς ἔχει πόλις] Ridet, ut videtur, hunc Euripidis locum Lucianus in Iove tragoedo § 3, ubi Iuppiter: Θάρσει, inquit, τὰ νέρθεν ἀσφαλῶς ἔχει θεοῖς. Sed hinc tamen non contenderim, quod visum est Porsono, Lucia-

ἀλλ' εἰσόρα τὸν πρῶτον, εἰ βούλει μαθεῖν.
ΑΝ. τίς οὗτος ὁ λευκολόφας,
πρόπαρ ὃς ἀγεῖται στρατοῦ
πάγχαλκον ἀσπίδ' ἀμφὶ βρα-
χίονι κουφίζων;
ΠΑΙ. λοχαγός, ὦ δέσποινα. ΑΝ. τίς πόθεν γεγώς;
αὔδασον, ὦ γεραιέ, τίς ὀνομάζεται;
ΠΑΙ. οὗτος Μυκηναῖος μὲν αὐδᾶται γένος,

num apud Euripidem πόλει pro πόλις legisse, quod praeter libros confirmat etiam scholiasta.

V. 118. ἀλλ' εἰσόρα τὸν πρῶτον, εἰ βούλει μαθεῖν] Quia Antigona potissimum ad singulares exercitus Argivorum viros, qui auctoritate praestarent, cognoscendos in superiorem aedium partem adscenderat, obscura esse non potuit oratio paedagogi, quod dixit tantummodo τὸν πρῶτον. Sic etiam v. 108 dixerat: χωρίζουσι δ' ἀλλήλων λόχους, non apposito ducum nomine, eoque minus hoc debet offensioni esse, quod Antigona cupida audiendi mox interrogatione sua satis prodit se paedagogi verba recte intellexisse.

V. 119. λευκολόφας] Formae λευκολόφας et λευκόλοφος ita inter se differunt, quasi nostro sermone dicas: 'der Weissbüschler' et 'der Weissbuschige'. Sic Aristophanes dixit in Acharn. v. 567 γοργολόφας. Plura eiusmodi nomina confinxit Lucianus in Tragodopodagra v. 198 sqq. Iis, quae Valckenarius ad l. l. et Elmsleius ad Aristoph. l. l. attulerunt, addas licet quem ego Clementi Alexandrino in Protrept. cap. II § 39 Vol. I p. 33, 18 ed. meae reddidi: Διόνυσον — χοιροψάλαν.

V. 120 sq. Schol. ὅστις ἔμπροσθεν ἡγεῖται τοῦ στρατοῦ ὁλόχαλκον ἀσπίδα περὶ τὸν βραχίονα βαστάζων. Cfr. Aesch. Sept. 487 ξὺν βοῇ παρίσταται Ἱππομέδοντος σχῆμα καὶ μέγας τύπος· ἅλω δὲ πολλήν, ἀσπίδος κύκλον λέγω, ἔφριξα δινήσαντος.

V. 123 sq. λοχαγός, ὦ δέσποινα] Nihil inepti in hac paedagogi responsione video. Nam cum Antigona interrogasset, quis ille esset, qui agmen duceret ante reliquum exercitum, recte responderi poterat a paedagogo esse hunc unum aliquem e septem illis ducibus, qui expugnatum Thebas venissent. Hi autem septem duces, quoniam λόχον unusquisque ducebat, proprio nomine λοχαγοὶ appellati sunt, in quam rem iam a scholiasta allatus est Sophoclis locus ex Antigona v. 141 sq. Ἑπτὰ λοχαγοὶ γὰρ ἐφ' ἑπτὰ πύλαις ταχθέντες ἴσοι πρὸς ἴσους ἔλιπον κτέ. Neque dissimile est Aeschyli Sept. adv. Theb. v. 42 λοχαγέται. Responsum paedagogi tum demum ineptum esset, si λοχαγός nihil aliud nisi ἡγεμόνα significaret. Nam ἡγεῖσθαι illum ipsa Antigona agnovit. Ceterum res dilucidior foret, si scriptum esset λοχαγὸς εἷς τῶν ἑπτά. Verum si inepti nihil in hoc loco invenitur, tamen valde inutiles sunt v. 123. 124, quos recte delevisse videtur Dindorfius.

V. 124. αὔδασον] Quod A. Matthiaeus αὔδησον scribendum putavit, cuius rationem secuti sunt Dindorfii, recte annotat G. Hermannus, cum hic trimeter cum melicis cohaereat, iure Euripidem Doricam formam praeferendam iudicavisse.

V. 125. Scholiasta Λερναῖα· ἀπὸ μέρους τὸ Ἄργος· Λέρνη γὰρ κρήνη καὶ πόλις τοῦ Ἄργους, quocum consentit Pomponius Mela II 3, 125. Mycenas autem, urbem Peloponnesi olim florentissimam, sedem regni Aga-

Λερναῖα δ' οἰκεῖ νάμαθ', Ἱππομέδων ἄναξ.
ΑΝ. *ἒ ἒ ὡς γαῦρος, ὡς φοβερὸς εἰσιδεῖν,*
γίγαντι γηγενέτᾳ προσόμοιος,
ἀστερωπὸς ἐν γραφαῖσιν, οὐχὶ πρόσφορος
ἁμερίῳ γέννᾳ.
τὸν δ' ἐξαμείβοντ' οὐχ ὁρᾷς Δίρκης ὕδωρ;
ἄλλος ἄλλος ὅδε τευχέων τρόπος.
τίς δ' ἐστὶν οὗτος; ΠΑΙ. *παῖς μὲν Οἰνέως ἔφυ*
Τυδεύς, Ἄρη δ' Αἰτωλὸν ἐν στέρνοις ἔχει.

memnonis, ita Alexandri Magni tempore excisam fuisse, ut ne vestigium eius apparuerit, notum est. Vide Strabonem VIII 6.

V. 126. *Ἱππομέδων Ἀριστομάχου, οἱ δὲ λέγουσι τοῦ Ταλαοῦ* (*Ἀριστομάχου . . λέγουσι* Th. Bartholdus, *τοῦ Ταλαοῦ* Matthiaeus scripsit cl. Apollod. III 6, 3. Libri *Ἀρίσταρχος τοῦ Ἰολαοῦ* habent) *τοῦ Βίαντος τοῦ Ἀμυθάονος τοῦ Κρηθέως τοῦ Αἰόλου* (*τοῦ Αἰόλου* interposuit Matthiaeus eodem auctore) *τοῦ Ἕλληνος τοῦ Διὸς παῖς, Ἱππομέδοντος Πολύδωρος ἢ Δημοφῶν.*

V. 127. *ὡς γαῦρος· ἐπηρμένος τῷ σώματι καὶ διὰ τοῦ σχήματος ἐμφανίζων τὸ αὔθαδες τῆς ψυχῆς.* SCHOL.

V. 128. *γίγαντι γηγενέτᾳ*] A. Seidlerus et G. Hermannus numerorum causa scripserunt *γίγαντί τε γηγενέτᾳ.* Rectius videtur Nauckius *γίγαντι* delere.

V. 129. Metri causa Burgesius *ἀστρωπὸς* scribit. Verbis *ἀστερωπὸς ἐν γραφαῖσιν* clipei stelliferi picturam designari putat Valckenarius cl. v. 1114 sqq. Haec cum neque ceteris apta neque satis dilucida sint, corruptela latius patere videtur. Fortasse poeta scripsit *προσόμοιος οἷ-*|*ος Στερόπης γραφαῖσιν* (qualis Steropes in tabulis). De Sterope filio Telluris cfr. Hesiod. Theog. 140.

V. 130. *ἁμερίῳ γέννᾳ*] *τῇ τῶν ἀνθρώπων γενέσει καὶ φύσει· ἁμέριοι γὰρ ἀπὸ τοῦ πρὸς ἡμέραν ζῆν.* SCHOL. V. Sophoclis Aiacem v. 398 et Antigonam v. 789, quibus in locis *ἁμέριοι ἄνθρωποι* dis opponuntur, Euripidis Iphig. Aul. v. 1331 *ἢ πολύμοχθον ἁμερίων* sc. *γένος.* Non usurpant autem tragici hanc vocem nisi Dorica forma.

V. 131. Hunc versum quem libri paedagogo tribuunt recte Hamakerus continuavit Antigonae. De Tydeo cfr. Aesch. Sept. 377 *Τυδεὺς μὲν ἤδη πρὸς πύλαισι Προιτίσιν βρέμει, πόρον δ' Ἰσμηνὸν οὐκ ἐᾷ περᾶν ὁ μάντις.* De verbo *ἐξαμείβειν* 'transire' significante cfr. Aesch. Pers. 130 *τὸν ἀμφίζευκτον ἐξαμείψας ἀμφοτέρας ἅλιον πρῶνα κοινὸν αἴας.* Fritzschius *Δίρκας* poscit.

V. 132. *ἄλλος ἄλλος· Ἄλλῳ, φησί, τρόπῳ πεποίκιλται οὗτος καὶ οὐχ ὥσπερ ἐκεῖνος. ἡ δὲ δευτέρα ἐπαγωγὴ τοῦ ἄλλος ὡς ἂν ἐπιθαυμάζοντός γε.* SCHOL.

V. 134. *Ἄρη* ex aliquot libris restituit Valckenarius. Meliores libri praebent *Ἄρην*, sed in v. 936, 1006, 1124 iidem fere *Ἄρη* et iam constat, poetas scaenicos ubique *Ἄρη* dixisse. Cfr. supra ad v. 72. De sententia schol. adnotat haec: *Ὡς ἔχοντος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς ἀσπίδος τὸν περὶ τοῦ συὸς πόλεμον. Καλλίμαχος· Εἶμι τέρας Καλυδῶνος, ἄγω δ' Αἰτωλὸν Ἄρηα. Τινὲς δὲ Ἄρη τὴν τῶν ὅπλων σκευήν· θέλει δὲ εἰπεῖν, ὅτι ἐγχωρίως καθώπλισται, ὡς οἱ Αἰτωλοί· τὸ δὲ στέρνον ἀντὶ τοῦ ὅλου σώματος εἶπεν. οἱ δὲ τὴν τῶν πολεμίων* (i. e. *τῶν πολεμικῶν*) *ἐπιθυμίαν καὶ τὴν ἐπιστήμην, ὡς τῶν Αἰτωλῶν ἄριστα πολε-*

ΑΝ. οὗτος ὁ τᾶς Πολυνείκεος, ὦ γέρον,
αὐτοκασιγνήτας νύμφας
ὁμόγαμος κυρεῖ;
ὡς ἀλλόχρως ὅπλοισι, μιξοβάρβαρος.
ΠΑΙ. σακεσφόροι γὰρ πάντες Αἰτωλοί, τέκνον,
λόγχαις τ' ἀκοντιστῆρες εὐστοχώτατοι.
[ΑΝ. σὺ δ', ὦ γέρον, πῶς αἰσθάνει σαφῶς τάδε;
ΠΑΙ. σημεῖ' ἰδὼν τότ' ἀσπίδων ἐγνώρισα,
σπονδὰς ὅτ' ἦλθον σῷ κασιγνήτῳ φέρων·
ἃ προσδεδορκὼς οἶδα τοὺς ὡπλισμένους.]
ΑΝ. τίς δ' οὗτος ἀμφὶ μνῆμα τὸ Ζήθου περᾷ

μούντων. Primam scholiastae rationem nuper probavit Bothius, quod eam solam explicandi causa posuit, postremam fere interpretes recentiores. V. Abreschii Animadv. in Aeschylum p. 256 (in App. crit. et exeg. in Aeschyl. tragoed. Vol. II p. 139 ed. Hal.), qui recte hunc locum composuit cum Aeschyli Agamemnone v. 76 sqq. Ὅ τε γὰρ νεαρὸς μυελὸς στέρνων ἐντὸς ἀνάσσων ἰσόπρεσβυς, Ἄρης δ' οὐκ ἔνι χώρᾳ κτέ. Cfr. ad eum locum Blomfield. et Wellauer. Aetolos autem, in barbarorum finibus positos, et fortissimos et vero ferocissimos fuisse permultis locis testantur scriptores veteres. Cfr. Polybium (lib. XIII fragm. 1) et Agatharchidem ap. Athenaeum lib. XII p. 527 b c, tum ithyphallum, quem servavit Duris ap. Athenaeum lib. VI p. 253 f. v. 29 sq. (in Duridis fragm. ed. Hulleman. Trai. ad Rh. 1841 p. 110) et quae ad eum locum annotavit Hullemanus p. 113 sq.

v. 135. οὗτος ὁ τᾶς Πολυνείκεος κτέ.] Οὗτός ἐστιν, ὦ γέρον, ὃς ὁμόγαμος καὶ ἀνὴρ τυγχάνει τῆς ἀδελφῆς τῆς νύμφης τοῦ Πολυνείκους, ἀντὶ τοῦ ὃς ἔχει τὴν ἀδελφὴν τῆς γυναικὸς Πολυνείκους, ὅς ἐστι σύγγαμβρος Πολυνείκους. Ἀργεία δὲ ἐλέγετο ἡ γυνὴ Πολυνείκους (cf. Apollod. III 6, 1), ἀφ' ἧς Θέρσανδρος, Δηϊπύλη δὲ ἡ τοῦ Τυδέως (cf. Apollod. I 9, 13), ἀφ' ἧς Διομήδης. SCHOL. Ne quis autem in tribus genetivis offendat, qui offenderunt Reiskium αὐτοκασιγνήτᾳ corrigentem, conferatur infra v. 159.

v. 138. μιξοβάρβαρος] Hesychius Tom. II p. 360, 21 Μιξοβάρβαρος· Οὔτε βάρβαρος οὔθ' Ἕλλην, ἀλλ' ἀμφοτέρων μετέχων. Scilicet in confinio Barbariae siti et Graecam armaturam et barbarorum habebant, ut aequo Marte cum utrisque belligerare possent. Id adeo paedagogus ipse v. 139 sq. accuratius explicat. De compositione vocabuli cfr. μιξοπάρθενος v. 1023, μιξόθηρας φῶτας Ion. 1161, μιξόμβροτος Aesch. Suppl. 569.

V. 141—144 non solum post v. 95 sqq. inutiles, sed etiam admodum insulsos delevit Stahlius (animadv. ad Eur. Phoen. crit. Bonn. 1856). Cfr. Leutschi Ind. Philol. vol. VI p. 170. Facilius agnoscebat ex longinquo paedagogus ducum species quam clipeorum insignia et post 139 sq. existimaveris scientiam Aetolorum ab Antigona intellegi. Versum 143 Valckenarius, cum in eo offendisset ut ex v. 97 repetito, reliquit propter vocabulum τότε, Geelius expulit τότ' in τάδ' mutato.

V. 145. ἀμφὶ μνῆμα τὸ Ζήθου] Zethus, Iovis et Antiopae filius, frater Amphionis, una cum hoc Thebarum conditor, sed durior moribus quam frater fuit. Hinc nobilissima illa altercatio nata quam poetae Amphiona in-

καταβόστρυχος, ὄμμασι γοργὸς εἰσ-
ιδεῖν νεανίας,
λοχαγός, ὡς ὄχλος νιν ὑστέρῳ ποδὶ
πάνοπλος ἀμφέπει;
ΠΑΙ. ὅδ' ἐστὶ· Παρθενοπαῖος, Ἀταλάντης γόνος.
ΑΝ. ἀλλά νιν ἁ κατ' ὄρη μετὰ ματέρος

ter et Zethum factam descripserunt; vide Platonis Gorgiam p. 484. E. p. 485 E cum scholiastis et fragm. Euripidis ex Antiopa 183—188 ed. N., tum facetam narrationem Horatii in Epist. lib. I ep. XVIII v. 41 sqq., ad quem locum annotavit Orellius Vol. II p. 463 hanc ipsam scenam repraesentatam esse in anaglypho apud Winckelmannum Monum. ined. Vol. II p. 113, ubi Amphion coram fratre lyram sub chlamydem abderet. Is autem Zethus dicitur maximum et celeberrimum monumentum sepulcrale prope Thebas habuisse. Vide schol. *ἐπίσημος γὰρ αὐτοῦ ὁ τάφος ὡς κτίστου τῆς πόλεως. Ἄλλως. κοινὸς μὲν ἀμφοῖν ὁ τάφος Ζήθου καὶ Ἀμφίονος, συλληπτικῶς δὲ εἶπε. τινὲς δέ φασι τὸν Ἀμφίονα* (*χωρὶς τεθάφθαι* supplet Barnesius) *ταῖς Προιτίσι*, Aesch. Sept. 527 *πέμπταισι προσταχθέντα Βορραίαις πύλαις* (*Παρθενοπαῖον*) *τύμβον κατ' αὐτὸν Διογενοῦς Ἀμφίονος*, Paus. IX 17, 3 *Ζήθῳ μνῆμα καὶ Ἀμφίονι ἐν κοινῷ γῆς χώματι.* — Fritzschius vult *μνήματα Ζήθου.*

V. 146 sq. *ὄμμασι γοργὸς εἰσιδεῖν νεανίας*] Aesch. Sept. 536 *ὃ δ' ὠμὸν, οὔτι παρθένων ἐπώνυμον φρόνημα, γοργὸν δ' ὄμμ' ἔχων προσίσταται.* Vocabulum *νεανίας* per synizesin legendum (*νανίας*) ut *νεανία* Iph. T. 647, *νεανιῶν* Aristoph. Vesp. 1069, *νεανικήν* ib. 1067.

V. 149 sq. Libri habent *ΠΑΙ. λοχαγός. ΑΝ. ὡς ὄχλος κτέ.* Delevit notas personarum post Marklandum G. Hermannus et in El. doctr. metr. p. 752 et in editione sua. — *ὡς* rationem reddit, cur ducem eum esse putet.

V. 150. *ὅδ' ἐστὶ Παρθενοπαῖος, Ἀταλάντης γόνος*] Parthenopaeum, Melanionis sive Martis filium ex Atalanta, Arcadem, in septem ducibus commemorant Euripides etiam in Supplic. v. 888 sq., tum Aeschylus in Sept. 547 sq. et Sophocles in Oedipo Coloneo v. 1320 sqq. Confusus hic est iam a veteribus scriptoribus cum Parthenopaeo, Talai filio, qua de re consule scholiastam ad Soph. Oed. Colon. l. l.: *Ἔνιοι οὐ τὸν Ἀταλάντης φασὶ Παρθενοπαῖον στρατεῦσαι, ἀλλὰ τὸν Ταλαοῦ, ὃν ἔνιοι διὰ τοῦ π Καλαὸν προσαγορεύουσι, καθάπερ Ἀρίσταρχος ὁ Τεγεάτης καὶ Φιλοκλῆς ἱστοροῦσι, συγγραφέων δὲ Ἑκαταῖος ὁ Μιλήσιος.* Genus Parthenopaei, Talai filii, explicat schol. ad h. l. ex Antimacho, Arcadis ex Hellanico. De nostro Parthenopaeo vide Apollodor. lib. III c. 6 § 3 et lib. III cap. 9 § 2 cum Heynii annott., de Parthenopaeo Talai eundem lib. I cap. 9 § 13.

V. 151 sq. *ἀλλά νιν ἁ κατ' ὄρη μετὰ ματέρος κτέ.*] Quod Atalanta venationis studiosissima fuit ideoque cultrix Dianae — memoratur enim in iis personis, quae venationi apri Calydonii interfuerint; vide Apollod. I 8, 2 —, commemorato eius nomine Antigona retinet hanc quasi ansam malae precationis in istius filium, quem illa dea, quacum eius mater venari soleat, perdat, quod expugnatum Thebas venerit. Dianam enim iam supra enarravimus ad v. 109 sq. cur potissimum invocaret Antigona. Nam quod scholiastae ad h. l. memorant, propterea optari Dianae potissimum ultionem ab Antigona, quod illud numen, olim cultum, postea autem desertum

Ἄρτεμις ἱεμένα τόξοις δαμάσασ' ὀλέσειεν,
ὃς ἐπ' ἐμὰν πόλιν ἔβα πέρσων.
ΠΑΙ. εἴη τάδ', ὦ παῖ· σὺν δίκῃ δ' ἥκουσι γῆν,
ὃ καὶ δέδοικα μὴ σκοπῶσ' ὀρθῶς θεοί.
ΑΝ. ποῦ δ' ὃς ἐμοὶ μιᾶς ἐγένετ' ἐκ ματρὸς
πολυπόνῳ μοίρᾳ;
ὦ φίλτατ' εἰπέ, ποῦ 'στι Πολυνείκης, γέρον.
ΠΑΙ. ἐκεῖνος ἑπτὰ παρθένων τάφου πέλας

ab Atalanta, gravem contra istam mulierem iram conceperit, id videtur ideo a grammaticis confictum esse, ut explicarent causam, quamobrem hic Diana appellaretur, certe abhorret ab huius loci et oratione et sententia ipsa. Nam satis idoneam causam istius precationis ipsa nominis commemoratio praebebat. Sic in Aristophanis Acharn. v. 92 commemorato Pseudartaba, quasi Persarum regis oculo, clamat Dicaeopolis: *ἐκκόψειέ γε Κόραξ πατάξας τόν γε σὸν τοῦ πρέσβεως* et in eius Pluto v. 180 commemorata Timothei turri dicit Cremylus: *ἐμπέσοι γέ σοι*, et quae alia id genus multa leguntur.

V. 152. *ἱεμένα*] *ὁρμωμένη*. GLOSS.

V. 155. ὃ pendet a verbo *σκοπῶσι*. Ceterum recte A. Matthiaeus: 'Verba,' inquit, 'videndi, adspiciendi, observandi saepe de dis usurpantur, iniuste factorum poenas exigentibus, proba contra remunerantibus. Vid. quae notavi Miscell. philol. II p. 19.' Euphemismus autem est, quod paedagogus rem non aperte eloquitur. De sententia cfr. 258 sqq. Veritatem addit eis Euripides, quae secundum Aeschylum Sept. 645 sqq. pictura Polynices ostentat clipei, in quo Iustitia hominem ducens picta est adscriptis verbis: (*Εἰμὶ Δίκη*) *κατάξω δ' ἄνδρα τόνδε καὶ πόλιν ἕξει πατρῴων δωμάτων τ' ἐπιστροφάς.*

V. 156. *ματρὸς* pro *ματέρος* scripsit L. Dindorfius. — Dici non potest, quod dicit Matthiaeus *in gr.* § 385, 1 *μιᾶς* hic ut *τῆς αὐτῆς* cum dat. coniunctum esse. Nam *ἐμοὶ* pendet ab *ἐγένετο* quamquam sensu etiam ad *μιᾶς* pertinet.

V. 158. *εἰπέ, ποῦ 'στι Πολ.*] Repetito *ποῦ* bene designari cupidum videndi animum Antigonae recte iam observavit scholiasta.

V. 159 sq. *ἑπτὰ παρθένων τάφου πέλας Νιόβης*] Negat Aristodemus apud scholiastam ad h. l. unquam Thebis monumentum liberorum Niobes visum esse, ut haec Euripides de suo invenisse videatur. Nimirum posteriore aetate eiusmodi monumentum monstrabatur ut Pausaniae, apud quem IX 17, 2 legimus haec: *ἀπέχει δὲ ἡ πυρὰ τῶν Ἀμφίονος παίδων ἥμισυ σταδίου μάλιστα ἀπὸ τῶν τάφων· μένει δὲ ἡ τέφρα καὶ ἐς τόδε ἔτι ἀπὸ τῆς πυρᾶς.* In numero autem liberorum Niobes videtur Euripides hic et in Cresphonte fragm. 453 N. vulgarem opinionem secutus esse, sed valde discrepant inter se scriptores veteres in hac re. Homerus enim sex filios totidemque filias tribuit Niobae, Hesiodus decem filios totidemque filias, Sappho novem filios novemque filias, alii etiam minorem numerum definiverunt, ut Hellanicus apud scholiastam ad h. l., ut vere iam Gellius Noct. Att. XX 7 dixerit: *miram et prope adeo ridiculam diversitatem fabulae apud Graecos poetas deprehendi super numero Niobae filiorum.* Varie autem ea fabula tractata est a poetis, de quibus cfr. potissimum Homeri Iliad. XXIV 602 sqq. Ovidii Meta-

Νιόβης Ἀδράστῳ πλησίον παραστατεῖ.
ὁρᾷς; ΑΝ. ὁρῶ δῆτ' οὐ σαφῶς, ὁρῶ δέ πως
μορφῆς τύπωμα στέρνα τ' ἐξῃκασμένα.
ἀνεμώκεος εἴθε δρόμον νεφέλας
ποσὶν ἐξανύσαιμι δι' αἰθέρος
πρὸς ἐμὸν ὁμογενέτορα, περὶ δ' ὠλένας
δέρᾳ φιλτάτᾳ βάλοιμ' ἐν χρόνῳ
φυγάδα μέλεον. ὡς

morph. VI 146 sqq. et quae commentatus est Heynius ad Apollodori Bibl. III 5, 6, ab historicis, de quibus v. schol. ad l. l. Heynium ad l. l., etiam a philosophis, de quibus comparetur Ciceronis Disp. Tusc. III 26, 63 cum annotat. nostra p. 351, tum ab artificibus, de quibus vide Plinii Hist. nat. XXXVI 4, 8 et potissimum K. B. Stark. Niobe und die Niobiden. Lips. 1863.

V. 159. *ἐκεῖνος* monstrantis est ut v. 180: ‘illic stat etc.’.

V. 160. *Ἀδράστῳ πλησίον παραστατεῖ*] *Εἰκότως τούτῳ παρίσταται καὶ τοῦτον θεραπεύει, δι' οὗ τὴν εἰς τὴν πατρίδα κάθοδον προσεδόκα αὐτῷ γενέσθαι.* SCHOL. Ceterum hic Euripides Adrastum in numerum septem illorum rettulit ex eorum ratione, quos etiam Apollodorus Bibl. III 6, 3 secutus est et Hyginus Fab. LXX, contra ipse in Supplic. v. 872 sqq. Eteoclum pro Adrasto nominat, quod idem fecerunt Aeschylus in Sept. v. 458 sqq. et Sophocl. in Oed. Colon. v. 1316 sqq. Animadvertit discrepantiam iam script. argum. Aeschyleae tragoediae, quem laudavit G. Hermannus, tum scholiasta Euripidis ad huius fabulae v. 181.

V. 162. *μορφῆς τύπωμα στέρνα τ' ἐξῃκασμένα*] Expressit haec Iulianus Orat. VIII p. 247 D: *Οὐχὶ σαρκία καὶ νεῦρα καὶ μορφῆς τύπωμα στέρνων τε ἐξεικασμα πρὸς ἀρχέτυπον σώματος.* Cfr. Wyttenb. Ep. crit. p. 23.

V. 163 sq. *ἀνεμώκεος εἴθε δρόμον νεφέλας κτἑ.*] Hunc locum imitatus videtur Seneca in Phoen. v. 420 sq.: *Quis me procellae turbine insanae vehens Volucer per auras ventus aetherias aget?* Cfr. etiam Soph. Oed. Col. v. 1081 sqq.: *Εἴθ' ἀελλαία ταχύρρωστος πελειὰς Αἰθερίας νεφέλας Κύρσαιμι, τῶνδ' ἀγώνων Αἰωρήσασα τοὐμὸν ὄμμα*, fragm. 432 *γενοίμαν αἰετὸς ὑψιπέτας κτἑ.*, Aesch. Suppl. 780 *μέλας γενοίμαν καπνὸς νέφεσι γειτονῶν Διός*, Eur. Hipp. 733 *πτεροῦσσαν ὄρνιν θεὸς ἔν με ποταναῖς ἀγέλαις θείη κτἑ.*, Iph. T. 1137 *Λαμπρὸν ἱππόδρομον βαίην, Ἔνθ' εὐάλιον ἔρχεται πῦρ.*

V. 166. *βάλοιμ' ἐν χρόνῳ* Hermannus posuit pro *βάλοιμι χρόνῳ* productione non ferenda. De *ἐν χρόνῳ* ut *χρόνῳ* 295. 305 ‘post longum tempus, tandem’ significante v. Krueg. II 48, 2, 11.

V. 167. *φυγάδα μέλεον*] Olim haec verba quasi appositionem ad antecedentia *πρὸς ἐμὸν ὁμογενέτορα* rettulerunt, quod per rationem grammaticam fieri nequit. Nunc recte interpretes inde a Porsono haec omnia coniunxerunt: *περὶ δ' ὠλένας δέρᾳ φιλτάτᾳ βάλοιμι ἐν χρόνῳ φυγάδα μέλεον*, ut hanc constructionem habeamus: *δέρᾳ φιλτάτᾳ ὠλένας περιβάλοιμι φυγάδα μέλεον*, in quibus accusativus *φυγάδα μέλεον* pendet a dictione *δέρᾳ φ. ὠλ. περιβάλοιμι* ut ab una notione amplectendi. Cfr. Bacch. 1288 *τὸ μέλλον καρδία πήδημ' ἔχει*, Hec. 812 *ποῖ μ' ὑπεξάγεις πόδα*, ad quem locum cfr. Pflugkii notam, El. 208 *ψυχὰν τακομένα δωμάτων πατρίων φυγάς*, infra v. 1549 et quae Trawinski de accusativi ex phr

ὅπλοισι χρυσέοισιν ἐκπρεπής, γέρον,
ἑῴοις ὅμοια φλεγέθων βολαῖς [ἀελίου].
ΠΑΙ. ἥξει δόμους τούσδ᾽, ὥστε σ᾽ ἐμπλῆσαι χαρᾶς,
ἔνσπονδος. *ΑΝ.* οὗτος δ᾽, ὦ γεραιέ, τίς κυρεῖ,
ὃς ἅρμα λευκὸν ἡνιοστροφεῖ βεβώς;
ΠΑΙ. ὁ μάντις Ἀμφιάραος, ὦ δέσποιν᾽, ὅδε·
σφάγια δ᾽ ἅμ᾽ αὐτῷ, γῆς φιλαίματοι ῥοαί.
ΑΝ. ὦ λιπαροζώνου θύγατερ Ἁλίου
Σελαναία, χρυσεόκυκλον φέγγος,
ὡς ἀτρεμαῖα κέντρα καὶ σώφρονα

sibus apti apud tragicos Graecos usu. Berol. 1865 collegit.

V. 168. Duos dochmios restituit Fritzschius: ὅπλοις χρυσέοις, ὦ γέρον, ἐκπρεπής.

V. 169. ἑῴοις ὅμοια φλεγέθων βολαῖς] De accusativo ὅμοια pro adverbio posito vide Krueg. I 46, 5, 9 et infra ad v. 311. Ὅμοιον ὥστε habetur Or. 697, Soph. Ant. 586.

Ibid. ἀελίου, pro quo G. Hermannus ἁλίου scripsit, induxi, ut duos dochmios restituerem. Sunt autem βολαὶ ἑῷοι i. q. βολαὶ Ἕω, Aurorae splendores.

V. 171. Τὸν Ὁμηρικὸν μιμεῖται ὁ Εὐριπίδης Μενέλαον, ὑπόσπονδον Πολυνείκην ἄγων εἰς τὰς Θήβας, ὡς ἐκεῖνος εἰς τὴν Ἴλιον εἰσῆλθε καταθησόμενος τὸν πόλεμον. SCHOL. Comparare iubet Bothius Iliad. III, 206. Dictyn Cret. I, 4 sqq.

Ibid. habent libri fere omnes τίς πόθεν κυρεῖ ex v. 123. Restituerunt ex uno libro editores τίς κυρεῖ admoniti glossemate in cod. Guelf. adscripto ἢ τὸ κυρεῖ περισσὸν ἢ τὸ πόθεν.

V. 172. ὃς ἅρμα λευκὸν ἡνιοστροφεῖ] Λευκὸν τὸ ἅρμα φησὶ διὰ τοὺς ἵππους· ἐκ γὰρ τῶν ἵππων τὸ ἅρμα λέγει. SCHOL.

V. 174. σφάγια δ᾽ ἅμ᾽ αὐτῷ] Cf. infra v. 1109 sqq.: Εἰς δὲ Προιτίδας Πύλας ἐχώρει σφάγι᾽ ἔχων ἐφ᾽ ἅρμασιν Ὁ μάντις Ἀμφιάραος. Ceterum φιλαίματοι ῥοαί in sqq. interpretatus est G. Hermannus αἵματος πολλοῦ ῥοαί, 'sanguine plenas libationes', sed rectius senserunt veteres interpretes: τὸ ἐπίθετον τῆς γῆς ἐπὶ τὰ σφάγια μετήγαγεν, οἱ δὲ γράφουσι 'γῆς φιλαιμάτου'. οἱ δὲ τὸ τέλειον 'φιλαιμάτοιο' λέγουσιν, unde aliquot libri pro varia lectione exhibent γῆς φιλαιμάτου. Licentia Graecorum poetarum propria pro φίλαι αἵματος ῥοαί concessit φιλαίματοι ῥοαί. Itaque ad gen. γῆς notio φίλαι eadem ratione pertinet ac si germanice dixeris 'liebe Blutspenden der Erde' pro 'Blutspenden welche der Erde lieb sind'. Quod autem Musgravius scripsit χοαί pro ῥοαί, non videtur necessarium esse.

V. 175. Burgesius coniecit λιπαρόζωνος.

Ibid. θύγατερ Ἁλίου] Ἡσίοδος (Theog. v. 371) φησὶν ἀδελφὴν Ἡλίου εἶναι τὴν Σελήνην· Θεία δ᾽ Ἠέλιόν τε μέγαν λαμπράν τε Σελήνην Γείνατο· Αἰσχύλος δὲ καὶ φυσικώτεροι θυγατέρα, παρόσον ἐκ τοῦ ἡλιακοῦ φωτὸς μεταλαμβάνει, ἀμέλει καὶ πρὸς τὰς ἡλιακὰς ὑποστάσεις μεταμορφοῦται ἡ σελήνη. SCHOL. Cfr. quae disserit M. Hauptius in Herm. I p. 26 ad refutandam coniecturam Badhami, qui Λατοῦς, vel Naucki, qui ἁ Λατοῦς scripsit pro Ἀελίου — sic enim exhibent libri: Ἁλίου Hermannus emendavit.

V. 176. Σελαναία] Defendit hanc formam Lobeckius in Paralip. p. 311.

V. 177 sq. ὡς ἀτρεμαῖα κέν-

πώλοις μεταφέρων εὐθύνει.
ποῦ δ' ὃς τὰ δεινὰ τῇδ' ἐφυβρίζει πόλει
Καπανεύς; ΠΑΙ. ἐκεῖνος προσβάσεις τεκμαίρεται
πύργων ἄνω τε καὶ κάτω τείχη μετρῶν. 181

ΑΝ. ἰώ,
Νέμεσι καὶ Διὸς βαρύβρομοι βρονταί,
κεραυνῶν τε φῶς αἰθαλόεν, σύ τοι
μεγαλαγορίαν ὑπεράνορα κοιμίζεις·

τρα καὶ σώφρονα πώλοις μεταφέρων εὐθύνει] Rectissime haec explicavit scholiasta: λίαν ἡσύχως καὶ εὐτάκτως τὴν μάστιγα ἔνθεν κἀκεῖθεν φέρων τοῖς πώλοις, ἰθύνει, αὐτοὺς δηλονότι, ἤγουν εἰς ὀρθὸν ἄγει neque aliter Eustathius p. 557, 35 τοῦ δὲ μάστιξε περίφρασις ἀλλαχοῦ τὸ νώτῳ δ' ἐπέβαλλεν ἱμάσθλην· τὸ δὲ τραγικὸν περιφραστικώτερον ἐν τῷ κέντρα μεταφέρων ἰθύνει, nisi quod in eius editionibus μετάφρενον circumfertur. In scholiastae oratione facile intellegitur verbis ἔνθεν κἀκεῖθεν explicari vim praepositionis μετά, ut mirer G. Hermannum, qui, καί particula ante σώφρονα eiecta, ἔνθεν ἐκεῖσε ex Euripidis oratione excidisse ratus, offensus etiam in pyrrichio μετα, totum locum ita constituerit: ὡς ἀτρεμαῖα κέντρα σώφρονα πώλοις***** μεταφέρων ἰθύνει. [Numeros satis laborantes sic restituerim: ὡς ἀτρεμαῖα κέντρα καὶ σωφρόνως Πώλων, μεταφρένοις vel potius Μεταφρένοις πώλων φέρων εὐθύνει.] Ceterum εὐθύνει scripsi, non ἰθύνει quod libri exhibent. Nam tragici formam εὐθύνειν usurpant, librarii epico usu ut saepe deducti aliquoties ἰθύνειν intulerunt. Ita Hipp. 1227 optimus liber et alii εὐθύνοι, reliqui dant ἰθύνοι, Aesch. Pers. 773 lib. Med. ἤθυνεν a pr. m., ἴθυνεν a correctore habet, ib. 764 in lib. Mediceo εὐθυντήριον, in aliis ἰθυντήριον legitur, ib. 860 ἐπέ.θυνον eraso υ ante θ in libro Med.

V. 179. ἐφυβρίζει] Μετὰ ὕβρεως ἀπειλεῖ τὰ χαλεπὰ τῇ πόλει. SCHOL. Aeschyl. Sept. v. 426: Πύργοις δ' ἀπειλεῖ δείν', ἃ μὴ κραίνοι τύχη· θεοῦ τε γὰρ θέλοντος ἐκπέρσειν πόλιν καὶ μὴ θέλοντός φησιν οὐδὲ νιν Διὸς κεραυνὸν ἐνσκήψαντ' ἂν ἐμποδὼν σχεθεῖν, infra v. 1175. De structura verbi ἐφυβρίζειν cfr. Soph. Ai. 1385 οὐδ' ἔτλης θανόντι τῷδε ζῶν ἐφυβρίσαι μέγα.

V. 180 sq. ἐκεῖνος προσβάσεις τεκμαίρεται κτέ.] ἐκεῖνος προσβάσεις scripsit Valckenarius. Libri ἐκεῖνος ἑπτὰ προσβάσεις praebent. — De ἐκεῖνος cfr. ad v. 159. De Capaneo comparavit Valckenarius praeter Philostrati Imag. I 6. Statii Theb. X 840 *Ardua mox torvo metitur culmina visu.*

V. 182. βαρύβρομοι βρονταί] Hunc locum risit Lucianus in Timone § 1 ποῦ σοι νῦν ἡ ἐρισμάραγος ἀστραπὴ καὶ ἡ βαρύβρομος βροντὴ καὶ ὁ αἰθαλόεις — κεραυνός;

V. 183. κεραυνῶν scripsit Nauckius secutus Hermannum qui κεραυνοῦ coniecit pro κεραύνιόν metri causa.

V. 184. μεγαληγορίαν (debebat μεγαλαγορίαν scribere, ut monet Hermannus) recte Valckenarium pro μεγαλανορίαν posuisse apparet. Cfr. Aesch. Sept. 443 Καπανεὺς . . πέμπει γεγωνὰ Ζηνὶ κυμαίνοντ' ἔπη· πέποιθα δ' αὐτῷ ξὺν δίκῃ τὸν πυρφόρον ἥξειν κεραυνόν, Soph. Ant. 127 Ζεὺς γὰρ μεγάλης γλώσσης κόμπους ὑπερεχθαίρει καὶ . . παλτῷ ῥίπτει πυρὶ βαλβίδων ἐπ' ἄκρων ἤδη νίκην ὁρμῶντ' ἀλαλάξαι. Cum ὑπεράνορα μεγαλαγορίαν cfr. Aesch. Sept. 425 ὁ κόμπος

ὅδ' ἐστίν, αἰχμαλωτίδας
ὃς δορὶ Θηβαίας Μυκήναις φησὶν
Λερναίᾳ τε δώσειν τριαίνᾳ,
Ποσειδανίοις Ἀμυμωνίοις
ὕδασι, δουλείαν περιβαλών;
μήποτε μήποτε τάνδ', ὦ πότνια,
χρυσεοβόστρυχον ὦ Διὸς ἔρνος
Ἄρτεμι, δουλοσύναν τλαίην.

ΠΑΙ. ὦ τέκνον, εἴσβα δῶμα καὶ κατὰ στέγας
ἐν παρθενῶσι μίμνε σοῖς, ἐπεὶ πόθου
εἰς τέρψιν ἦλθες ὧν ἔχρῃζες εἰσιδεῖν.
ὄχλος γάρ, ὡς ταραγμὸς εἰσῆλθεν πόλιν,
χωρεῖ γυναικῶν πρὸς δόμους τυραννικούς.

δ' οὐ κατ' ἄνθρωπον φρονεῖ. Praeterea sunt qui quod liber F exhibet *κοιμίζοις* praeferant, quod mihi, verum ut dicam, propter usum *τοὶ* particulae vix Graecum esse videtur. Vide quae ad Devarium vol. II p. 735 sqq. explicavimus. Significat autem *κοιμίζεις* 'tu is es qui consopias'. Cfr. Soph. Phil. 112 *αἱρεῖ τὰ τόξα ταῦτα τὴν Τροίαν μόνα.*

V. 186. Emendationem *Μυκήναις φησὶν* — verbum dicendi etiam scholiastae desiderant — elicui ex singulari scriptura cod. Marciani *Μυκηνηίσι.* Alii libri exhibent *Μυκήνεσι* vel *Μυκήναισι.*

V. 187. *Λερναίᾳ τε δώσειν τριαίνᾳ*] 'Locum esse, qui dictus sit *Λερναία τρίαινα*, auctoribus scholiasta et Nonno VIII 242 monuit R. Ungerus in Thebanis paradoxis Vol. I p. 193, qui de rebus Thebanis et diligentissime et copiosissime exposuit. Picturis et commentatione docta fabulam Amymonae illustravit Otto Iahnius in Vasorum picturis Hamburgi editis a. 1839 cap. V.' G. HERM. Scholiastae adnotant: *ὁ δὲ νοῦς· οὗτός ἐστιν ὁ τὰς Θήβας* (lege *Θηβαίας*) *δορὶ καὶ πολέμῳ παραδώσειν αἰχμαλώτους ταῖς Μυκηναίων καὶ ταῖς Ἀργείων γυναιξὶν ἀπειλῶν, ἀποκαταστήσειν τε ἐν Λέρνῃ καὶ τῇ Ἀμυμώνῃ τῇ γενομένῃ ἐκ τῆς τοῦ Ποσειδῶνος τριαίνης ἐπαγγελλόμενος αὐτὰς ὥστε ὑδρεύσασθαι ἐκ τούτου δούλας γενομένας* et *τὸν Ὁμηρικὸν δὲ Ἕκτορα ἐμιμήσατο φάσκοντα πρὸς Ἀνδρομάχην· 'καί κεν ὕδωρ φορέοις Μεσσηΐδος ἢ Ὑπερείης'* (Il. VI 457).

V. 196. *ὄχλος γάρ, ὡς ταραγμὸς κτέ.*] *ὡς ταραγμὸς εἰσῆλθεν εἰς τὴν πόλιν* (nempe tumultus et perturbatio animorum), *ὄχλος γυναικῶν χωρεῖ εἰς τὰ βασίλεια, ἵν' ᾖ ὁ νοῦς· παραγενομένων τῶν Ἀργείων καὶ πολεμούντων τοῖς Θηβαίοις, ὄχλος γυναικῶν εἰς τὰ βασίλεια παραγέγονεν. λέγει δὲ τὰς τοῦ χοροῦ γυναῖκας, αἵτινες νεωστὶ ἦσαν ἀπὸ Φοινίκης ἐλθοῦσαι.* SCHOL. Repetitur igitur ingressus chori similiter atque in Aeschyl. Sept. inde quod tumultu hostili maxime feminarum animi perturbati et perterriti sint. Residet autem scrupulus quem de nexu sententiarum movit Valckenarius, praesertim cum feminae chori non Thebanae, sed Tyriae sint. Valckenarius coniecit *ὅσπερ ἔναγχος* (vel *ὅσπερ ἀρτίως ἦλθεν*), Geelius *ὃς τ. εἰσ. πόλει*, Stahlius *ᾧ ταραγμὸς εἰσῆλθεν πολὺς* parum probabiliter, melius Heimsoethius (stud. crit. p. 413) *ὃς θυραῖος* proposuit. Non liquet.

φιλόψογον δὲ χρῆμα θηλειῶν ἔφυ,
σμικράς τ' ἀφορμὰς ἢν λάβωσι τῶν λόγων,
πλείους ἐπεισφέρουσιν· ἡδονὴ δέ τις
γυναιξὶ μηδὲν ὑγιὲς ἀλλήλας λέγειν.

ΧΟΡΟΣ.

(στρ. α'.)

Τύριον οἶδμα λιποῦσ' ἔβαν
ἀκροθίνια Λοξίᾳ
Φοινίσσας ἀπὸ νάσου
Φοίβῳ δούλα μελάθρων,
ἵν' ὑπὸ δειράσι νιφοβόλοις
Παρνασοῦ κατενάσθην,

V. 198. φιλόψογον χρῆμα θηλειῶν ἔφυ] Cfr. Androm. 181 ἐπίφθονόν τι χρῆμα θηλείας φρενός, Krueg. I 47, 6, 2.

V. 199. Stobaeus 73, 36 pro λόγων praebet ψόγων, quod non accipiendum.

V. 201. Liber Marcianus habet ἀλλήλαις, ceteri fere ἀλλήλας, quod primus Musgravius recepit. Rectissime Porsonus: ἀλλήλαις λέγουσιν est 'dicunt inter se', ἀλλήλας λέγουσιν 'dicunt altera de altera'.

V. 202. Recitare videntur priorem stropham et antistr. duces hemichoriorum, epodum coryphaeus, dum chorus iter facit in orchestram, alterum vero stropharum par hemichoria postquam in suam stationem pervenit chorus.

V. 203. ἀκροθίνια Λοξίᾳ] Vidit G. Hermannus in praef. ad hanc fabulam p. XI sqq. hic et v. 284, ubi hae virgines se dicunt esse δορὸς ἀκροθίνιον, ea verba non ita interpretanda esse, ut ipsas captivas hic haberemus virgines, sed videri illas selectas e Tyria urbe, cognata per Agenoridas Thebanae, mittique ad Apollinem Delphicum propter aliquam victoriam, quam de hoste non nominato a poeta rettulisse Agenoridae viderentur; ἀκροθίνια enim etiam latius patere nec solum de ipsis praedae primitiis dici, sed significare quidquid in aliquo numero praestantissimum esset. Hoc per se non est improbabile, sed haec probabiliora mihi videntur esse: illas virgines selectas, ut ipsae dicunt, e Tyria urbe mitti quidem propter victoriam olim ab Agenoris filio Phoenice de Tyro vetere reportatam, verum non ex expugnatae urbis praeda mitti, id quod per temporis rationem fieri non potest, sed in memoriam expugnatae urbis. Sic illae sunt ἀκροθίνια quidem expugnatae Tyri, sed tamen et iuvenili aetate et ex cognata Thebis urbe oriundae. Vestigia talis moris Euripides ex aliqua historia reprehendisse videtur. Nam sine exemplo vix poterat haec omnia fingere. De simili dedicatione fatidicae Tiresiae filiae, per Epigonos expugnatis Thebis facta, Valckenarius comparavit Diodorum Siculum IV 56 cum annot. Wesselingi.

V. 205. Φοίβῳ δούλα μελάθρων] De dativo Φοίβῳ vide quae supra ad v. 17 annotavimus, coll. v. 203. De ἱεροδούλοις autem cf. A. Hirti librum: Die Hierodulen, mit Beilagen von A. Boeckh und Phil. Buttmann. Berol. 1818.

V. 207. κατενάσθην] 'ubi domicilium mihi constitutum est', ut scholiasta annotat: ὅπου ἐν Φοινίκῃ κατετάχθην οἰκῆσαι. Cfr. λάτρις γενόμαν v. 221. Itaque non opus esse videtur correctione κατενάσθη (scil. Φοῖβος), quam amicus Kingi fecit.

Ἰόνιον κατὰ πόντον ἐλά-
τᾳ πλεύσασα, περιρρύτων
ὑπὲρ ἀκαρπίστων πεδίων
Σικελίας Ζεφύρου πνοαῖς
ἱππεύσαντος, ἐν ἀρμένῳ
κάλλιστον κελάδημα.

(ἀντ. α΄.)

πόλεος ἐκπροκριθεῖσ᾽ ἐμᾶς
καλλιστεύματα Λοξίᾳ
Καδμείων ἔμολον γᾶν,

V. 208. Ἰόνιον κατὰ πόντον] 'Quod mare hoc intellegendum sit, docet Eustathius ad Dionysium v. 92 λέγουσι δέ τινες καὶ τὸ ἀπὸ Γάζης μέχρις Αἰγύπτου πέλαγος Ἰόνιον λέγεσθαι ὁμοίως ἀπὸ τῆς Ἰοῦς, quae sumpta sunt ex Stephano Byzantio [p. 147, 25 ed. Westerm.], apud quem nunc perturbata est scriptura. Per illud igitur mare dum vehuntur navi choricae virgines, quoniam adversus ab Siculo mari Zephyrus impedit, quominus Delphos navigare possint, remigando Thebas veniunt.' G. HERMANNUS. Fortasse Ἰόνιος πόντος ex sensu Phoenicum latiorem vim habet, ut mare Graecum sive Aegeum significet. Ceterum recte ab aliis et ex universo rei contextu et ex v. 281 sqq. efficitur, virgines non vento delatas, sed consulto missas esse Thebas.

V. 209 sqq. περίρρυτα ἀκάρπιστα πεδία Σικελίας dici aequora ponti, quae circum Siciliam aestuent, recte intellexerunt hodie interpretes, et ἀκάρπιστα πεδία quidem in imitationem Homericae vocis θάλασσα ἀτρύγετος appellari mare praeter schol. ad h. l. iam Eustathius ad Iliad. p. 1003, 60 et scholiasta Venet. ad Iliad. ο 27 annotarant. Euripidis vocem expressit Horatius Carm. IV 4, 43 sq. *Ceu flamma per taedas vel Eurus Per Siculas equitavit undas*, ad quem locum de equitandi quidem verbo assimilavit Orellius Vet. Poet. *in fragm.* Censorino subiecto c. 14 *Eure, beato lumine volitans, qui per coelum candidus equitas.*

V. 212 sq. Libri exhibent satis absurde ἐν οὐρανῷ: scripsi ἐν ἀρμένῳ, 'in armamentis', in quibus stridet ventus. Cfr. Iph. T. 430 πλησιστίοισι πνοαῖς συριζόντων κατὰ πρύμναν εὐναίων πηδαλίων αὔραις ἐν Νοτίαις ἢ πνεύμασι Ζεφύρου. Verba autem ἐν . . κελάδημα per se stant et quam adamat Euripides liberiorem appositionem ad universam causam continent. Cfr. Heindorf. ad Plat. Gorg. § 135, Krueg. I 57, 10, 10 et II 57, 10, 6. — Ceterum adnotat schol.: κάλλιστον δέ φησιν αὐτὸν ἔχειν πνεῦμα, εἰ καὶ ἐναντίον τῷ χορῷ γέγονεν, ὅτι ἡδύς ἐστιν ὁ Ζέφυρος θέρους ὥρᾳ πνέων εἰς εὐρωστίαν· καὶ Ὅμηρος· 'ἀλλ' αἰεὶ Ζεφύροιο λιγὺ πνείοντος ἀήτας' κτέ. (Od. 4, 6, 567).

V. 214. ἐκπροκριθεῖσ᾽] Ἐπιλεχθεῖσα ἐγὼ ἐκ τῆς ἐμῆς πόλεως, ὡς καλλίστευμά τι καὶ ἄγαλμα τῷ Λοξίᾳ. Ὡς πρὸς σημαινόμενον δὲ ἀπέδωκεν· ἐκ πολλῶν γὰρ ὁ χορός. SCHOL. Scilicet cum dixisset ἐκπροκριθεῖσα, mox dixit καλλιστεύματα. Sic v. 202 sq. λιποῦσα et ἀκροθίνια dicta sunt.

V. 216. Libri plerique Καδμείων δ᾽ (Λοξίᾳ· Καδμείων δ᾽ ἔμολον). Cum non in uno enuntiato idem repetendum sit — nam ἐκπροκριθεῖσα . . Λοξίᾳ idem quod ἀκροθίνια Λοξίᾳ —, recipienda lectio cod. F Καδμείων ἔμολον.

κλεινῶν Ἀγηνοριδᾶν
ὁμογενεῖς ἐπὶ Λαΐου
πεμφθεῖσ' ἐνθάδε πύργους.
ἴσα δ' ἀγάλμασι χρυσοτεύ-
κτοις Φοίβῳ λάτρις γενόμαν·
ἔτι δὲ Κασταλίας ὕδωρ
περιμένει με κόμας ἐμᾶς

V. 217 sqq. κλεινῶν Ἀγηνοριδᾶν ὁμογενεῖς ἐπὶ Λαΐου κτἑ.] Ἐνταῦθα εἰς τὴν τῶν Καδμείων γῆν ἀποσταλεῖσα, εἰς τοὺς οἴκους τοῦ Λαΐου καὶ τούτου τοὺς παῖδας συγγενεῖς ὄντας τῶν κλεινῶν Ἀγηνοριδῶν· τῶν γὰρ Ἀγήνορος οἱ μὲν τὰς Θήβας ᾤκησαν, οἱ δὲ τὴν Φοινίκην, οἱ δὲ ἄλλην χώραν. SCHOL. Is igitur verba κλεινῶν Ἀγηνοριδᾶν rettulit ad sequentia. Rectissime. Dicitur enim hoc: 'huc missa ad urbem Lai cognatione iunctam cum Agenoridis, dominis meis'. Ita enim κλεινοί dicuntur, quod in patria virginum Tyriarum imperitant; vide ad v. 56.

V. 220 sq. ἴσα δ' ἀγάλμασι κτἑ.] De ratione grammatica conferas Orest. v. 882 τὸν δ' ὥστ' ἀδελφὸν ἴσα φίλῳ λυπούμενον et quae supra ad v. 169 annotata sunt. De sententia autem minime possum assentiri G. Hermanno, qui negavit tam inepta in mentem venisse Euripidi. Quid enim inepti inest in hac virginum oratione, qua, quod sollemni dedicatione Apollini Delphico destinatae essent, se comparant cum rebus sacris in usum divinum paratis et dedicatis? Sunt enim illae ἀναθήματα revera — nam ἀνατιθέναι etiam de personis in hac causa usurpari monstrat Diod. Sic. IV 56, de quo loco vide annot. ad v. 203 — eaque sententia eo minus offensioni erit hic posita, si ea verba, minore interpunctione post γενόμαν facta, id quod per se necesse est, aptius cum sequentibus verbis: ἔτι δὲ Κασταλίας ὕδωρ περιμένει με κτἑ. coniungimus. Hoc enim dicit chorus, se ut sacram suppellectilem, quae solet ex auro facta esse, dedicatas quidem esse Delphico deo, sed nondum ad ipsum dei servitium pervenisse, quod nondum sibi contigisset, ut comas suas Castaliae fonte irrigarent. Ex eis igitur quae Hermannus coniecit ἵνα τ' ἀγάλμασι χρυσεοτύκοις solum χρυσεοτύκοις fortasse responsionis antistr. causa recipiendum.

V. 221. γενόμαν] Facta quidem erat per dedicationem, sed re tamen vera tantummodo destinata ad hoc servitium. Hinc scholiasta non male γενόμαν explicat per ἐτάχθην γενέσθαι. Cfr. v. 207. Ceterum pro γενόμαν meliores libri fere omnes ἐγενόμαν exhibent. Aequabilitatis antistr. causa posuit Nauckius γενόμαν λάτρις. Potest etiam cogitari de λάτρις ἀγόμαν. Sed recte Hermannus haec monere videtur: 'inter se respondent diversae Glyconeorum formae: quod factum est statim etiam in sequente versu, quamvis eum facile parem strophico reddere potuerit poeta, si scripsisset ἔτι δ' ὕδωρ τὸ Κασταλίας'. Cfr. Christ Metr. § 544.

V. 222. ἔτι δὲ Κασταλίας ὕδωρ] Κασταλία ἐστὶ πηγὴ ἐν Πυθίᾳ, εἰς ἣν λέγουσι τὰς ἱεροδούλους παρθένους λοῦεσθαι μελλούσας θεοπρόπιον φθέγγεσθαι παρὰ τῷ τρίποδι. SCHOL. Apud Horatium Carm. III 4, 61 sq. ipse Apollo dicitur crines lavare eo fonte: *Qui rore puro Castaliae lavit Crines solutos.*

V. 223 sq. κόμας ἐμᾶς .. παρθένιον χλιδάν] Recte Hermannus: 'rore puro Castaliae lavans crines parat sibi παρθένιον χλ-

δεῦσαι παρθένιον χλιδὰν
Φοιβείαισι λατρείαις.

(ἐπῳδ.)

ὦ λάμπουσα πέτρα πυρὸς
δικόρυφον σέλας ὑπὲρ ἄκρων
Βακχείων Διονύσου
οἴνα θ', ἃ καθαμέριον
στάζεις τὸν πολύκαρπον

δὰν chorus'. Cfr. *λουτροφόρου χλιδᾶς* v. 348.

V. 225. *Φοιβείαισι λατρείαις*] *ἐπὶ ταῖς τοῦ Φοίβου λατρείαις.* SCHOL. Cfr. infra v. 1125 *ἐσκίρτων φόβῳ*, Aesch. Pers. 392 *οὐ γὰρ ὡς φυγῇ παιᾶν' ἐφύμνουν*, unde ratio dativi perspicitur.

V. 225 sq. *ὦ λάμπουσα .. σέλας*] Neque hic neque Hel. 1131 *δόλιον ἀστέρα λάμψας* transitiva vis verbi *λάμπειν* statuenda est, sed accusativi ratio e figura etymologica repetenda.

V. 227. *δικόρυφον σέλας* dixit flammam, quae e duobus verticibus montis Parnassi lucet. De re conferas praeter scholiastas ad h. l. P. Elmsleium ad Euripidis Bacchas v. 306. 'Multa apud poetas,' inquit, 'mentio est flammae in monte Parnasso noctu lucentis, quam qui videbant Bacchum utraque manu facem gestantem cum solito famularum comitatu saltare credebant. Cuius ignis quae fuerit natura, eorum est investigare, qui in physicis versantur. Quod grammatici officium est, tragicorum nonnulla de eo testimonia apponam.' Affert Sophoclis Antig. 1126 sqq. Euripidis praeter hunc ipsum locum Ion. v. 714 sqq., v. 1125 sqq., fragm. 752, Aristoph. Ran. 1211. Adde Eur. Iph. T. 1243, Aristoph. Nub. 603.

V. 227 sq. *ὑπὲρ ἄκρων Βακχείων Διονύσου*] *ἄκρα Βακχεῖα* dicit propter hoc ipsum, quod Bacchum in istis cacuminibus montis saltare putabant. 'Supra autem choros Bacchi in cacuminibus saltantes' (*ὑπὲρ ἄκρων Β. Διονύσου*) flammae illae lucere putabantur. Fortasse *ὑπεράκρων Βακχείων*, ut hic genet. ex *σέλας* aptus sit, vel potius *ὑ π έ ρ α κ ρ ο ν β ά κ χ ε ι ο ν* scribendum est. Cfr. Ion. 1125 *ἔνθα πῦρ πηδᾷ θεοῦ βάκχειον.*

V. 229 sqq. *οἴνα θ', ἃ καθαμέριον κτέ.*] De vite, quae erat in templo Bacchi, quod erat in altero cacumine Parnassi, quae uno eodemque die primam uvae gemmam emittebat et maturam uvam praebebat, erudite disputavit Valckenarius ad scholiast. ad h. v. Vol. II p. 65 sq. ed. Lips. Similem vitem dicebant veteres in Euboea inveniri, in quam rem conferas schol. ad h. l., qui Sophoclis locum e Thyeste affert: *Ἔστι γάρ τις ἐναλία Εὐβοιὶς αἶα· τῇδε Βάκχειος βότρυς Ἐπ' ἦμαρ ἕρπει· πρῶτα μὲν λαμπρᾶς ἕω Κεκλημάτωται χλωρὸν οἰνάνθης δέμας· εἶτ' ἦμαρ αὔξει μέσσον ὄμφακος τύπον, Γλυκαίνεταί τε κἀποπερκοῦται βότρυς· Δείλῃ δὲ πᾶσα τέμνεται κλαστηρίῳ .. ὀπώρα κἀνακίρναται ποτόν.* Attigit rem Stephanus Byzantius s. v. *Νύσα* p. 212, 30. Westerm.: *Δεκάτη ἐν Εὐβοίᾳ, ἔνθα διὰ μιᾶς ἡμέρας τὴν ἄμπελόν φασιν ἀνθεῖν καὶ τὸν βότρυν πεπαίνεσθαι.*

Ibid. *καθαμέριον*, i. q. *καθ' ἡμέραν*, eadem ratione explicandum qua *χρόνια* v. 14. — Speciose Nauckius pro *στάζεις τὸν* scribere vult *περκάζεις*. Verum *στάζεις* ad libationem pertinet. Cfr. schol. *Διονύσου κορυφὴν εἶναί φασιν ἄμπελον, ἥτις καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἕνα βότρυν ἔφερεν, ἐξ οὗ ἡ σπονδὴ τῷ Διονύσῳ ἐγίνετο. οἰνάνθη δὲ λέγε-

οἰνάνθας ἱεῖσα βότρυν,
ζάθεά τ' ἄντρα δράκοντος οὔ-
ρειαί τε σκοπιαὶ θεῶν
νιφόβολόν τ' ὄρος ἱερόν, εἱ-
λίσσων ἀθανάτας θεοῦ

ται ἡ πρώτη ἔκφυσις τῶν βοτρύων· οἰνάνθας οὖν βότρυν τὸν ἐξ οἰνάνθης βότρυν προκόπτοντα. Derideri hunc locum ab Aristophane fragm. Phoen. quod servavit Pollux X 119 *στίλβη θ' ἣ κατὰ νύκτα μοι φλόγ' ἀνασειράζεις ἐπὶ τῷ λυχνείῳ*, monuit Bergkius.

V. 232. *ζάθεά τ' ἄντρα δράκοντος*] Speluncam draconis dicit eius, quem, cum locum hunc obtineret, Apollo interemit; Delphines huic nomen fuisse dicitur a scholiastis ad h. l. itemque ab aliis scriptoribus, quos memoravit Heynius ad Apollod. I 4, 1, ab aliis autem scriptoribus Python nominatur, qua de re vide Heynium ad Apollod. I 6, 3. Quos Barnesius attulit versus Heliodori, ii habentur apud scholiastam ad Lycophr. 208 *Ὁππότε πετραίης ὑπὸ δειράσι Παρνησοῖο Δελφίνην τόξοισι πελώριον ἐξενάριξε.* Rem ipsam accuratius depinxit Euripides in Iphig. Taur. v. 1245 sqq. et Ovidius Metam. I 438 sqq.

V. 233. *οὔρειαί τε σκοπιαὶ θεῶν*] Cfr. hymn. in Apoll. v. 22 sq. v. 144 sq.

V. 234. *εἱλίσσων*] Hoc verbum ii recte intellexerunt, quos scholiasta ait posito post *ὄρος* commate interpretatos esse *περιχορεύων*. *εἱλίσσειν* saepe etiam alias intransitive dicitur.

V. 235. *ἀθανάτας θεοῦ*] Veteres interpretes, quod Diana et Apollo commune templum in Parnasso habebant eorumque mysteria coniuncta erant, Dianam hanc immortalem deam intellegunt. Cfr. schol. ad v. 227 *δικόρυφον — εἶπεν, ἐπείπερ ἐν ἀμφοτέραις ταῖς ἄκραις τοῦ Παρνασσοῦ εἰσὶν ἱερά, τὸ μὲν Ἀρτέμιδος καὶ Ἀπόλλωνος, τὸ δὲ Διονύσου* et ad h. l.: *ἀθανάτας θεοῦ· τῆς Ἀρτέμιδος. κοινὰ γάρ εἰσι τῆς Ἀρτέμιδος καὶ Ἀπόλλωνος τὰ μυστήρια*, tum schol. ad v. 241, idque propter perpetuam Dianae et Apollinis consociationem maxime est probabile; cfr. de simili causa Euripidis Iphig. Taur. v. 1200 sqq. ed. Matth. et hymn. Homericum in Apollinem v. 15. v. 158 sq. v. 165 sqq. 198 sq. Rem conficit denique hymnus Hom. XXV in Dianam v. 14 sqq. *Ἔρχεται ἐς μέγα δῶμα κασιγνήτοιο φίλοιο, Φοίβου Ἀπόλλωνος, Δελφῶν ἐς πίονα δῆμον, Μουσέων καὶ Χαρίτων καλὸν χορὸν ἀρτυνέουσα. Ἔνθα κατακρεμάσασα παλίντονα τόξα καὶ ἰούς, Ἡγεῖται, χαρίεντα περὶ χροῒ κόσμον ἔχουσα Ἐξάρχουσα χορούς.* Sed G. Hermannus contendit Minervam intellegendam esse, quippe cuius honorandae, ubicumque fieri posset, occasionem captarent tragici. Esse autem *Ἀθηνᾶν Πρόνοιαν*, quae sacellum Delphis habuisset, de qua praeter censuram suam Muelleri Eumenidum p. 17 sqq. conferri ipse iubet Pausan. X 8, 6. Aeschin. in Ctesiph. § 108. 110. 111. 121. Diod. Sic. Exc. Vatic. XXII 2, p. 52 ed. Dind. Sed cum Minerv[illegible]eparatum ab Apolline templum, separatum etiam cultum haberet, vix potuit ea commemorari hoc loco: facile autem quisque Dianam agnovit, quippe quae saepe in eiusmodi locis cum Apolline consociata inveniretur. Nec tamen putaverim epitheton inutile *ἀθανάτας* posuisse poetam pro utili *ἀδαμάτας*. Cfr. Soph. El. 1238 *Ἄρτεμιν τὰν αἰὲν ἀδμήταν* i. e. Dianam semper virginem. Seyffertus librum L qui *ἀθανάτους* habet secutus scripsit *ἀθανάτους θεούς*, qui accus. ex

χορὸς γενοίμαν ἄφοβος
παρὰ μεσόμφαλα γύαλα Φοί-
βου Δίρκαν προλιποῦσα.

(στρ. β'.)

νῦν δέ μοι πρὸ τειχέων
θούριος μολὼν Ἄρης
αἷμα δάιον φλέγει
τᾷδ', ὃ μὴ τύχοι, πόλει·
κοινὰ γὰρ φίλων ἄχη·
κοινὰ δ', εἴ τι πείσεται
ἑπτάπυργος ἅδε γᾶ,
Φοινίσσᾳ χώρᾳ. φεῦ φεῦ.
κοινὸν αἷμα, κοινὰ τέκεα

εἱλίσσων tum quidem transitive usurpato pendet.

V. 236. *ἄφοβος* dicit chorus, quod nunc in summo metu est, id quod apparet e v. 239 sqq., tum vero propter summam religionem rerum divinarum in magna securitate vitam deget, cum ad Apollinis cultum admissae erunt. Cfr. schol. ad h. l.

V. 239. *μεσόμφαλα γύαλα Φοίβου*] *λέγει τὸν ἐν Δελφοῖς τοῦ θεοῦ ναόν, μέσην τῆς πάσης γῆς ἐσχηκότα χώραν, ὡς οἱ τοῦ μύθου ἀετοὶ ἔδειξαν. Γύαλα δὲ κυρίως αἱ τῶν ὀρῶν κοιλότητες.* SCHOL. De aquilis istis cf. schol. ad Orest. v. 321. *Γύαλα* thesauros fornicatos intellegi ex Androm. 1092 sq. effici videtur.

V. 239. De metrica ratione haec annotat G. Hermannus: 'Post epodum parodi rursum sequuntur antistrophica aliis numeris ut aliis quoque in parodis chori: de qua ratione dixi in Elem. doctr. metr. III 22, 10. Quod si cui parodum finiri epodo, tum autem stasimum sequi placet, non repugnabo'. Recte repugnat Rich. Arnoldtius in libro qui inscribitur 'Die chorische Technik des Euripides' p. 125.

V. 241. *αἷμα δάιον φλέγει*] 'Caedem pestiferam intentat huic urbi'. Locutio *αἷμα φλέγειν*, cum qua comparare licet *ἄταν οὐρανίαν φλέγων* Soph. Ai. 195, ex usu figurae etymologicae repetenda. Usus verbi *φλέγειν* ad signa facis accensione data videtur referenda. Quam autem Heimsoethius emendationem proponit *δεῖμα δάιον φέρει*, ea minus apta videtur precandi formulae *ὃ μὴ τύχοι*.

V. 243. *κοινὰ γὰρ φίλων ἄχη*] Cfr. Orest. 735 *κοινὰ γὰρ τὰ τῶν φίλων*, Terent. Adelph. V 3, 18 *Nam vetus verbum hoc quidemst, Communia esse amicorum inter se omnia.*

V. 244. *κοινὰ δ', εἴ τι*] Vide infra ad v. 768.

V. 245. Hiatus vitandi causa Heimsoethius coniecit *καλλίπυργος* cl. Bacch. 19, 1200, Suppl. 618 probabiliter.

V. 247 sqq. *κοινὸν αἷμα, κοινὰ τέκεα κτέ.*] *Τουτέστιν οἱ ἐκ Θηβῶν καὶ οἱ ἐκ Φοινίσσης ἕν εἰσι γένος, τέκνα ὄντες Ἰοῦς τῆς ἐρασθείσης μὲν ὑπὸ τοῦ Διός, εἰς βοῦν δὲ ἀμειφθείσης παρ' αὐτοῦ, ἵνα λάθῃ τὴν Ἥραν· διὸ καὶ κερασφόρον καλεῖ. Σκόπει δέ· ἀπὸ Ἰοῦς Ἔπαφος, οὗ Λιβύη, ἧς Βῆλος, οὗ Φοῖνιξ καὶ Ἀγήνωρ, οὗ Κάδμος, οὗ Πολύδωρος, οὗ Λάβδακος, οὗ Λάϊος, οὗ Οἰδίπους, οὗ Ἐτεοκλῆς καὶ Πολυνείκης.* SCHOL. Cfr. Apollod. Bibl. II 1, 3 cum annot. Heynii.

τᾶς κερασφόρου πέφυκεν Ἰοῦς·
ὧν μέτεστί μοι πόνων.

(ἀντ. β'.)

ἀμφὶ δὲ πτόλιν νέφος
ἀσπίδων πυκνὸν φλέγει
σχῆμα φοινίου μάχης,
ἃν Ἄρης τάχ' εἴσεται
παισὶν Οἰδίπου φέρων
πημονὰν Ἐρινύων.
Ἄργος ὦ Πελασγικόν,
δειμαίνω τὰν σὰν ἀλκὰν
καὶ τὸ θεόθεν· οὐ γὰρ ἄδικον
εἰς ἀγῶνα τόνδ' ἔνοπλος ὁρμῶν
παῖς μετέρχεται δόμους.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

τὰ μὲν πυλωρῶν κλῇθρά μ' εἰσεδέξατο

V. 249. ὧν μέτεστί μοι πόνων] 'Quorum (i. e. Cadmeorum ab Ione mihi cognatorum) labores ad me pertinent.'

V. 250 sq. Syllabae ancipitis in νέφος | ἀσπίδων tollendae gratia Heimsoethius verba sic transposuit: ἀμφὶ δὲ πτόλιν φλέγει πυκνὸν ἀσπίδων νέφος.

V. 251 sq. φλέγει σχῆμα φοινίου μάχης cum ponatur pro φλέγει φοινίαν μάχην, eadem ratione dicitur atque supra v. 241 αἷμα δάιον φλέγει. At quod Heimsoethius ex scholiis σχῆμα δὲ τὸ σημεῖον μάχης, σχῆμα σύμβολον μάχης elicuit σῆμα cl. v. 1378, id cum verbo φλέγει male coniungitur. — De communi forma φοινίου cfr. Krueg. II 22, 2, 1.

V. 251. ἀσπίδων νέφος de crassa multitudine dicitur ut Hec. 907 τοῖον Ἑλλάνων νέφος ἀμφί σε κρύπτει et apud Homerum ἅμα δὲ νέφος εἵπετο πεζῶν (Il. IV 274).

V. 253 sq. Ἄρης τάχ' εἴσεται . . φέρων] Scientia quae bello paratur ipsi bello sive Marti tribuitur. Similiter ferro Iph. A. 970 τάχ' εἴσεται σίδηρος, ὃν πρὶν εἰς Φρύγας ἐλθεῖν φόνου κηλῖσιν . . χρανῶ. Inutilis est varia lectio οἴσεται quam affert scholiasta, qui scilicet εἴσεται ducens ab ἰέναι (ὁ δὲ νοῦς· ἣν μάχην φέρων τοῖς παισὶν Οἰδίπου ὁ Ἄρης ταχέως πορευθήσεται) praefert οἴσεται: ἄμεινον δὲ τὸ οἴσεται ἀντὶ τοῦ ὁρμήσει.

V. 258. καὶ τὸ θεόθεν] τὸ δίκαιον καὶ τὴν παρὰ τῶν θεῶν συμμαχίαν ἀεὶ τοῦ δικαίου προϊσταμένην καὶ τοῖς δικαίοις ἐπαξίως συνερχομένην. SCHOL.

V. 259 sq. De ὁρμῶν παῖς μετέρχεται cogitavit Hartungius idque restituit Nauckius. Ritschelius in sched. crit. p. 25 ὁρμᾷ παῖς μετέρχεται proposuerat, ut ὁρμᾷ dativus esset. Libri habent ὁρμᾷ παῖς, ὃς μετέρχεται. Cum ἔνοπλος ὁρμῶν cfr. Or. 1289 τάχα τις Ἀργείων ἔνοπλος ὁρμήσας ποδὶ βοηδρόμῳ μέλαθρα προσμίξει, cum μετέρχεται δόμους ('vindicat domum') v. 441, 1655.

V. 261. De hac scena minus probaverim quod supra p. 5 iudicatum est: ὑπόσπονδος Πολυνείκης οὐδενὸς ἕνεκα παραγίνεται. Nam id quo tendit actio, ut fratres inter se caedant, optime hac scena praeparatur et illustratur. Ceterum ἀγῶνα σοφίας et opportunitatem oratio

δι' εὐπετείας τειχέων εἴσω μολεῖν.
ὃ καὶ δέδοικα μή με δικτύων ἔσω
λαβόντες οὐκ ἐκφρῶσ' ἀναίμακτον χρόα.
ὧν εἵνεκ' ὄμμα πανταχῇ διοιστέον
κἀκεῖσε καὶ τὸ δεῦρο, μὴ δόλος τις ᾖ.
ὡπλισμένος δὲ χεῖρα τῷδε φασγάνῳ
τὰ πίστ' ἐμαυτῷ τοῦ θράσους παρέξομαι.
ὠή τίς οὗτος; ἢ κτύπον φοβούμεθα;
ἅπαντα γὰρ τολμῶσι δεινὰ φαίνεται,
ὅταν δι' ἐχθρᾶς ποὺς ἀμείβηται χθονός.
πέποιθα μέντοι μητρὶ — κοὐ πέποιθ' ἅμα,
ἥτις μ' ἔπεισε δεῦρ' ὑπόσπονδον μολεῖν.
ἀλλ' ἐγγὺς ἀλκή· βώμιοι γὰρ ἐσχάραι

luminibus sententiarum distinguendae nactus est poeta.

V. 262. *δι' εὐπετείας*] Cfr. Bacch. 212 *πρὸς οἴκους ὅδε διὰ σπουδῆς περᾷ* et Krueg. II 68, 22, 2.

V. 263. *ὃ καὶ δέδοικα* i. e. quod etiam metum mihi inicit ne etc.

V. 264. Libri *οὐ μεθῶσ'*: *οὐκ ἐκφρῶσ'* ex schol. *οἱ μὲν γράφουσιν 'οὐκ ἐκφρῶσιν'. οἱ οὖν ὑποκριταὶ διὰ τὸ δυσέκφορον μεταπλάττουσι τὴν λέξιν. καὶ Φιλόξενος ἐν τῷ περὶ μονοσυλλάβων ῥημάτων ὅτε διαλαμβάνει περὶ τοῦ φρῶ ταύτην τὴν χρῆσιν φέρει* et e glossemate Photii p. 359, 8 *οὐκ ἐκφρῶσιν Σοφοκλῆς* (immo *Εὐριπίδης*) restituendum viderunt Th. Bergkius et G. Dindorfius, quos secutus est G. Hermannus. De hoc verbo vid. Nauck. Mél. Gréco-Rom. II p. 519—548 et IV p. 21—25.

V. 266. *κἀκεῖσε καὶ τὸ δεῦρο*] De articulo ante adverbium *δεῦρο* posito vide Krueg. I 50, 5, 13. Similiter Sophocles in Trachin. v. 929 *κἀν ᾧ τὸ κεῖσε δεῦρό τ' ἐξορμώμεθα.* Has formulas quoniam Euripides omnium frequentissime usurpavit, de ea causa derisus ab Aristophane est, cuius vide Av. v. 422 sqq. *Λέγει μέγαν τιν' ὄλβον οὔτε λεκτὸν οὔτε πιστόν, ὡς σὰ ταῦτα πάντα καὶ τὸ τῇδε καὶ τὸ κεῖσε καὶ τὸ δεῦρο προσβιβᾷ λέγων.* Thesmoph. v. 665 sqq. et schol. Aristoph. ad Av. v. 348.

V. 268. *τὰ πίστ' ἐμαυτῷ τοῦ θράσους*] *Ἤγουν τὴν πίστιν τοῦ θαρρεῖν, ὅ ἐστι τὴν ἀσφάλειαν τοῦ θαρρεῖν.* SCHOL. *τὰ πιστὰ τοῦ θράσους* est 'fiducia audaciae', quod nos dicimus 'das Vertrauen der Unerschrockenheit' sive 'kühner Mut'. Cfr. Krueg. I 47, 10.

V. 269. Cfr. Soph. fragm. 58 *βοᾷ τις· οὐκ ἀκούετ'; ἢ μάτην κλύω; Ἅπαντα γάρ τοι τῷ φοβουμένῳ ψοφεῖ.*

V. 270. *τολμῶσι*] Hoc rectissime schol. *τολμηρὰ πράσσουσιν* interpretatur, A. Matthiaeus 'rem difficilem et periculi plenam aggredientibus'. Id adeo versu sequente accuratius explicatur. Vide Reisig. Coni. in Arist. p. 215. Falsa est Valckenari coniectura: *καὶ τολμῶσι*, 'quamvis fortibus', recepta a Brunckio ac Porsono. De participio sine articulo posito cfr. Alc. 127 *δμαθέντας γὰρ ἀνίστη.*

V. 271 suspectus est Nauckio recte ut videtur.

V. 274 sq. Cum verba *κοὐκ ἔρημα δώματα*, quae ad feminas chori pertinere existimat scholiasta, satis inutilia et mira videantur, putaverim scripsisse poetam *ἀλλ' ἐγγὺς ἀλκὴ βωμίοις*

πέλας πάρεισι, κοὐκ ἔρημα δώματα.
φέρ' ἐς σκοτεινὰς περιβολὰς μεθῶ ξίφος
καὶ τάσδ' ἔρωμαι, τίνες ἐφεστᾶσιν δόμοις.
ξέναι γυναῖκες, εἴπατ', ἐκ ποίας πάτρας
Ἑλληνικοῖσι δώμασιν πελάζετε;
ΧΟ. Φοίνισσα μὲν γῆ πατρὶς ἡ θρέψασά με,
Ἀγήνορος δὲ παῖδες ἐκ παίδων δορὸς
Φοίβῳ μ' ἔπεμψαν ἐνθάδ' ἀκροθίνιον.
μέλλων δὲ πέμπειν μ' Οἰδίπου κλεινὸς γόνος
μαντεῖα σεμνὰ Λοξίου τ' ἐπ' ἐσχάρας,
ἐν τῷδ' ἐπεστράτευσαν Ἀργεῖοι πόλιν.
σὺ δ' ἀντάμειψαί μ', ὅστις ὢν ἐλήλυθας
ἑπτάστομον πύργωμα Θηβαίας χθονός.
ΠΟ. πατὴρ μὲν ἡμῖν Οἰδίπους ὁ Λαΐου,
ἔτικτε δ' Ἰοκάστη με παῖς Μενοικέως·
καλεῖ δὲ Πολυνείκη με Θηβαῖος λεώς.
ΧΟ. ὦ συγγένεια τῶν Ἀγήνορος τέκνων,
ἐμῶν τυράννων, ὧν ἀπεστάλην ὕπο,
γονυπετεῖς ἕδρας προσπίτνω σ', ἄναξ,

παρ' ἐσχάραις omissis verbis πέλας — δώματα. Nam quod Theod. Kockius pro κοὐκ ἐρ. δώματα scribi vult καὶ θεῶν πυλώματα, Isid. Hilbergius κοινὸν ἔρυμ' ἀλωμένων, ea nullam habent veri speciem.

V. 276. φέρε — μεθῶ] Cfr. Krueg. I 54, 2, 1. — εἰς σκοτεινὰς περιβολάς i. e. in tenebras vaginae.

V. 281 sq. δορὸς — ἀκροθίνιον] Cfr. annot. ad v. 203.

V. 283. μέλλων δὲ πέμπειν μ' Οἰδίπου κλεινὸς γόνος] De nominativo per ἀνακολουθίαν orationis absolute posito vide Krueg. I 56, 9, 4.

V. 284. μαντεῖα σεμνὰ Λοξίου τ' ἐπ' ἐσχάρας] Quod et aptius haec verba inter se coniuncta sunt neque ad intellegendum difficilia, semel tantummodo praepositio posita est, quae poterat bis poni. Vide Soph. Antig. v. 366 ποτὲ μὲν κακόν, ἄλλοτ' ἐπ' ἐσθλὸν ἕρπει cum annot. C. Wexi p. 158 sq. Krueg. II 68, 9, 2.

V. 285. ἐν τῷδε est 'interim'.

Ibid. ἐπεστράτευσαν — πόλιν] Conf. Supplic. v. 646 στείλας ἐπεστράτευσε Καδμείων πόλιν. Troad. v. 22 οἳ τήνδ' ἐπεστράτευσαν Ἕλληνες πόλιν.

V. 287. Pro χθονός Nauckius scripsit πόλεως, recte ut videtur.

V. 289. ἔτικτε] Cfr. Krueg. II 53, 1, 3.

V. 293 sqq. Cum in constituendo hoc carmine, quod maximam partem e versibus dochmiis et iis numeris constat, qui cum dochmiis consociari solent, homines artis metricae peritissimi valde inter se discreparent, quorum A. Seidlerus de vers. dochm. p. 253 antistrophicum id carmen esse putavit, G. Hermannus autem aliter in Elem. doctr. metr. p. 764 sqq., aliter in Epit. doctr. metr. p. 299, aliter rursus in editione sua anno 1840 versus metiendos ac distribuendos existimavit, ego id secutus sum, quod, cum a librorum auctoritate non valde recederet, sententiae maxime convenire videretur.

V. 293 sq. γονυπετεῖς ἕδ-

τὸν οἴκοθεν νόμον σέβουσα.
ἔβας ὦ χρόνῳ γαῖαν πατρῴαν.
ἰὼ ἰὼ
πότνια, μόλε πρόδρομος, ἀμπέτασον πύλας.
κλύεις, ὦ τεκοῦσα τόνδε μᾶτερ;
τί μέλλεις ὑπώροφα μέλαθρα περᾶν,
θιγεῖν τ' ὠλέναις τέκνου;

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Φοίνισσαν βοὰν

προσπίτνω σ', ἄναξ] *Ἀντὶ τοῦ γονυπετῆ προσκύνησιν προσκυνῶ σε.* SCHOL. Comparavit Porsonus Sophoclis Trachin. v. 49 sqq. *πολλὰ μέν σ' ἐγὼ Κατεῖδον ἤδη πανδάκρυτ' ὀδύρματα Τὴν Ἡράκλειον ἔξοδον γοωμένην.* Cfr. Krueg. II 46, 12, 1. — *Ἕδρας· ἕδρα κυρίως ἡ καθέδρα· ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ γονυπετῶν ἔοικε καθεζομένῳ, διὰ τοῦτο ἕδρας τὰς προσκυνήσεις λέγει.* SCHOL. Cfr. Soph. O. R. 2 *τίνας ποθ' ἕδρας τάσδε μοι θοάζετε.*

V. 290. *ὦ συγγένεια*] Vide ad v. 1492.

V. 294. *τὸν οἴκοθεν νόμον σέβουσα*] Cfr. Orest. 1507 *προσκυνῶ σ', ἄναξ, νόμοισι βαρβάροισι προσπίτνων*, Aesch. Pers. 150 *ἀλλ' ἥδε .. ὁρμᾶται μήτηρ βασιλέως, βασίλεια δ' ἐμή, προσπίτνω.*

V. 295. *ἔβας* et *γαῖαν* e libro L recepi. Ceteri habent *ἔβας ἔβας* et *γᾶν*. Fortasse praeterea *πατρίαν* scribendum quod scripsit Dindorfius.

V. 297. *μόλε πρόδρομος*] Cfr. Aeschyli Sept. adv. Theb. v. 211 sq. *Ἀλλ' ἐπὶ δαιμόνων πρόδρομος ἦλθον ἀρχαῖα βρέτη.* Sophocl. Antig. v. 198 *φυγάδα πρόδρομον ὀξυτέρῳ κινήσασα χαλινῷ*, quo in loco, ut hic aliquot libri *πρόδομος*, sic cod. Dresd. *πρόδομον* habet.

V. 298. Dindorfius duos dochmios restituit scribendo *τόνδ', ὦ μᾶτερ.* Malim *τοῦτον* pro *τόνδε* ponere, cum *τοῦτον* et *τόνδε* saepe a librariis commutata sint.

V. 300 sq. *τί μέλλεις — περᾶν θιγεῖν τ' ὠλέναις τέκνου;*] P. Elmsleius ad Euripidis Medeam v. 1209 sq. p. 265 annot. I negavit posse cum verbo *μέλλειν*, si id 'cunctari' significaret, infinitivum aoristi coniungi, itaque hic pro *θιγεῖν* scribi voluit *θιγγάνειν*, in Rheso autem Euripidis v. 674 *τί μέλλετε σκηπτοῦ 'πιόντος πολεμίων σῶσαι βίον*, pro *σῶσαι* scribendum praecepit *σώζειν*. Satis vindicavit hos ipsos locos A. Matthiaeus Gr. Gr. ampl. § 501 p. 951 sq. ed. II, qui idem ad h. l. de commutatis inter se aoristi et praesentis infinitivis comparat Hippolyti v. 782 *Ἦ δοκεῖ περᾶν δόμους Λῦσαί τ' ἄνασσαν ἐξ ἐπισπαστῶν βρόχων;* Duos dochmios Dindorfius restituit sic: *θιγεῖν τ' ὠλέναισι τέκνου σέθεν;* Fortasse potius post *τέκνου* intercidisse *φιλτάτου* putandum.

V. 301. *Φοίνισσαν βοὰν*] 'Chorum Phoenissarum peregrino habitu ornatuque habuisse quod spectatores adverteret eorumque oculis aliquam ex insueto voluptatem crearet, iam Grotius observaverat [vid. v. huius fab. 278 sq.]. Vocum et cantus peregrinitatem addendam putavit Fr. Th. Welck. in Diurnis scholasticis a. MDCCCXXXII p. 233 eo argumento, quod his virginibus *Φοίνισσα* et *βάρβαρος βοὰ* tribuatur, non reputans haec tragicos audientibus cogitanda relinquere. Sic Phryx in Oreste *Ἀσιάδα φωνήν*, sic Orestes Aeschyli *γλώσσης αὐτὴν Φωκίδος*, sic idem apud Sophoclem *φωνὴν Παρνησίδα*, atque alii

κλύουσ', ὦ νεάνιδες, γηραιῷ
ποδὶ τρομερὰν ἕλκω ποδὸς βάσιν.
ἰὼ τέκνον,
χρόνῳ σὸν ὄμμα μυρίαις ἐν ἁμέραις
προσεῖδον· ἀμφίβαλλε μα-
στὸν ὠλέναισι ματέρος,
παρηίδων τ' ὄρεγμα βο-
στρύχων τε κυανόχρωτα χαί-
τας πλόκαμον, σκιάζων ἁμὰν δέραν.
ἰὼ ἰώ, μόλις φανεὶς

alia huiusmodi, ut Persae Aeschyli et Supplices, memorant.' G. HERMANNUS praef. p. XIII.

V. 302 sq. Et numeris et repetitione nominis *πούς* corruptela indicatur. Nec consentiunt libri. Nam aliquot exhibent haec: *φοίνισσαν, ὦ νεάνιδες, βοὰν ἔσω δόμων κλύουσα τῶνδε γηραιῷ ποδὶ τρομερὰν ἕλκω ποδὸς βάσιν.* Videtur huc referendum fragm. 868 *τρομὸν δράμημα γηραιοῦ ποδός* scripsisseque Euripides *νεάνιδες, ἔσω δόμων | ἕλκω τρομὸν δράμημα γηραιοῦ ποδός.*

Ibid. *τρομεράν*] Cfr. Herc. 231 *Γήρᾳ δὲ τρομερὰ γυῖα κάμαυρὸν σθένος.* — *ἕλκω, ἤγουν βίᾳ ἀνύω.* SCHOL. '*Trahere vestigia ebria Baccho*' Propert. I 3, 9 comparat Nodell. Not. crit. p. 66. Similiter ab Apuleio Metam. VIII p. 166, 26 *senex* memoratur *lassum trahens vestigium.* V. Valcken.

V. 305. *χρόνῳ σὸν ὄμμα μυρίαις ἐν ἁμέραις προσεῖδον*] Comparat Valckenarius Phoenissas Senecae v. 501 *teneo longo tempore Petita votis ora* et v. 515 *Nate post multos mihi Remisse soles.*

V. 306 sq. *ἀμφίβαλλε μαστὸν κτἑ.*] Recte scholiasta: *Τὸν μαστὸν τῆς σῆς μητρὸς περίβαλλε ταῖς σαῖς ὠλέναις.*! Neque enim poterit Graece scientibus *μαστός* referri nisi ad *ματέρος.* Sed in sqq. ita mutatur constructio, ut *παρηΐδων τ' ὄρεγμα βοστρύχων τε κυανόχρως χαίτας πλόκαμος* sint Polynicis, uti verbum praecedens *ἀμφίβαλλε,* quod etiam ad haec verba facit, alio quodam modo cogitandum et accipiendum hoc loco sit atque in superiore oratione: *ἀμφίβαλλέ* (sive *σύναπτέ*) *μοι σῶν παρηΐδων ὄρεγμα βοστρύχων τε κυανόχρωτα χαίτας πλόκαμον κτἑ.* Similes mutationes constructionis cum saepius inveniantur apud optimos Graecos scriptores, nihil poterit id hoc loco offensionis habere, praesertim cum nomen *ὄρεγμα* sensum satis explanet, nec debebimus de Rauchensteini coniectura *δός* post *ὄρεγμα* interponere. Expedivit rem recte iam ex parte scholiasta: *Καὶ τὸν κυανόχρωτά σου πλόκαμον περίβαλλε τῷ τραχήλῳ μου καὶ κατασκίαζε τοῦτον τοῖς βοστρυχώδεσί σου πλοκάμοις· ἐκ κοινοῦ γὰρ τὸ ἀμφίβαλλε· οὐ γὰρ τὸν ἑαυτῆς πλόκαμον λέγει, ὡς μικρὸν ὕστερόν φησιν ἑαυτὴν ἐξυρῆσθαι διὰ τὸ πένθος.*

V. 308 sq. *χαίτας πλόκαμον*] Hae duae voces unam quasi notionem efficiunt, ut si nostro sermone dicas: das Haargeflecht. Hinc non debet mirum videri, quod alius etiam genetivus idem fere denotans adiectus legitur, *τῶν βοστρύχων*, quasi nostra lingua dicas: Das Haargeflecht deiner Locken. Rem recte iam explicavit Matthiaeus § 636 p. 1311 ed. II.

Ibid. *ἁμὰν δέραν* scripsi pro *δέραν ἁμάν*, ut duos dochmios restituerem. Fritzschius vult *βοστρύχων τε | κυανόχρωτι χ. πλοκάμῳ δέραν σκιάζων ἁμάν.*

V. 310 sq. *φανεὶς ἄελπτα*

ἄελπτα κἀδόκητα ματρὸς ὠλέναις.
τί φῶ σε; πῶς ἅπαντα
καὶ χερσὶ καὶ λόγοισι
πολυέλικτον ἁδονάν τ'
ἐκεῖσε καὶ τὸ δεῦρο
περιχορεύουσα τέρψιν παλαιᾶν λάβω
χαρμονᾶν; ἰὼ τέκος,
ἔρημον πατρῷον ἔλιπες δόμον
φυγὰς ἀποσταλεὶς ὁμαίμου λώβᾳ,
ἢ ποθεινὸς φίλοις,
ἢ ποθεινὸς Θήβαις.
ὅθεν ἐμάν τε λευκόχροα κείρομαι

κἀδόκητα] De his neutris pro adverbiis positis conf. v. 570 *ἀσύνετα δ' ἦλθες*, v. 1739 *ἀπαρθένευτ' ἀλωμένα*, Ion. 717 *λαιψηρὰ πηδᾷ*, Soph. Ai. 197 *ἀτάρβητα ὁρμᾶται*, O. R. 883 *ὑπέροπτα . . πορεύεται.* Praeterea *σκότια* 326, 336, 1746, *ἄνομα* 380, fragm. 355 *οὐδεὶς στρατεύσας ἄδικα σῶς ἦλθεν πάλιν*, 364, 31 *ἀδόκητ' εὐτυχησάντων δόμων.* V. Krueg. II 46, 6, 8.

V. 312. *ἅπαντα* pro adverbio positum, ut sit 'omni modo'. Cfr. *ἀμφότερα* in v. 747.

V. 314. Post *ἁδονάν* addidi quod deest in libris *τ'*, ut *ἅπαντα* explicetur tribus: *καὶ χερσὶ καὶ λόγοισι καὶ χορείαις. Πολυέλικτον ἁδονάν*, cum significet multae saltationis voluptatem, cum *περιχορεύουσα* eadem ratione coniungitur qua *πολλοὺς ἑλιγμούς* sive *πολλὰ χορεύματα.* Cum *πολυέλικτον ἁδονάν* cfr. *πόθον ἀμφιδάκρυτον* v. 330, *βουθύτῳ σὺν ἡδονῇ* Ion. 664. Illud *πολυέλικτον* autem verbis *ἐκεῖσε καὶ τὸ δεῦρο* additis magis illustratur.

V. 316. *τέρψιν . . χαρμονᾶν*] 'delectationem percipiam antiquarum (i. e. quas diu non habui ac desideravi, cl. v. 307) laetitiarum'.

V. 318. *Ἔρημον πατρῷον· Σοῦ ἔρημον δηλονότι· τὴν γὰρ αὐτοῦ ἀπουσίαν ἐρημίαν τοῦ παντὸς οἴκου οἴεται.* SCHOL.

V. 320 sq. Seidlerus utroque *ἢ* deleto efficit dochmios, Nauckius conicit *ποθεινὸς φίλοισιν, ποθεινὸς δὲ Θήβαις*, Geelius *πόλει* ponit pro *Θήβαις*.

V. 320. *ἢ ποθεινὸς φίλοις*] Si auctore H. Zirndorfero, qui de chronologia fabularum Euripidearum singulari libello explicavit, hanc fabulam Olymp. XCII 2 actam esse statuimus, haec egregie conveniunt in Alcibiadem eo tempore magno plausu civium suorum in patriam revocatum. Vide etiam G. Hermanni praef. p. XV.

V. 322. sq. *ὅθεν ἐμάν τε λευκόχροα κείρομαι κτέ.*] Qui nuper *τὲ* particulam hoc loco tutati sunt, A. Matthiaeus et G. Hermannus, ii perperam putarunt hoc *τὲ* respondere verbis *δυσόρφναια δ' ἀμφὶ τρύχη κτέ.*, quod fieri nequit. Nam interposita sunt verba *ἄπεπλος φαρέων λευκῶν*, quibus cum necessario propter ipsam sententiam respondeant ista verba, etiam *δέ* particula non poterit ad *τὲ* superius referri. Res haec est. Cum *ἐμάν τε κείρομαι κόμαν* dicit Iocasta, in mente habet id quod cum abscisis crinibus coniungi solet: *καὶ μελάμπεπλός εἰμι.* Hoc quia aliter eloquitur, anacoluthon existit. Similiter mutatur oratio Alc. 578 *σὺν δ' ἐποιμαίνοντο χαρᾷ μελέων βαλιαί τε λύγκες, ἔβα δὲ λιποῦσ' Ὄθρυος νάπαν λεόντων ἁ δαφοινὸς ἴλα.* Cfr. v. 1313.

δακρυόεσσ' ἀνεῖσα πένθει κόμαν,
ἄπεπλος φαρέων λευκῶν, τέκνον,
δυσόρφναια δ' ἀμφὶ τρύχη τάδε
σκότια λείβομαι.
ὁ δ' ἐν δόμοισι πρέσβυς ὀμματοστερὴς
ἀπήνας ὁμοπτέρου τᾶς ἀπο-
ζυγείσας δόμων
πόθον ἀμφιδάκρυτον ἀεὶ κατέχων

V. 323. **δακρυόεσσ' ἀνεῖσα πένθει κόμαν** restituit pro eis quae in libris leguntur: · **δακρυόεσσαν ἱεῖσα πενθήρη κόμαν** G. Hermannus, qui addit: 'solverat crines prae dolore; tum absciderat Iocasta'. Rectius **ἀνεῖσα πένθει** interpretatur scholiasta ἀποβαλοῦσα ἐπὶ τῷ σῷ πένθει.

V. 324. **ἄπεπλος φαρέων λευκῶν**] De pleonasmo orationis qui est in hac voce cfr. παίδων (**τέκνων**) ἄπαις (ἄτεκνος) Androm. 612, 714, Suppl. 12, 35, 810, **τέκεα** πατρὸς ἀπάτορα Herc. 114, ἀνέορτος ἱερῶν El. 310, ἄνοσος κακῶν ἐμῶν Iph. A. 982. Krueg. II 47, 26, 9. — Ante **τέκνων** interposito ὦ Dindorfius duos dochmios complevit.

V. 325. **δυσόρφναια — λείβομαι**] 'Circa atras vestes pannosas defluunt abditae mihi lacrimae.' Pro σκότια λείβομαι, quod restitui, libri habent σκότι' ἀμείβομαι, cuius lectionis expediendae causa alii, quod fieri nequit, ἀμφὶ cum ἀμείβομαι coniungebant (τὴν δὲ ἀμφί πρὸς τὸ ἀμείβομαι τουτέστι περιβάλλομαι scholiasta annotat), alii inauditum vocabulum ἀμφιτρυχῆ componebant, quod apud Hesychium et in Bekk. Anecd. p. 389 comparet: ἀμφιτρυχῆ· κατερρωγότα. Iam id quoque commodum habemus, quod σκότια non molestum est post δυσόρφναια, sed eodem modo quo v. 336 accipi potest. Cfr. v. 1068—1071.

V. 327 sqq. Sententiam horum versuum recte expedivit scholiasta: Ὁ Οἰδίπους δὲ ὁ τῶν ὀμμάτων ἐστερημένος, τοῦ ζεύγους τοῦ συγγενικοῦ, ἤγουν ὑμῶν τῶν δύο ἀδελφῶν τῶν χωρισθέντων τῶν δόμων, ἐπιθυμίαν περίδακρυν ἀεὶ ἔχων, ὥρμησε μὲν καὶ ἐπ' αὐτόχειρα σφαγὴν ξίφους καὶ ἐπὶ πνιγμονὴν ὑπὲρ τὰ ὑψηλὰ οἰκήματα, μετὰ στεναγμοῦ ἐπαρώμενος ἀρὰς τοῖς τέκνοις. Sed cum etiam de singulis verbis explicandis dubitatum sit, separatim de his infra dicetur.

V. 327. ὀμματοστερής] Cfr. Soph. O. C. 1260 κρατὶ δ' ὀμματοστερεῖ et vide Abresch. Animadv. ad Aeschyl. Eumenid. 941 p. 128 (p. 336 ed. Hal.).

V. 328. ἀπήνας ὁμοπτέρου] Ἀπήνας· συζυγίας. Ἐτεοκλέα καὶ Πολυνείκην ἀπήνην εἶπεν, ἥτις ἐκ δύο βοῶν ἕλκεται. SCHOL. Cfr. Valckenarium ad h. l., qui recte nomina ζεῦγος et ξυνωρίς (vide infra v. 1618) comparavit, quae nomina ipsa quoque de quovis pari usurpari solent. Ὁμοπτέρου· τῆς ὁμογενοῦς, καταχρηστικῶς ἀπὸ τῶν ὀρνέων. SCHOL. Vide praeter Valckenarium ad h. l. Abreschium ad Aesch. Choeph. v. 172 p. 418 sq. (p. 217 ed. Hal.) et A. Seidlerum ad Electr. v. 525. Similiter Plato in Phaedro p. 349 A coniunxit τοὺς μετ' ἀλλήλων πορευομένους καὶ ὁμοπτέρους. Risit fortasse hunc ipsum Euripidis locum Strattis ap. Pollucem VI 156. — τᾶς ἀποζυγείσας δόμων, quod alter fratrum remotus a domo, alter a patre seiunctus erat.

ἀνῇξε μὲν ξίφους
ἐπ' αὐτόχειρά τε σφαγάν,
ὑπὲρ τέραμνά τ' ἀγχόνας,
στενάζων ἀρὰς τέκνοις·
σὺν ἀλαλαῖσι δ' αἰὲν αἰαγμάτων
σκότια κρύπτεται.
σὲ δ', ὦ τέκνον, καὶ γάμοισι δὴ
κλύω ζυγέντα παιδοποιὸν ἁδονὰν
ξένοισιν ἐν δόμοις ἔχειν

V. 331. ξίφους· ἣν τὸ ξίφος δηλονότι ποιεῖ. SCHOL.

V. 333. ὑπὲρ τέραμνά τ' ἀγχόνας] Est brevis et concisa oratio: καὶ ἀνῇξεν ἐπ' ἀγχόνας ὑπὲρ τέραμνα ἀναπτομένας, 'et ruit ad suspendia laqueis super tigna nexis'. Cfr. Hipp. 234 νῦν δ' αὖ ψαμάθοις ἐπ' ἀκυμάντοις πώλων ἔρασαι.

V. 334. στενάζων ἀρὰς τέκνοις] Hunc locum recte ii scholiastae et interpretes ceperunt, qui explicaverunt: μετὰ στεναγμῶν ἀρώμενος, 'per gemitum diras filiis precans'. Falso alius scholiasta: Στενάζων· διὰ τὰς ἀράς, ἃς κατηρᾶτο τῶν τέκνων· μετέγνω γὰρ ἐπὶ τῷ καταράσασθαι τοῖς παισί, cuius rationem secutus est Heathius, quem recte improbavit A. Matthiaeus. Nam verba hoc modo iam propter rationem grammaticam intellegi nequeunt. Hinc eandem rationem amplexus G. Hermannus nuper scribendum existimavit: στενάζων ἀρὰς ἀραίας τέκνοις, quae verba tamen neque metrum neque sententia exigit. Nam dochmio etiam alias iambus subiungitur, ut supra v. 300 θιγεῖν τ' ὠλέναις τέκνον, et hoc ipsum etiam supra v. 64 sqq. traditur, Oedipum, quod esset seiunctus ab liberis, diras precatum esse in filios. Quod autem interpretes in eo haesitarunt, quod Oedipus summum filiorum suorum desiderium habuisse dicitur et tamen mala precatus esse, nihil est. Nam Oedipus non fecit diras filiis *nisi* occaecata mente, id quod ipso filiorum desiderio factum esse potuit.

V. 335. σὺν ἀλαλαῖσι δ' αἰὲν αἰαγμάτων] Non poterit dubitari, quin hoc quoque loco similitudo syllabarum non casu solum, sed studio quodam poetae nata sit, ut externa etiam oratio conveniret cum ipsa sententia. Vide quae explicavimus ad Eurip. Medeae v. 475.

V. 337 sq. καὶ γάμοισι δὴ κλύω ζυγέντα] Quod Brunckius dicit, καί h. l. otiosum, nive frigidius et proinde ineptissimum esse, falsum est: significat enim etiam, adeo. A. MATTH. Quod autem Valckenarius coniecit scribendum: καινοῖς γάμοισι δὴ κλύω κτέ., commemorans Sophoclem et Statium, quorum hic de eadem causa in Oed. Colon. v. 378 sq. Τὸ κοῖλον Ἄργος βὰς φυγὰς προσλαμβάνει Καινόν τε κῆδος καὶ ξυνασπιστὰς φίλους, ille in Thebaidos II 108 *Iamque ille novis — scit fama — superbit Conubiis viresque parat, quis regna capessat*, non viderunt nec ipse Valckenarius neque illi, qui laudatores eius coniecturae exstiterunt, eandem rem hoc loco exprimi verbis ξένον τε κῆδος ἀμφέπειν. G. Hermannus καί delevit.

V. 338. παιδοποιὸν ἁδονάν] Cfr. fragm. 541 εἰς ἀνδροβρῶτας ἡδονὰς ἀφίξεται, Herc. 385 ἀνδροβρῶσι χαρμοναῖσιν, Bacch. 139 ὠμοφάγον χάριν, Or. 1571 σῆς βοηδρόμου σπουδῆς, Hipp. 1428 μουσοποιὸς εἰς σὲ παρθένων ἔσται μέριμνα.

ξένον τε κῆδος ἀμφέπειν,
ἄλαστα ματρὶ τᾷδε Λα-
ΐῳ τε τῷ παλαιγενεῖ,
γάμων ἐπακτὸν ἄταν.
ἐγὼ δ' οὔτε σοι πυρὸς ἀνῆψα φῶς
νόμιμον ἐν γάμοις
ὡς πρέπει ματέρι μακαρίᾳ·
ἀνυμέναια δ' Ἰσμηνὸς ἐκηδεύθη
λουτροφόρου χλιδᾶς· ἀνὰ δὲ Θηβαίαν
πόλιν ἐσιγάθη σᾶς ἔσοδοι νύμφας.

V. 341. *ἄλαστα ματρὶ τᾷδε*] *ἄλαστα* ut mox *γάμων ἐπακτὸν ἄταν* ad universam sententiam apposita sunt. Vide ad v. 212 sq. *Τᾷδε*, quod pro *τάδε* reposuit Valckenarius, hoc loco minime otiosum est, sed accedit ad nomen *ματρί* propterea, ut haec quae in vivis est mater opponatur Laio iam diu mortuo.

V. 342. *τῷ παλαιγενεῖ*] Hoc adiectivo significatur non recte fecisse Polynicem, quod contumeliam fecisset antiquae ac nobili stirpi Lai. Non perspexit rem Valckenarius, qui *Κάδμῳ* pro *Λαΐῳ* rescribi voluit.

V. 343. *ἐπακτὸν ἄταν*] *τὸ σὲ μὴ μετασχεῖν ὁμοφύλου γυναικός.* SCHOL. Scilicet *γάμος* est *ἐπακτός* et quia *ἐπακτός* est, idem *ἀτηρός*.

V. 344 sq. *ἐγὼ δ' οὔτε σοι πυρὸς ἀνῆψα φῶς νόμιμον ἐν γάμοις*] *Ἔθος γὰρ ἦν τὴν νύμφην ὑπὸ τῆς μητρὸς τοῦ γαμοῦντος μετὰ λαμπάδων εἰσάγεσθαι.* SCHOL. De hoc more vide praeter schol. ad Apollon. Rhod. IV 808 imprimis Euripidis Iphig. Aul. v. 732 sqq. *ΚΛΥΤ. λιποῦσα παῖδα; τίς δ' ἀνασχήσει φλόγα; ΑΓΑΜ. Ἐγὼ παρέξω φῶς, ὃ νυμφίοις πρέπει. ΚΛΥΤ. Οὐχ ὁ νόμος οὗτος· ἢ σὺ φαῦλ' ἡγεῖ τάδε;* tum Senecae Phoen. v. 505 sqq. *Non te deduxit in thalamos parens Comitata primos nec sua festas manu Ornavit aedes nec sua laetas faces Vitta revinxit.* Qui hunc locum ridet Plutarchus de exsilio p. 606 F, eum *iniquo in Euripidem iudicio* usum esse recte iam observavit Valckenarius. Euripides enim ut poeta loquitur, Plutarchus philosophorum more rem existimat. De *οὔτε — δέ* vide Krueg. I 69, 16, 6.

V. 346. Verba *ὡς πρέπει* recte delere videtur Nauckius, quibus expulsis *ματέρι* pendeat a *νόμιμον*. — *Μακαρίᾳ* per prolepsin quandam dicitur.

V. 347 sq. *ἀνυμέναια δ' Ἰσμηνὸς ἐκηδεύθη λουτροφόρου χλιδᾶς*] Graeca verba hoc proprie sonant: 'Ismenus vero nuptialiter curatus est sine nuptiali curatione balneariae delectationis', quod denique nihil aliud est quam: Ismenus nullum nuptiarum fructum habuit, quod ex eius undis aquae futuro marito usitatae ad lavandum petitae non sunt'. Genetivus autem *λουτροφόρου χλιδᾶς* suspensus est ab *ἀνυμέναια*, quod similiter ut in Sophoclis Electr. v. 962 pro adverbio positum est; cfr. supra ad v. 310 sq. annotata. De genetivo cfr. Krueg. II 47, 26, 10. Sine idonea causa Rauchensteinius et Paleius *Ἰσμηνοῦ ἐκηδεύθης* coniecerunt. Bene scholiasta adnotat: *οὐ μετέσχε τῶν σῶν ὑμεναίων οὐδὲ τῇ σῇ πρὸς Ἄδραστον ἐπιγαμβρείᾳ συνήσθη· οὐ γὰρ ἐδέξω τὰ παρ' αὐτοῦ λουτρά. εἰώθασι γὰρ οἱ νυμφίοι τὸ παλαιὸν ἀπολούεσθαι ἐπὶ τοῖς ἐγχωρίοις ποταμοῖς καὶ περιρραίνεσθαι λαμβάνοντες ὕδωρ τῶν ποταμῶν καὶ πηγῶν.*

V. 349. ἔσοδοι ex optimo libro

ὄλοιτο, τάδ' εἴτε σίδαρος
εἴτ' ἔρις εἴτε πατὴρ ὁ σὸς αἴτιος
εἴτε τὸ δαιμόνιον κατεκώμασε
δώμασιν Οἰδιπόδα·
πρὸς ἐμὲ γὰρ κακῶν ἔμολε τῶνδ' ἄχη.
ΧΟ. δεινὸν γυναιξὶν αἱ δι' ὠδίνων γοναί,
καὶ φιλότεκνόν πως πᾶν γυναικεῖον γένος.
ΠΟ. μῆτερ, φρονῶν εὖ κοὐ φρονῶν ἀφικόμην
ἐχθροὺς ἐς ἄνδρας· ἀλλ' ἀναγκαίως ἔχει
πατρίδος ἐρᾶν ἅπαντας· ὃς δ' ἄλλως λέγει,
λόγοισι χαίρει, τὸν δὲ νοῦν ἐκεῖσ' ἔχει.
οὕτω δὲ τάρβος εἰς φόβον τ' ἀφικόμην,
μή τις δόλος με πρὸς κασιγνήτου κτάνῃ,
ὥστε ξιφήρη χεῖρ' ἔχων δι' ἄστεως
κυκλῶν πρόσωπον ἦλθον. ἓν δέ μ' ὠφελεῖ,

Marciano qui habet *εἴσοδοι* reductum est. Ceteri fere libri dant *εἴσοδος*, pro quo Seidlerus posuit *ἔσοδος*. Nimirum neglecto schemate quod dicitur Pindarico, de quo cfr. Bacch. 1350 *δέδοκται, πρέσβυ, τλήμονες φυγαί* et Krueg. I 63, 4, 4, alii singularem nominis, alii pluralem verbi ponebant, ut cognoscitur ex scholio: *ἐσιγάθη: ἀντὶ τοῦ οὐκ ἀνυμνήθη . . γράφεται δὲ καὶ ἐσιγάθησαν.*

V. 353 sq. *τάδ' εἴτε σίδαρος — αἴτιος*] Non poterit offensioni esse accusativus *τάδε* aeque ab *αἴτιος* atque a *κατεκώμασε* suspensus. Sic enim ipse Euripides in Helena v. 261 *Τὰ μὲν δι' Ἥραν, τὰ δὲ τὸ κάλλος αἴτιον.* Cfr. Krueg. I 47, 26, 13. *Κατεκώμασε* vero *τάδε* eadem ratione dicitur qua *κατεκώμασε τόνδε τὸν κῶμον.* Vis autem acerba verbi *κατακωμάζειν δώμασι* perspicitur ex Aesch. Ag. 1188 *καὶ μὴν πεπωκώς γ', ὡς θρασύνεσθαι πλέον, βρότειον αἷμα κῶμος ἐν δόμοις μένει, δύσπεμπτος ἔξω, συγγόνων Ἐρινύων.*

V. 354. *γάρ*: Iocasta causam addit, cur diras imprecetur (*ὄλοιτο*) auctori malorum.

V. 355 sq. Eustath. de Ismeniae et Ismenes amor. VI p. 226 *ὡς δὲ καὶ γυναιξὶ δεινὸν κατὰ τὴν παροιμίαν αἱ δι' ὠδίνων γοναί, ὅλαι* (i. q. *πᾶσαι*) *μητέρες συμμαρτυρήσουσιν.* Sic Sophocles in Electr. v. 770 sq. *Δεινὸν τὸ τίκτειν ἐστίν· οὐδὲ γὰρ κακῶς Πάσχοντι μῖσος ὧν τέκῃ προσγίγνεται* et Euripides in Iphig. Aul. 917 *Δεινὸν τὸ τίκτειν, καὶ φέρει φίλτρον μέγα Πᾶσίν τε κοινόν, ὥσθ' ὑπερκάμνειν τέκνων.*

V. 357. *φρονῶν εὖ κοὐ φρονῶν*] Cfr. 272 *πέποιθα κοὐ πέποιθ' ἅμα*, 899 *βούλει σὺ μέντοι κοὐχὶ βουλήσει τάχα.*

V. 360. *λόγοισι χαίρει κτέ.*] Comparavit Valckenarius Eupolidis parasitum apud Athen. VI p. 236, 7 *Κἄν τι τύχῃ λέγων ὁ πλούταξ, πάνυ τοῦτ' ἐπαινῶ Καὶ καταπλήττομαι δοκῶν τοῖσι λόγοισι χαίρειν* et Theogn. v. 87 *Μή μ' ἔπεσιν μὲν στέργε, νόον δ' ἔχε καὶ φρένας ἄλλῃ,* coll. Eurip. Androm. v. 451 sq. Orest. v. 1514.

V. 361. *τάρβος*] Sic Grotius et Kingius. Libri dant *τάρβους*. Porsonus scribendum coniecit *οὕτω δ' ἐτάρβουν*, G. Hermannus *οὕτω δ' ἐτάρβησ'*. Cfr. quae ad v. 284 annotata sunt.

V. 364. *κυκλῶν πρόσωπον*]

σπονδαί τε καὶ σὴ πίστις, ἥ μ' εἰσήγαγε
τείχη πατρῷα· πολύδακρυς δ' ἀφικόμην,
χρόνιος ἰδὼν μέλαθρα καὶ βωμοὺς θεῶν
γυμνάσιά θ' οἷσιν ἐνετράφην, Δίρκης θ' ὕδωρ·
ὧν οὐ δικαίως ἀπελαθεὶς ξένην πόλιν
ναίω, δι' ὄσσων νᾶμ' ἔχων δακρυρροοῦν.
ἀλλ' ἐκ γὰρ ἄλγους ἄλγος αὖ σὲ δέρκομαι
κάρα ξυρῆκες καὶ πέπλους μελαγχίμους
ἔχουσαν, οἴμοι τῶν ἐμῶν ἐγὼ κακῶν·
ὡς δεινὸν ἔχθρα, μῆτερ, οἰκείων φίλων
[καὶ δυσλύτους ἔχουσα τὰς διαλλαγάς.
τί γὰρ πατήρ μοι πρέσβυς ἐν δόμοισι δρᾷ,

Iph. T. 76 *ἀλλ' ἐγκυκλοῦντ' ὀφθαλμὸν εὖ σκοπεῖν χρεών*, Hel. 1557 *ὄμμ' ἀναστρέφων κύκλῳ*, Aristoph. Thesmoph. v. 958 sqq. *Ἐπισκοπεῖν δὲ πανταχῇ κυκλοῦσαν ὄμμα χρὴ χοροῦ κατάστασιν.*

Ibid. *ἓν δέ μ' ὠφελεῖ*] Quia potius exspectetur sententia: 'unum autem animum meum tranquillabat', Heimsoethius conicit *ἓν δ' ἔθελγέ με*, Nauckius *ἓν δ' ἔπειθέ με.*

V. 365. *σὴ πίστις*] Cfr. Krueg. I 47, 7, 8.

V. 370. *νᾶμ'* pro *ὄμμ'* scripsit Musgravius elegantissime. Atque vestigium eius vocis exstat in libro L qui exhibet *αἶμ'*, ut *ν* semel scriptum causa corruptelae appareat. Qui *δι' ὄσσων ὄμμ'* defendit *ὄμμα* 'visum' intellegens, frigida defendit. Nec probabilius quod Reiskius coniecit *τὸ δισσὸν ὄμμ'*. Est autem *νᾶμα δακρυρροοῦν* idem fere quod *νᾶμα δακρύων ῥεόντων*. Cfr. Herc. 98 *δακρυρρόους τέκνων πηγὰς ἀφαίρει*, 449 *δακρύων ὡς οὐ δύναμαι κατέχειν γραίας ὄσσων ἔτι πηγάς*, 625 *νάματ' ὄσσων μηκέτ' ἐξανίετε.*

V. 371. *ἄλγος* per appositionem quam vocant, de qua vide v. 1219, pertinet ad universam enuntiationem *δέρκομαί σε . . ἔχουσαν*, ut sit sensus: 'at enim ex aegritudine quam modo sentiebam (*πολύδακρυς* v. 366) aegritudo mihi obvenit quod te video etc.'. Itaque quod Kirchhoffius v. 372 ut ex Alc. 427 *κουρᾷ ξυρήκει καὶ μελαγχίμοις πέπλοις* fictum eiecit, probari non potest, quia tum cum *ἄλγος* (*ἔχουσαν*) ad Iocastam pertineret, etiam *ἄλγους* ad Iocastam pertinere oporteret, id quod a nexu sententiarum alienum est. Ne quis hic quoque *κουρὰν ξυρήκη* exspectet, cfr. El. 335 *κάρα τ' ἐμὸν ξυρῆκες.*

V. 371. Propter similitudinem sententiae comparavit Valckenarius Troad. 596 *ἐπὶ δ' ἄλγεσιν ἄλγεα κεῖνται.* Alcest. 1039 *ἀλλ' ἄλγος ἄλγει τοῦτ' ἂν ἦν προσκείμενον.*

V. 373. *οἴμοι τῶν ἐμῶν ἐγὼ κακῶν*] Recte explicavit scholiasta: *Οἴμοι ἐγὼ ἕνεκα τῶν ἐμῶν κακῶν.* Cfr. Sophoclis Trachin. v. 971 *Ὤμοι ἐγὼ σοῦ, πάτερ, ὤμοι ἐγὼ σοῦ μέλεος.* Male Porsonus in pronomine *ἐγώ* offensus pro eo substituit *τλήμων.*

V. 375—378 spurios esse vidit Usenerus N. Mus. Rhen. vol. XXII. Primum v. a libris nonnullis abfuisse refert scholion: *ὁ στίχος οὗτος ἔν τισιν οὐ φέρεται.* Praeterea monuit Usenerus, *δύσλυτος* attribui posse vocabulo *ἔχθρα*, non posse attribui nomini *διαλλαγή*. Ceteri versus neque cum eis quae antecedunt bene cohaerent neque postea ab

σκότον δεδορκώς; τί δὲ κασίγνηται δύο;
ἦ που στένουσι τλήμονες φυγὰς ἐμάς;]
ΙΟ. κακῶς θεῶν τις Οἰδίπου φθείρει γένος·
οὕτω γὰρ ἦρξατ', ἄνομα μὲν τεκεῖν ἐμέ,
κακῶς δὲ γῆμαι πατέρα σὸν φῦναί τε σέ.
ἀτὰρ τί ταῦτα; δεῖ φέρειν τὰ τῶν θεῶν.
ὅπως δ' ἔρωμαι, μή τι σὴν δάκω φρένα,
δέδοιχ', ἃ χρῄζω· διὰ πόθου δ' ἐλήλυθα.
ΠΟ. ἀλλ' ἐξερώτα, μηδὲν ἐνδεὲς λίπῃς·
ἃ γὰρ σὺ βούλει, ταὖτ' ἐμοί, μῆτερ, φίλα.
ΙΟ. καὶ δή σ' ἐρωτῶ πρῶτον ὧν χρῄζω τυχεῖν,
τί τὸ στέρεσθαι πατρίδος; ἦ κακὸν μέγα;

Iocasta respiciuntur. Atque quid pater agat, iam ex v. 327 sqq. novit Polynices.

V. 377. *σκότον δεδορκώς*] Cfr. Sophoclis Oed. reg. 419 *βλέποντα νῦν μὲν ὄρθ', ἔπειτα δὲ σκότον.*

V. 378. *ἦ που στένουσι τλήμονες φυγὰς ἐμάς;*] Nominativus *τλήμονες* rectissime se habet hoc loco. Refertur autem non tam ad ipsas personas, quam ad actionem eam, quae est in verbo *στένουσι*. Sic in Latino sermone saepenumero adiectivum *miser* interponitur, ubi adverbium merum exspectaveris. Hoc qui non intellexerunt librarii, *τλήμονος* invexerunt, quod non debebant recentiores critici recipere. Male etiam Porsonus de Bruncki coniectura edidit *τλήμονας*.

V. 380. *οὕτω γὰρ ἦρξατ'*] Est fere: 'Sic enim instituit facere', ut accusativus cum infinitivo a voce *οὕτω* — *ἦρξατο* per epexegesin suspensus esse videatur.

V. 381. *φῦναί τε σέ*] Debebant hoc loco tres istae personae, in quibus maxime pernicies generis Oedipi cerneretur, magis exstare, itaque haec omnia etiam constructione et pronominibus *ὀρθοτονουμένοις* distinguuntur: *τεκεῖν ἐμέ, γῆμαι πατέρα σόν*, tum *φῦναι σέ*. Quod cum ita sit, non recte G. *Hermannus* dixit se nescire, an Euripides scripserit *φῦσαι* pro *φῦναι*.

V. 382. *ἀτὰρ τί ταῦτα*] *Τί λέγω;* SCHOL.

V. 383 sq. Constructio horum verborum haec est: *ὅπως δ' ἔρωμαι ἃ χρῄζω, δέδοικα μή τι σὴν δάκω φρένα*, ita ut pro *ἀπορῶ* inferatur *δέδοικα μή τι σὴν δάκω φρένα*, itaque sensus sit: 'quomodo autem interrogem quae cupio, angor animo ne tuum animum offendam'. De formula *δάκνειν φρένα* cfr. Homeri Iliad. V 493 *δάκε δὲ φρένας Ἕκτορι μῦθος* cum annotat. Eustathii p. 437, 2.

V. 384. *διὰ πόθου δ' ἐλήλυθα*] *Ποθῶ δὲ ἐρωτῆσαι.* SCHOL. Cfr. ad v. 20 annotata.

V. 386. *ταὖτ'* pro *ταῦτ'* scripsit Nauckius.

V. 387. Quod legitur in cod. F *χρῄζω μαθεῖν*, ex interpretatione natum esse apparet. Fr. Polle coniecit *χρῄζω κλύειν*.

V. 388 sqq. Hic omnis de exsilio locus a veteribus philosophis, qui etiam Euripideorum decretorum mentionem saepe faciunt, diligenter tractatus est, quorum disputationes operae pretium erit inspexisse. Vide Plutarch. de exsilio p. 599 D, p. 605 F, p. 606 A, D, E et Teletis ac Musonii disputationes servatas a Stobaeo tit. 40. Poetam vero quod universum hunc locum hic posuisset, vituperatum

ΠΟ. μέγιστον· ἔργῳ δ' ἐστὶ μεῖζον ἢ λόγῳ.
ΙΟ. τίς ὁ τρόπος αὐτοῦ; τί φυγάσιν τὸ δυσχερές;
ΠΟ. ἓν μὲν μέγιστον, οὐκ ἔχει παρρησίαν.
ΙΟ. δούλου τόδ' εἶπας, μὴ λέγειν ἃ τις φρονεῖ.
ΠΟ. τὰς τῶν κρατούντων ἀμαθίας φέρειν χρεών.
ΙΟ. καὶ τοῦτο λυπρόν, συνασοφεῖν τοῖς μὴ σοφοῖς.
ΠΟ. ἀλλ' εἰς τὸ κέρδος παρὰ φύσιν δουλευτέον.
ΙΟ. αἱ δ' ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδας, ὡς λόγος.
ΠΟ. καλοῖς βλέπουσαί γ' ὄμμασιν, μέλλουσι δέ.
ΙΟ. οὐδ' ὁ χρόνος αὐτὰς διεσάφησ' οὔσας κενάς;
ΠΟ. ἔχουσιν ἀφροδίτην τιν' ἡδεῖαν κακῶν.
ΙΟ. πόθεν δ' ἐβόσκου πρὶν γάμοις εὑρεῖν βίον;
ΠΟ. ποτὲ μὲν ἐπ' ἦμαρ εἶχον, εἶτ' οὐκ εἶχον ἄν.

esse iam antiquo tempore ostendit scholiasta; Τοῦτο μετὰ ἤθους, inquit, οὐκ ἐν δέοντι δὲ γνωμολογεῖ, τοιούτων κακῶν περιεστώτων τῇ πόλει. τοιοῦτος δὲ πολλαχοῦ ὁ Εὐριπίδης. Aliquam excusationem habebit Euripides, si verum est, quod ad v. 320 statuimus, spectare haec ad Alcibiadem eo tempore ab Atheniensibus ex exsilio revocatum. Vide G. Hermanni praef. p. XV.

V. 388. Cfr. El. 1314 τίνες ἄλλαι στοναχαὶ μείζους ἢ γῆς πατρίας ὅρον ἐκλείπειν; Med. 649 μόχθων δ' οὐκ ἄλλος ὕπερθεν ἢ γᾶς πατρίας στέρεσθαι;

V. 390. Cfr. Herc. 965 τίς ὁ τρόπος ξενώσεως τῆσδε; Soph. O. R. 99 τίς ὁ τρόπος τῆς ξυμφορᾶς; Aristoph. Av. 94 τίς ὁ τρόπος τῆς τριλοφίας;

V. 391. ἓν μὲν μέγιστον, οὐκ ἔχει] Cfr. Krueg. I 57, 10, 12. Subiectum verbi ἔχει est τὸ στέρεσθαι πατρίδος. Plut. Mor. p. 605 E ἔχειν habet, quod nullo modo praeferendum.

V. 392. δούλου τόδ' εἶπας, μὴ λέγειν ἃ τις φρονεῖ] De sententia cfr. Aristoph. Plut. v. 1 sqq.

V. 394. συνασοφεῖν] Quamquam hoc verbum analogiae repugnare videtur, tamen recto iudicio usi Porsonus, Schaeferus, Hermannus ferendam eam formam existimaverunt. Vide Lobeck. ad Phryn. p. 630. Ex Iph. A. 407 συνσωφρονεῖν γὰρ βούλομ' ἀλλ' οὐ συννοσεῖν Geelius συννοσεῖν reponi vult (vel συναφρονεῖν).

V. 396. αἱ δ' ἐλπίδες βόσκουσι κτἑ.] Similiter Aeschylus Agam. 1668 Οἶδ' ἐγὼ φεύγοντας ἄνδρας ἐλπίδας σιτουμένους. Cfr. etiam Soph. fragm. 863 ἐλπὶς γὰρ ἡ βόσκουσα τοὺς πολλοὺς βροτῶν. Scholiasta ad hunc locum annotat: ἐντεῦθεν ἡ παροιμία 'αἱ δ' ἐλπίδες βόσκουσι τοὺς κενοὺς βροτῶν'.

V. 397. βλέπουσαί γ'] Hanc quam desiderabat G. Hermannus lectionem habuit scholiasta qui annotat: καλὰ πρὸ ὀφθαλμῶν τιθέμεναι, βραδύνουσι δέ. Libri exhibent βλέπουσί γ'.

V. 399. ἔχουσιν ἀφροδίτην τιν' ἡδεῖαν κακῶν] Τέρψιν τινὰ ἡδεῖαν ἔχουσι πρὸς τὰς δυστυχίας. SCHOL. Nos sic fere: es liegt in ihnen ein süsser Reiz für das Unglück.

V. 400. εὑρεῖν] Exspectaveris ηὗρες, sed vide Krueg. I 54, 17, 6.

V. 401. εἶτ' οὐκ εἶχον ἄν] Ἂν iam scholiastae agnoverunt recte interpretantes τυχόν. Viri docti certatim αὖ proposuerunt. Vide G. Hermanni diss. de particula ἄν lib. I cap. 7 p. 21 sq. Krueg. I 53, 10, 3. Devarium Vol. I p. 31 cum annot. mea Vol. II p. 143.

ΙΟ. φίλοι δὲ πατρὸς καὶ ξένοι σ' οὐκ ὠφέλουν;
ΠΟ. εὖ πρᾶσσε· τὰ φίλων δ' οὐδέν, ἤν τι δυστυχῇς.
ΙΟ. οὐδ' ηὑγένειά σ' ἦρεν εἰς ὕψος μέγα;
ΠΟ. κακὸν τὸ μὴ ἔχειν· τὸ γένος οὐκ ἔβοσκέ με.
ΙΟ. ἡ πατρίς, ὡς ἔοικε, φίλτατον βροτοῖς.
ΠΟ. οὐδ' ὀνομάσαι δύναι' ἂν ὡς ἐστὶν φίλον.
ΙΟ. πῶς δ' ἦλθες Ἄργος; τίν' ἐπίνοιαν ἔσχεθες;
ΠΟ. οὐκ οἶδ'· ὁ δαίμων μ' ἐκάλεσεν πρὸς τὴν τύχην.
ΙΟ. σοφὸς γὰρ ὁ θεός· τίνι τρόπῳ δ' ἔσχες λέχος;
ΠΟ. ἔχρησ' Ἀδράστῳ Λοξίας χρησμόν τινα.
ΙΟ. ποῖον; τί τοῦτ' ἔλεξας; οὐκ ἔχω μαθεῖν.
ΠΟ. κάπρῳ λέοντί θ' ἁρμόσαι παίδων γάμους.

V. 403. Recte haec scholiasta explicavit: *εὔχου σὺ πράττειν καλῶς· τὰ γὰρ τῶν φίλων οὐδέν ἐστιν, ἐάν τις δυστυχῇ.* Addit senarium *ἀνδρὸς κακῶς πράσσοντος ἐκποδὼν φίλοι*, qui inter Menandri monosticha legitur. Acci Phoen. fragm. XIII *quae ego cuncta esse fluxa in mea re crepera comperi* utrum ad Polynicem an ad Oedipum spectet dubium est. — De *οὐδὲν* cfr. Krueg. I 61, 8, 3.

Ibid. *ἤν τι δυστυχῇς* restituit Elmsleius. Libri dant *ἤν τις δυστυχῇ*. — Nauckius v. 402 et 403 post v. 405 collocandos censet: quod est in proximo v. *οὐδέ*, huic opinioni non favet.

V. 404. Malim *μέγαν* cl. Bacch. 183 *αὔξεσθαι μέγαν*, Heracl. 322 *ὑψηλὸν ἀρῶ*, Krueg. I 57, 4, 2.

V. 405. *τὸ γένος οὐκ ἔβοσκέ με*] Cfr. Ionis v. 268 *τὸ δὲ γένος μ' οὐκ ὠφελεῖ.*

V. 407. *δύναι' ἂν* restituit Marklandus. Libri *δύναιμ' ἄν.*

V. 408. *ἔσχεθες* libri ABL. Ex libro F recepit G. Hermannus *ἔχων* et scripsit *τίνα ποτ' ἐπινοίαν ἔχων*, pro quo Heimsoethius coniecit *καὶ τίν' ἐπινοίαν ἔχων*. De forma *ἔσχεθες* vide P. Elmsleium ad Med. 995. Heracl. 272.

V. 409. 410 qui leguntur in libris post v. 414 huc transferendos esse vidit Iacobsius in Curis secundis cap. 6 et quae Naekius, Schoenius alii oblocuti sunt, ea manifesto sententiarum nexu refutantur. Nam oraculum Adrasto datum quid causae erat, ut Polynices Argos proficisceretur? Quid vero v. 409 negat se scire Polynices, quod mox scit bene?

V. 412. *ποῖον; τί τοῦτ' ἔλεξας;*] Hoc est aliis verbis: 'quod oraculum? quid istuc est, quod dicis? Non intellego orationem istam'. Hinc recte fecerunt recentiores critici, quod non obsecuti sunt Porsono scribenti: *ποῖόν τι τοῦτ' ἔλεξας;* Comparavit G. Hermannus in eam rem Soph. Electr. 1348 sq. *ΟΡ. Οὐκ οἶσθ', ὅτῳ μ' ἔδωκας εἰς χεῖράς ποτε; ΗΛ. ποίῳ; τί φωνεῖς;*

V. 413. Ipsa oraculi verba affert scholiasta: *Ὁ χρησμὸς ὑπὸ Μνασέου* — est Mnaseas Patarensis, qui, ut testatur schol. Pind. Olymp. II 70, librum de oraculis (*περὶ χρησμῶν*) composuerat; vid. G. I. Vossium de historicis Gr. p. 178 sq. ed. Westermann. — *οὕτως ἀναγέγραπται· Κουράων δὲ γάμους ζεῦξον κάπρῳ ἠδὲ λέοντι, Οὓς κεν ἴδῃς προθύροισι τεοῦ δόμου ἐξ ἱεροῖο Ἀμοῦ στείχοντας, μηδὲ φρεσὶ σῇσι πλανηθῇς.*

ΙΟ. καὶ σοὶ τί θηρῶν ὀνόματος μετῆν, τέκνον;
ΠΟ. νὺξ ἦν, Ἀδράστου δ' ἦλθον εἰς παραστάδας.
ΙΟ. κοίτας ματεύων ἢ φυγὰς πλανώμενος;
ΠΟ. ἦν ταῦτα· κᾆτ' ἐπῆλθεν ἄλλος αὖ φυγάς.
ΙΟ. τίς οὗτος; ὡς ἄρ' ἄθλιος κἀκεῖνος ἦν.
ΠΟ. Τυδεύς, ὃν Οἰνέως φασὶν ἐκφῦναι πατρός.
ΙΟ. τί θηρσὶν ὑμᾶς δῆτ' Ἄδραστος ᾔκασεν;
ΠΟ. στρωμνῆς ἐς ἀλκὴν οὕνεκ' ἤλθομεν πέρι.

V. 415. *νὺξ ἦν, Ἀδράστου δ' ἦλθον*] Cfr. Demosth. XVIII § 168 *ἑσπέρα μὲν ἦν, ἧκε δ' ἀγγέλλων τις ὡς Ἐλάτεια κατείληπται.* Incipit autem Polynices eam rem narrare, qua id quod Iocasta scire cupit explicabit.

Ibid. *εἰς παραστάδας*] *παραστάδας* dixisse Euripidem quae Homerus dixisset *σταθμούς* annotavit Eustath. ad Iliad. p. 402, 23: *μέρος θυρῶν*, inquit, *ἐν Ὀδυσσείᾳ οἱ σταθμοί, οὓς παραστάδας ὁ τραγικός φησιν.* Recte igitur conclusit Valckenarius vertisse Statium in Theb. I 388 *ignotae acclinis postibus aulae;* conf. etiam Suppl. 142, ubi Adrastus: *ἐλθόντε φυγάδε νυκτὸς εἰς ἐμὰς πύλας.*

V. 416. *κοίτας .. πλανώμενος;*] 'Cubile quaerens ut exsul errabundus?'

V. 417. *κᾆτ' ἐπῆλθεν* Nauckius restituit. Libri *κᾆτά γ' ἦλθεν* particula *γὲ* inutili.

V. 418. *ὡς ἄρ' ἄθλιος κἀκεῖνος ἦν*] Cum hunc versum P. Elmsleius ad Med. 1246 propter exclamationem, quae esset in particulis *ὡς ἄρα*, attulisset, recte quidem G. Hermannus dixit satis miram esse hanc Iocastae miserationem hominis ignoti, sed debebat vir summus tamen hoc adicere, erravisse Elmsleium atque interpretes reliquos, qui exclamationem in illis verbis contineri putassent. Ista enim verba, si rem paulo pinguius explicare volumus, hoc sibi volunt: 'nam rebus ita comparatis etiam ille miser fuit', ut *ὡς ἄρα κτέ.* hoc loco idem fere sit, quod: *ἐπεὶ ἄρα κἀκεῖνος ἄθλιος ἦν.* Etenim *ὡς ἄρα* particulae eodem iure ratiocinationem in se continere possunt, quo exclamationem. De *ἄρα* in eiusmodi locis explicatius dixi ad Devarium Vol. II p. 174 sqq. Concisa autem huius versus sententia sic dilatanda est: 'Quis iste fuit?' vel: 'Quid isti nominis est? Nam quae eius condicio fuerit, non est quod exquiram. Etenim, ut tu ipse narras (*ἄρα*), quandoquidem exsulem eum ais fuisse, miser ipse quoque fuit'. Hoc sibi poetam voluisse apparet etiam ex responsione Polynicis.

V. 419. *Τυδεύς*] Is ob eam causam fugisse patriam dicitur, quod cognatum aliquem suum occiderat. Quis ille cognatus fuerit, incertum veterum scriptorum testimonia relinquunt. Accurate de ea re egit Apollodorus I 8, 5, ad quem locum vide quae Heynius annotavit.

V. 421. *στρωμνῆς ἐς ἀλκὴν οὕνεκ' ἤλθομεν πέρι*] Quod praepositio *πέρι* ab eo quo pertinet nomine *στρωμνῆς* remotior est, non debet nos offendere. Saepe enim hoc Graeci fecerunt, modo ita illa quae coniungenda erant verba in enuntiato exstarent, ut eorum vis et constructio sese proderet ipsa verborum collocatione. Sic hoc versu *στρωμνῆς* cum primum locum obtineat, *πέρι* autem ultimum, facile constructionis ratio agnoscitur. Cfr. Sophoclis Antig. v. 214 *καὶ τῶν θανόντων χὠπόσοι ζῶμεν πέρι.* — Ceterum Euripides et hoc loco et in Supplic. v. 144 sqq. simplicissimam hanc causam af-

ΙΟ. ἐνταῦθα Ταλαοῦ παῖς συνῆκε θέσφατα;
ΠΟ. κἄδωκέ γ' ἡμῖν δύο δυοῖν νεάνιδας.
ΙΟ. ἆρ' εὐτυχεῖς οὖν τοῖς γάμοις ἢ δυστυχεῖς;
ΠΟ. οὐ μεμπτὸς ἡμῖν ὁ γάμος εἰς τόδ' ἡμέρας.
ΙΟ. πῶς δ' ἐξέπεισας δεῦρό σοι σπέσθαι στρατόν;
ΠΟ. δισσοῖς Ἄδραστος ὤμοσεν γαμβροῖς τόδε
[Τυδεῖ τε κἀμοί· σύγγαμος γάρ ἐστ' ἐμός],
ἄμφω κατάξειν εἰς πάτραν, πρόσθεν δ' ἐμέ.
πολλοὶ δὲ Δαναῶν καὶ Μυκηναίων ἄκροι
πάρεισι, λυπρὸν χάριν, ἀναγκαίαν δέ μοι
διδόντες· ἐπὶ γὰρ τὴν ἐμὴν στρατεύομαι
πόλιν. θεοὺς δ' ἐπώμοσ' ὡς ἀκουσίως
τοῖς φιλτάτοις ἑκοῦσιν ἠράμην δόρυ.
ἀλλ' εἰς σὲ τείνει τῶνδε διάλυσις κακῶν,
μῆτερ, διαλλάξασαν ὁμογενεῖς φίλους
παῦσαι πόνων με καὶ σὲ καὶ πᾶσαν πόλιν.

fert, quamobrem Adrastus putarit esse hos viros indicatos Apollinis oraculo ferarum istarum nomine, quod illos de cubili instar ferarum dimicantes vidisset. Nam varie haec res traditur et ab aliis aliud narratur scriptoribus, qua de re vide quae eruditissime disputavit Naekius in Opusc. philol. a Welckero editis Vol. II p. 114 sqq.

V. 422. *ἐνταῦθα Ταλαοῦ παῖς· Ἐν τούτῳ ὁ τοῦ Ταλαοῦ παῖς Ἄδραστος ἔγνω τὰ μαντεύματα* (nos 'darauf deutete'). *Αἰόλου Κρηθεὺς, οὗ Ἀμυθάων, οὗ Βίας, οὗ Ταλαός, οὗ Ἄδραστος.* SCHOL. De genere et progenie Talai vide Apollod. I 9, 13 cum tab. geneal. VIII c Heynii.

V. 423. *κἄδωκέ γ'* consuetudini respondendi convenienter scripsit Kirchhoffius pro *κἄδωκεν.*

V. 425. *ἐς τόδ' ἡμέρας*] Vid. Krueg. II 47, 10, 3 et ad v. 38.

V. 428 spurium esse vidit Iortinus. Sententia inutilis est, ut monuit scholiasta: *τοῦτο γὰρ περισσόν· προεμηνύθη γὰρ ἄνωθεν* (v. 423), atque etiam molesta. Nec *σύγγαμος*, cuius in locum *συμφυγὰς* substituit Geelius, suam habet significationem.

V. 429. *πρόσθεν δ' ἐμέ· Ἐπείπερ οὗτος εἶχε τὴν πρεσβυτέραν τῶν θυγατέρων.* SCHOL. Priorem etiam se venisse ait Polynices v. 417.

V. 430. *πολλοὶ δὲ Δαναῶν κτέ*] 'Haec et sqq. profert Plut. de exsil. p. 606 E, quibus ingratum ostendat Euripidei Polynicis animum quaeque superius is de exsilii dixerat incommodis v. 402 et sqq. confutet.' VALCKEN.

V. 433. *ἐπώμοσ'· ἀντὶ τοῦ ἐπόμνυμι.* SCHOL. Vid. Krueg. II 53, 6, 2.

V. 434. *ἑκοῦσιν* ex scholio *γράφεται καὶ 'ἑκοῦσιν', ἵν' ᾖ τῷ ἀδελφῷ μοι· ὁ γὰρ Ἐτεοκλῆς ἑκὼν πορθεῖ τὴν βασιλείαν* (l. *πόλιν*) *διὰ τὸ μὴ ἀφίστασθαι τῆς βασιλείας* reduxit Valckenarius. Libri exhibent *τοκεῦσιν.* Cfr. Soph. Trach. 198 *οὕτως ἐκεῖνος οὐχ ἑκών, ἑκοῦσι δὲ ξύνεστιν*, Ant. 276 *πάρειμι δ' ἄκων οὐχ ἑκοῦσιν.*

V. 437. *παῦσαι πόνων με καὶ σὲ κτέ.*] Non debemus offendere in eo, quod priore loco *μὲ* encliticum positum est, deinde autem distinctionis ratio postu-

πάλαι μὲν οὖν ὑμνηθέν, ἀλλ' ὅμως ἐρῶ·
τὰ χρήματ' ἀνθρώποισι τιμιώτατα
δύναμίν τε πλείστην τῶν ἐν ἀνθρώποις ἔχει.
ἁγὼ μεθήκω δεῦρο μυρίαν ἄγων
λόγχην· πένης γὰρ οὐδὲν εὐγενὴς ἀνήρ.
ΧΟ. καὶ μὴν Ἐτεοκλῆς εἰς διαλλαγὰς ὅδε
χωρεῖ· σὸν ἔργον, μῆτερ Ἰοκάστη, λέγειν
τοιούσδε μύθους οἷς διαλλάξεις τέκνα.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

μῆτερ, πάρειμι· τὴν χάριν δὲ σοὶ διδοὺς
ἦλθον. τί χρὴ δρᾶν; ἀρχέτω δέ τις λόγου·
ὡς ἀμφὶ τείχη καὶ ξυνωρίδας λόχων

lat, ut *σὲ* pro *ὀρθοτονουμένῳ* habeamus. Nam in altero demum membro nascitur oppositio. Vide Matth. § 466 ann. I. Non recte igitur P. Elmsleius in Add. ad Oed. reg. 376 scribendum proposuit: *παῦσαι πόνων σὲ κἀμὲ κτέ.*, quem in viam reduxit G. Hermannus ad h. l.

V. 438. *πάλαι μὲν οὖν ὑμνηθέν*] Est quasi nostra lingua dicas: Es ist eine alte Leier, quamquam hoc eleganter minus dicitur. Cfr. Soph. Ai. 292 *ἀεὶ δ' ὑμνούμενα· Γύναι, γυναιξὶν κόσμον ἡ σιγὴ φέρει.*

V. 440. *δύναμίν τε πλείστην — ἔχει*] Cfr. coll. Theognideam v. 717 sq. *Ἀλλά γε χρὴ πάντας γνώμην ταύτην καταθέσθαι, Ὡς πλοῦτος πλείστην πᾶσιν ἔχει δύναμιν.*

V. 441 sq. *μυρίαν ἄγων λόγχην*] Vide quae supra annotavimus ad v. 78.

V. 442. *οὐδὲν*] Vide annotat. ad v. 406. De sententia cfr. El. 37 *χρημάτων γε μὴν πένητες, ἔνθεν ηὐγένει' ἀπόλλυται*, fragm. 96 *ἀλλ' οὐδὲν ηὑγένεια πρὸς τὰ χρήματα· τὸν γὰρ κάκιστον πλοῦτος εἰς πρώτους ἄγει.*

V. 443. *καὶ μὴν*] Saepe has particulas in novae personae adventu a scaenicis poetis usurpari notum est. Vide quae diximus ad Devarium Vol. II p. 651.

V. 444. *σὸν ἔργον, μῆτερ Ἰοκάστη, λέγειν*] In usitatis his et ad intellegendum non obscuris formulis solent verba et particulae saepe omitti. Sic Aeschylus in Prometheo v. 635 *σὸν ἔργον, Ἰοῖ, ταῖσδ' ὑπουργῆσαι χάριν κτέ.*

V. 445. *τοιούσδε μύθους, οἷς διαλλάξεις τέκνα*] Cfr. Iphig. Taur. 1053 *ἀλλ' ἀντίαζε καὶ λόγους πειστηρίους εὕρισκε.* Neque enim solum in mala causa *λόγους εὑρίσκειν, λόγους παρασκευάζεσθαι* et similia dicuntur, verum saepe etiam in bona. Vide quae ego de hac re commentatus sum in Nov. annal. philol. et paedag. Vol. XIII p. 376. De futuro cfr. Krueg. I 53, 7, 8.

V. 446. *τὴν χάριν δὲ σοὶ διδούς*] Ὀρθοτονητέον τὸ σοὶ διὰ τὴν πρὸς τὸν ἀδελφὸν σχέσιν. SCHOL. Efferitatem atque atrocem Eteoclis animum unumquodque Euripidis verbum loquitur, ut recte hic locus iam ab antiquis grammaticis ob eam rem laudatus sit. Sic etiam mox v. 447 dicit: *ἀρχέτω δέ τις λόγου*, universa sententia, ne, si speciatim loqueretur, appellaret fratrem.

V. 448 sq. Construunt *ὡς ἐπέσχον τάσσων ξυνωρίδας λόχων ἀμφὶ τείχη καὶ πόλιν.* Sed collocatio verborum tolerabilis non est. G. Hermannus *ξυνωρίδας πυλῶν* posuit valvas portarum dictas esse *ξυνωρίδας πυλῶν* opinatus. Alii corrigunt *πόλιν*

τάσσων ἐπέσχον πόλιν, ὅπως κλύοιμί σου
κοινὰς βραβείας, αἷς ὑπόσπονδον μολεῖν
τόνδ' εἰσεδέξω τειχέων πείσασά με.
ΙΟ. ἐπίσχες· οὔτοι τὸ ταχὺ τὴν δίκην ἔχει·
βραδεῖς δὲ μῦθοι πλεῖστον ἀνύουσιν σοφόν.
σχάσον δὲ δεινὸν ὄμμα καὶ θυμοῦ πνοάς·
οὐ γὰρ τὸ λαιμότμητον εἰσορᾷς κάρα
Γοργόνος, ἀδελφὸν δ' εἰσορᾷς ἥκοντα σόν.
σύ τ' αὖ πρόσωπον πρὸς κασίγνητον στρέφε,
Πολύνεικες· εἰς γὰρ ταὐτὸν ὄμμασι βλέπων
λέξεις τ' ἄμεινον τοῦδέ τ' ἐνδέξει λόγους.

in πάλιν vel μόλις, quibus nihil assequimur; nam ὁ 'καί' παρέλκει, ut monet scholiasta. Hoc καί non in τάς mutandum, ut olim putabam, sed ansam praebet emendationis. Accedit quod πόλιν a libro L abest. Scribendum videtur: ὡς ἀμφὶ τείχη καὶ ⟨πύλας⟩ ξυνωρίδας τάσσων λόχων ἐπέσχον, ὡς κλύοιμί σου (ὡς ἀμφὶ τείχη καὶ πόλιν ξυνωρίδας τάσσων λόχων ἐπέσχον, ὡς praeivit Herwerdenus). Reliquum est, ut quid verba ξυνωρίδας λόχων τάσσειν sibi velint explicem. Et τάσσειν λόχους notissima formula est de imperatore, qui instruit aciem locandis singulis manipulis. Cum autem ξυνωρίς non solum iumenta, verum saepe omne id, quod duplex aliquo modo est, significet, ut ξυνωρὶς ἀδελφῶν, par fratrum, ξυνωρίδες λόχων dicuntur, quia singulis cohortibus et turmis singulae cohortes et turmae in subsidio sunt. Cfr. v. 1095 sq.

V. 449 sqq. ὅπως κλύοιμί σου κοινὰς βραβείας] Est: 'ut tua arbitria aequa audirem'. Quod temporis significationem obtinuit, quae est in verbo ἐπέσχον, optativum κλύοιμι posuit eo loco, ubi, si rem praesentem magis spectaret, etiam coniunctivum ponere potuerit.

V. 450. αἷς ὑπόσπονδον μολεῖν] Cfr. Krueg. I 48, 15, 5.

V. 451. τόνδ' εἰσεδέξω τειχέων] De genetivo cum εἰσδέχεσθαι coniuncto vide Soph. Aiacem v. 1274 ἑρκέων ποθ' ὑμᾶς — ἐγκεκλῃμένους cum annotatione Lobecki et Hermanni, tum Krueg. II 46, 1, 3.

V. 455 sq. οὐ γὰρ τὸ λαιμότμητον κτἑ.] Similiter Oppianus in Cyneg. III 222 Οὐχὶ μέτωπον ἀθρεῖς λιθοεργέος ἄγχι Μεδούσης, Οὐ γόνον ἰοφόρον παναμειλίκτοιο δρακαίνης. Heliodor. IV p. 173 ὥσπερ τὴν Γοργοῦς θεασαμένη κεφαλήν, τὴν ὄψιν ἀπέστρεψε. Vide Valcken., qui Atticam formam Γοργοῦς quoniam modulus senarii non respuat, restitui iubet.

V. 456. ἀδελφὸν δ' εἰσορᾷς] De δέ post ἀδελφόν posito, ubi dici poterat etiam ἀλλά, vide quae explicavi ad Devarium Vol. II p. 4 sq., p. 360 sq. In sqq. autem tantum abest, ut repetitum verbum εἰσορᾷς auctore Musgravio pro suspecto habere debeamus, ut hoc nobis agnoscendum sit, a poeta repetitione eiusdem verbi bene et ordine oppositionis rationem adiutam esse, de qua recte iam existimavit Heathius in Not. s. lect. ad Euripidem etc. p. 34.

V. 458. εἰς γὰρ ταὐτόν· Εἰς γὰρ τὸ αὐτὸ τοῖς ὄμμασι τοῦτον βλέπων, ἤγουν· βλέπων γὰρ τοῦτον κατὰ ὀφθαλμοὺς λέξεις ἄμεινον. SCHOL. Sine idonea causa Geelius τοῦτον scripsit. De producta syllaba in ὄμμασι βλέπων vide Soph. Electr. v. 301 ἡ πᾶσα βλάβη et C. Wexium

παραινέσαι δὲ σφῷν τι βούλομαι σοφόν·
ὅταν φίλος τις ἀνδρὶ θυμωθεὶς φίλῳ
εἰς ἓν συνελθὼν ὄμματ' ὄμμασιν διδῷ,
ἐφ' οἷσιν ἥκει, ταῦτα χρὴ μόνον σκοπεῖν,
κακῶν δὲ τῶν πρὶν μηδενὸς μνείαν ἔχειν.
λόγος μὲν οὖν σὸς πρόσθε, Πολύνεικες τέκνον·
σὺ γὰρ στράτευμα Δαναϊδῶν ἥκεις ἄγων,
ἄδικα πεπονθώς, ὡς σὺ φής· κριτὴς δέ τις
θεῶν γένοιτο καὶ διαλλακτὴς κακῶν.
ΠΟ. ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ,
κοὐ ποικίλων δεῖ τἄνδιχ' ἑρμηνευμάτων·
ἔχει γὰρ αὐτὰ καιρόν· ὁ δ' ἄδικος λόγος

ad Sophoclis Antig. v. 885 Vol. II p. 251.

V. 460 sq. *παραινέσαι δὲ σφῷν τι βούλομαι σοφὸν κτέ.*] Ut hunc Euripidis locum, maxime, ut videtur, ob verbum *σοφὸν* rideret, Strattis comicus in Phoenissis suis Iocastam dicentem fecerat: *παραινέσαι δὲ σφῷν τι βούλομαι σοφόν· ὅταν φακῆν ἕψητε, μὴ 'πιχεῖν μύρον.* Cfr. Athenaeum lib. IV p. 160 B, tum Aristotelem de sensu cap. 5.

V. 464. *κακῶν δὲ τῶν πρὶν μηδενὸς μνείαν ἔχειν*] Attulit plura *ἀμνηστείας* carmina Valckenarius, in his Xenophontis Expeditionem Cyri II 4, 1 *μὴ μνησικακήσειν βασιλέα αὐτοῖς τῆς σὺν Κύρῳ ἐπιστρατείας, μηδὲ ἄλλου μηδενὸς τῶν παροιχομένων.*

V. 465. *Λόγος μὲν οὖν σός· Νόμος τὸν διώκοντα πρῶτον λέγειν, εἶτα τὸν φεύγοντα, πρὸς ἃ ὁ διώκων προυβάλλετο κατ' αὐτοῦ ἀπολογεῖσθαι. Ἐπεὶ οὖν καὶ ὁ Πολυνείκης ἐν σχήματι διώκοντος ἦν, διὰ τοῦτο πρῶτος λέγειν Ἐτεοκλέους* [genetivus bene se habet; v. annot. 2 ad argum. p. 10] *παρὰ τῆς Ἰοκάστης προτρέπεται. Διὰ τοῦτο δὲ προσέθηκε τὸ 'ὡς σὺ φής', ἵνα μὴ δόξῃ ἐπαχθὴς τῷ Ἐτεοκλεῖ, πρὶν ἀμφοτέρων ἀκοῦσαι, τὴν ψῆφον ἐκφέρουσα.* SCHOL.

V. 468. *κακῶν* si recte se habet ac non *φίλων* scripsit poeta — *τέκνων* scriptum fuisse suspicatus est Fr. Polle —, magis ad *κριτής* quam ad *διαλλακτής* pertinet.

V. 469. *ἁπλοῦς ὁ μῦθος κτέ.*] Haec vox Euripidis, in qua Aeschylus praeiverat in Armorum iudicio fragm. 170 *Ἁπλᾶ γάρ ἐστι τῆς ἀληθείας ἔπη*, cum locum communem contineret, facile in proverbii consuetudinem abiit et a multis scriptoribus cum Graecis tum Latinis expressa est. Cfr. Sext. Empir. *Ἀντιρρ.* III p. 329. Iulian. Orat. VII p. 214 B. Plutarch. Moral. p. 62 C. Diogen. Prov. II 85, tum Clement. Alex. Strom. I p. 340 Pott. Theodoret. Ther. I p. 15, 41. Cyrill. de sanct. trin. dial. II Vol. V p. 417 B. Eustath. ad Od. p. 1436, 28. De Latinis Ammian. Marcell. XIV 10 *Veritatis enim absolutus sermo ac semper est simplex,* coll. XVII 5.

V. 470. *δεῖ τἄνδιχ' ἑρμηνευμάτων*] Cum antiquo tempore quidam scriberent, *δεῖτ' ἔνδιχ' ἑρμηνευμάτων* idque pro *δεῖται κτέ.* haberent, iam scholiastae recte commemoraverunt *τἄνδικα* esse pro accusativo habendum, ut eadem constructio in his verbis esset, quae in Aeschyli Prometheo v. 86 *αὐτὸν γάρ σε δεῖ Προμηθέως.* Et Euripides quidem persaepe ea constructione usus est, ut in Hippolyto v. 23 *οὐ πόνου πολλοῦ με δεῖ*, in Herc. v. 1170 εἴ τι δεῖ, γέρον, Ἢ χει-

νοσῶν ἐν αὑτῷ φαρμάκων δεῖται σοφῶν.
ἐγὼ δὲ πατρὸς δωμάτων προυσκεψάμην
τοὐμόν τε καὶ τοῦδ᾽· ἐκφυγεῖν χρῄζων ἀρὰς
ἃς Οἰδίπους ἐφθέγξατ᾽ εἰς ἡμᾶς ποτε,
ἐξῆλθον ἔξω τῆσδ᾽ ἑκὼν αὐτὸς χθονός,
δοὺς τῷδ᾽ ἀνάσσειν πατρίδος ἐνιαυτοῦ κύκλον,
ὥστ᾽ αὐτὸς ἄρχειν αὖθις ἀνὰ μέρος λαβὼν
καὶ μὴ δι᾽ ἔχθρας τῷδε καὶ φόνου μολὼν

ρὸς ὑμᾶς τῆς ἐμῆς ἢ συμμάχων. Vide quae collegerunt Valckenarius ad Hippol. l. l. p. 122 ed. Lips., Porsonus ad Orest. v. 659. Cfr. Krueg. II 47, 16, 2. Oratoribus Atticis hunc usum vindicavit Schoemannus ad Isaeum p. 380.

V. 473 sq. *ἐγὼ δὲ πατρὸς δωμάτων προυσκεψάμην τοὐμόν τε καὶ τοῦδ᾽*] Est Latine: 'Ego vero paternae domui prospexi pro mea et istius parte'. Qua in oratione genetivus *πατρὸς δωμάτων* ita a verbo *προσκέπτεσθαι* suspensus est, quod verba, qualia *προμηθεῖσθαι*, *προκήδεσθαι* et quae sunt similia, eam rem, ad quam ista cura pertinet, casu genetivo adsciscunt, qua de re vide Krueg. I 47, 11, accusativi autem *τοὐμόν τε καὶ* (*τὸ*) *τοῦδε* explicandi videntur ex ratione interioris quod dicitur obiecti.

V. 474. *τοὐμόν τε καὶ τοῦδ᾽*] De non repetito ante *τοῦδ᾽* articulo comparavit A. Matthiaeus Soph. Oed. Col. 606 *καὶ πῶς γένοιτ᾽ ἂν τἀμὰ κἀκείνων πικρά;* Cfr. etiam Trach. 1068 *τοὐμὸν ἢ κείνης*, O. R. 627 *τὸ γοῦν ἐμόν. Ἀλλ᾽ ἐξ ἴσου δεῖ κἀμόν* (pro *καὶ τὸ ἐμόν*). Dein recte idem vir doctus intellexit in verbis *ἐκφυγεῖν χρῄζων κτέ.* incipere id enuntiatum, quo istud quod verbo *προυσκεψάμην* significatum est accuratius explicetur. Itaque ante ea verba colon posui, quod G. Hermannus post *ποτέ* posuit, male quae assumenda ad sequentia erant referens ad superiorem orationem. *Verum ne* nunc quidem omnia plana et sana videntur. Expeditiora quidem haec: *ἐγὼ δὲ πατρὸς ἐκφυγεῖν χρῄζων ἀράς, τοὐμόν τε καὶ τοῦδ᾽ ἐξ ἴσου σκοπούμενος ἐξῆλθον κτέ.*, quorum partem praeivit Nauckius.

V. 476. *ἑκὼν αὐτὸς*] Non est *ταυτολογία* in his verbis. Nam *αὐτός* addit Polynices ratione eorum quae iam dicturus est habita sese fratri in civitate manenti et regnanti opponens.

V. 477 sqq. Si ad hunc locum pertinent ea, quae Nonius habet p. 185, 18 ex Acci Phoenissis (fragm. III): *Vicissitatemque imperitandi tradidit*, necessario rescribendum erit *tradidi*. Sed vide Ribbeck. de trag. Rom. p. 476.

V. 478. *ὥστ᾽ αὐτὸς ἄρχειν — λαβών*] Quod hic accusativum veteres et recentiores interpretes requisiverunt, recte annotat G. H. Schaeferus: 'Utraque constructio recte se habet, sed usitatior est ea, quam usurpavit Euripides. V. Lobeck. ad Phrynich. p. 750 sq.'. Pro *ἄρχειν .. λαβών* nescio an poeta scripserit *ἀρχὴν .. λαβεῖν*.

V. 479. De formula *διὰ φόνου μολών* cfr. Androm. 175 *διὰ φόνου δ᾽ οἱ φίλτατοι χωροῦσι* cum annotatione Pflugki et supra ad v. 20. Variam lectionem libri Marciani *φθόνου* receperunt Valckenarius et G. Hermannus et recte recipiunt ei qui v. proximum genuinum putant. Nam recte monet Hermannus qui *διὰ φόνου μολὼν* vereatur ne quid mali faciat aut patiatur, eum sero sapere perpetrato iam malo. At enim recte-

κακόν τι δρᾶσαι καὶ παθεῖν, ἃ γίγνεται.
ὃ δ' αἰνέσας ταῦθ' ὁρκίους τε δοὺς θεούς,
ἔδρασεν οὐδὲν ὧν ὑπέσχετ', ἀλλ' ἔχει
τυραννίδ' αὐτὸς καὶ δόμων ἐμὸν μέρος,
καὶ νῦν ἕτοιμός εἰμι τἀμαυτοῦ λαβὼν
στρατὸν μὲν ἔξω τῆσδ' ἀποστεῖλαι χθονός,
οἰκεῖν δὲ τὸν ἐμὸν οἶκον ἀνὰ μέρος λαβὼν
καὶ τῷδ' ἀφεῖναι τὸν ἴσον αὖθις αὖ χρόνον,
καὶ μήτε πορθεῖν πατρίδα μήτε προσφέρειν
πύργοισι πηκτῶν κλιμάκων προσαμβάσεις,
ἃ μὴ κυρήσας τῆς δίκης πειράσομαι
δρᾶν. μάρτυρας δὲ τῶνδε δαίμονας καλῶ,
ὡς πάντα πράσσων σὺν δίκῃ, δίκης ἄτερ
ἀποστεροῦμαι πατρίδος ἀνοσιώτατα.
ταῦτ' αὔθ' ἕκαστα, μῆτερ, οὐχὶ περιπλοκὰς

v. 480 satis debilem, in quo pro ἃ *γίγνεται* minus probabiliter Th. Kockius *παλίγκοτα* coniecit, spurium indicavit Nauckius, ut hic *μολεῖν* scribendum sit quod scripsit Dindorfius. Quod idem Dindorfius post Hirzelium docuit, v. 480 sublato Polynicis versibus septem et viginti totidem respondere Eteoclis v. 499—525, non puto poetam *σοφίας ἀγῶνα* ad calculos vocavisse.

V. 483. *ἐμὸν* ex correctione habet cod. R. Ceteri *ἐμῶν*.

V. 486. *οἰκεῖν δὲ τὸν ἐμὸν οἶκον κτέ.*] Quod Valckenarius hunc v. pro subditicio habuit, recte monet Hermannus, si deleatur, turbari cohaerentiam dictorum, deficiente quod respondeat praegresso *μέν* neque esse quo commode referri possit sequens versus. Atque propter particulam *μὲν* ne hoc quidem probari potest quod Hartungius et hunc et proximum versum expungit. Illud vero concedendum Valckenario *ἀνὰ μέρος λαβών* cum post *τἀμαυτοῦ λαβών* molestum sit, e v. 478 male repetitum videri, atque quae sequuntur *τὸν ἴσον χρόνον* temporis significationem requirunt, ut scribendum putem: *οἰκεῖν δὲ τὸν ἐμὸν οἶκον ἐνιαυτοῦ κύκλον*. De formula *οἶκον οἰκεῖν* cfr. infra v. 602, 1231, Androm. 581 *ἢ σὺ τὸν ἐμὸν οἶκον οἰκήσεις*, Iph. A. 331 *τὸν ἐμὸν οἶκον οἰκεῖν οὐκ ἐάσομαι;*

V. 487. *αὖθις αὖ*] Sic cod. Kingianus e correctione necessaria. In reliquis libris *αὖ* omissum est.

V. 489. *πηκτῶν κλιμάκων προσαμβάσεις*] Vide infra v. 1173 *μακραύχενος γὰρ κλίμακος προσαμβάσεις Ἔχων ἐχώρει. Προσαμβάσεις* ad gradus scalarum pertinet, quibus adscensio fit. Vide Canteri Nov. lect. III 3.

V. 492. *σὺν δίκῃ, δίκης ἄτερ*] Etiam hoc loco arte quadam composita similia verba sunt, ut dissimillimam causam describant, de qua externa quasi veste orationis saepius iam vidimus.

V. 494. *αὔθ' ἕκαστα*] Cf. Aeschyli Prom. 950 *Μηδὲν αἰνικτηρίως, ἀλλ' αὔθ' ἕκαστ' ἔκφραζε*. Eurip. Orest. 1393 et 1400. Herod. V 13 *οἳ μὲν δὴ αὐτὰ ἕκαστα ἔλεγον*. Recte scholiasta unus: *τὰ ἁπλᾶ χωρὶς ποικιλίας τινός*, sed male alter *αὐθέκαστα* scriptum exhibet, quod est posteriorum scriptorum. Vide Rost. et Palmi Lexic. Gr. s. v.

λόγων ἀθροίσας εἶπον, ἀλλὰ καὶ σοφοῖς
καὶ τοῖσι φαύλοις ἔνδιχ', ὡς ἐμοὶ δοκεῖ.
ΧΟ. ἐμοὶ μέν, εἰ καὶ μὴ καθ' Ἑλλήνων χθόνα
τεθράμμεθ', ἀλλ' οὖν ξυνετά μοι δοκεῖς λέγειν.
ΕΤ. εἰ πᾶσι ταὐτὸ καλὸν ἔφυ σοφόν θ' ἅμα,
οὐκ ἦν ἂν ἀμφίλεκτος ἀνθρώποις ἔρις·
νῦν δ' οὔθ' ὅμοιον οὐδὲν οὔτ' ἴσον βροτοῖς,
πλὴν ὀνομάσαι, τὸ δ' ἔργον οὐκ ἔστιν τόδε.
ἐγὼ γὰρ οὐδέν, μῆτερ, ἀποκρύψας ἐρῶ·
ἄστρων ἂν ἔλθοιμ' αἰθέρος πρὸς ἀντολὰς

αὐθέκαστος, Abresch. ad Prometh. l. l. p. 36 ed. Hal. Non dissimilis ab hoc loco est Terenti oratio in Andr. I 2, 31 *Ita aperte ipsam rem* (*αὔθ' ἕκαστα*) *modo locutus, nil circumitione usus es* (*οὐχὶ περιπλοκὰς λόγων ἀθροίσας*), cuius Eunuch. V 1, 1 *Pergin — mecum perplexe loqui?* propter translationem in verbo *περιπλοκάς* iam comparavit Valckenarius, quem vide.

V. 497 sq. Ut *δοκεῖς* defenderet, similem chori vocem e Sophoclis Antig. 681 sq. attulit Valckenarius: *ἡμῖν μέν, εἰ μὴ τῷ χρόνῳ κεκλέμμεθα, Λέγειν φρονούντως ὧν λέγεις δοκεῖς πέρι.* De particula *μὲν* cfr. Krueg. I 69, 35, 2, de repetito pronomine Soph. O. C. 1278 *ὡς μή μ' ἄτιμον τοῦ θεοῦ γε προστάτην, οὕτως ἀφῇ με*, 1407 *μή τοί με πρὸς θεῶν σφώ γ', ἐὰν .. γένηται, μή μ' ἀτιμάσητέ γε*, Trach. 287 *αὐτὸν δ' ἐκεῖνον, εὖτ' ἂν .. ῥέξῃ, φρόνει νιν ὡς ἥκοντα*, Fritzsch. Quaest. Lucian. p. 14 sq. Denique de particulis *ἀλλ' οὖν* Krueg. I 69, 4, 5.

V. 499. Eteocles ex sophistarum praecepto *τὸ φύσει* (*καλόν, δίκαιον*) et *τὸ θέσει* distinguit et quasi exemplum est Callicli Platonico in libro qui Gorgias inscribitur similia disputanti.

V. 500. *ἀμφίλεκτος — ἔρις*] Hoc dicitur ita, ut in Soph. Antig. v. 111 *νεικέων ἐξ ἀμφιλόγων* et in Euripidis Medea v. 637 *ἀμφιλόγους ὀργάς*. Est 'certamen in quo utrimque disputant'. Cfr. *πολυέλικτον ἀδονάν* v. 314.

V. 502. *πλὴν ὀνομάσαι*] Cum *πλήν* hoc loco adverbialem vim habeat, recte adiunctus est infinitivus, quod is etiam omisso isto adverbio ad reliquam constructionem adici poterat, in quam rem recte A. Matthiaeus attulit Hecubae v. 356 *Ἴση θεοῖσι πλὴν τὸ κατθανεῖν μόνον*, qui idem de sententia apposite laudavit Platonis Theaetet. p. 202 A *Οὐ γὰρ εἶναι αὐτῷ ἀλλ' ἢ ὀνομάζεσθαι μόνον· ὄνομα γὰρ μόνον ἔχειν.* Propter constructionis similitudinem recte Bothius etiam Horati Sat. II 5, 68 memoravit: *invenietque Nil sibi legatum praeter plorare suisque.* Elegans tamen et probabilis coniectura Porsoni *πλὴν ὀνόμασιν*.

V. 503. *ἐγὼ γὰρ οὐδὲν — ἀποκρύψας ἐρῶ*] Dicitur Aristophanes in Pluto v. 343 *ἀλλ' οὐδὲν ἀποκρύψας ἐρῶ νὴ τοὺς θεοὺς κτέ.* hunc Euripidis locum descripsisse.

V. 504. Pro *αἰθέρος*, quod exstat apud Stobaeum 17, 3, libri omnes cum Plut. Mor. p. 481 A *ἡλίου* exhibent veterem glossam propter *ἀντολάς* positam, quam frustra tentaverunt viri docti scribentes ut Schoenius (*ἡλίου τ' εἰς ἀντολάς* vel) *ἡλίου τ' ἀναπτυχάς*, Nauckius *ἔλθοιν χἡλίου πρὸς ἀντολάς*, Kirchhoffius *ἄστρ' ἂν γὰρ ἔλθοιμ'*, Th. Kockius *ἡδέως πρὸς*

καὶ γῆς ἔνερθε δυνατὸς ὢν δρᾶσαι τάδε,
τὴν θεῶν μεγίστην ὥστ' ἔχειν τυραννίδα.
τοῦτ' οὖν τὸ χρηστόν, μῆτερ, οὐχὶ βούλομαι
ἄλλῳ παρεῖναι μᾶλλον ἢ σῴζειν ἐμοί·
ἀνανδρία γάρ, τὸ πλέον ὅστις ἀπολέσας
τοὔλασσον ἔλαβε. πρὸς δὲ τοῖσδ' αἰσχύνομαι,
ἐλθόντα σὺν ὅπλοις τόνδε καὶ πορθοῦντα γῆν
τυχεῖν ἃ χρῄζει· ταῖς γὰρ ἂν Θήβαις τόδε
γένοιτ' ὄνειδος, εἰ Μυκηναίου δορὸς
φόβῳ παρείην σκῆπτρα τἀμὰ τῷδ' ἔχειν.
χρῆν δ' αὐτὸν οὐχ ὅπλοισι τὰς διαλλαγάς,
μῆτερ, ποεῖσθαι· πᾶν γὰρ ἐξαιρεῖ λόγος
ὃ καὶ σίδηρος πολεμίων δράσειεν ἄν.

ἀντολάς, quibus praetulerim ἄστρ' ἂν διέλθοιμ' ἡλίου π. ἀ.

V. 506. τὴν θεῶν μεγίστην ὥστ' ἔχειν τυραννίδα] Posuit hanc vocem, ut imperiosum C. Caesaris animum describeret, M. Tullius ad Atticum lib. VII ep. 11 § 2 ed. Orell. De interpretatione autem horum verborum hoc notandum est, rectius recentiores interpretes vertisse: 'ut haberem summam deorum, tyrannidem', quam veteres et scholiastas et enarratores: 'ut regnum deorum, quod summum est, haberem'. Cfr. v. 782.

V. 509. ἀνανδρία γὰρ — ὅστις] Cfr. El. 815 ἐκ τῶν καλῶν κομποῦσι . . εἶναι τόδ', ὅστις ταῦρον ἀρταμεῖ καλῶς, fragm. 1042 συμφορὰ δ' ὃς ἂν τύχῃ κακῆς γυναικός, Aristoph. Thesm. 177 σοφοῦ πρὸς ἀνδρός, ὅστις ἐν βραχεῖ πολλοὺς καλῶς οἷός τε συντέμνειν λόγους. De hac constructione, quae ne ab oratoribus quidem Graecis repudiata est, qua de re cfr. Demosth. Orat. c. Euerg. et Mnesib. § 40 ed. Bekk. p. 1151 ed. Reisk. ἡ δ' αἰκία τοῦτ' ἐστίν, ὃς ἂν ἄρξῃ πρότερος χειρῶν ἀδίκων κτέ.; vide praeter A. Matthiaei Miscell. philol. II 2 p. 101 G. H. Schaeferum in Apparat. Demosth. Vol. III p. 448, tum Matth. § 632, 6. Krueg. I 51, 13, 11.

V. 512. τυχεῖν ἃ χρῄζει] De attractione non facta vide quae disputavimus ad Medeam v. 758.

Ibid. ταῖς γὰρ ἂν Θήβαις] Non otiosus hoc loco articulus est, in qua opinione G. Hermannus fuit, qui καὶ pro ταῖς posuit, sed apposite hic collocatus propterea, ut dignitas et honestas antiquissimae et clarissimae urbis magis appareret. Cfr. Suppl. 520, Soph. O. C. 260 τὰς Ἀθήνας.

V. 516 sq. ποεῖσθαι scripsi, ut saepe legitur in titulis Atticis et in libris optimis Atticorum poetarum eis locis quibus prima corripitur.

Ibid. πᾶν γὰρ ἐξαιρεῖ λόγος] Propter comparationem rei bellicae verbo ἐξαιρεῖν usum esse putant poetam, ut vertit Herm. Cruserius in Plut. Pyrrh. c. 14 p. 391 B, ubi haec verba laudantur, 'omne id expugnare verba compta, ferrum quod minax possit'. Quamquam autem etiam Iulianus ἐξαιρεῖ legit, qui or. IX p. 73 B huius loci ratione habita scripsit ὁπόσα οὐδὲ σίδηρος ἐξελεῖν ἰσχύσει, et Themistius or. II p. 37 B, tamen ἐξαιρεῖ et per se ipsum minus aptum est — nam ἐξαιρεῖν 'eximere', 'delere' significat — et verbo δράσειεν parum convenit, ut iuxta ac v. 504 vetus corruptela statuenda poetaque ἐξαρκεῖ scrip-

ἀλλ' εἰ μὲν ἄλλως τήνδε γῆν οἰκεῖν θέλει,
ἔξεστ'· ἐκείνου δ' οὐχ ἑκὼν μεθήσομαι.
[ἄρχειν παρόν μοι, τῷδε δουλεύσω ποτέ;]
πρὸς ταῦτ' ἴτω μὲν πῦρ, ἴτω δὲ φάσγανα,
ζεύγνυσθε δ' ἵππους, πεδία πίμπλαθ' ἁρμάτων,
ὡς οὐ παρήσω τῷδ' ἐμὴν τυραννίδα.
εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρή, τυραννίδος πέρι
κάλλιστον ἀδικεῖν, τἆλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών.

sisse videatur, quod iam Geelio in mentem venit.

V. 519 sq. *ἐκείνου* de Valckenarii coniectura scripsi pro *ἐκεῖνο* ductus observatione Dawesii (Misc. crit. p. 238 sq.), activum *μεθίημι* accusativum asciscere, medium *μεθίεμαι* genetivum. Cfr. Porson. ad Med. 734. Quo spectet *ἐκείνου*, satis dilucidum post *τοῦτ' οὖν τὸ χρηστὸν . . ἄλλῳ παρεῖναι* v. 507 sq. et post v. 514. Versum proximum ut interpretis additamentum eiecit Kirchhoffius. Hanc medelae rationem praetuli ei quam Geelius invenit, qui *ἐκεῖνο . . μαθήσομαι* scripsit et *δουλεῦσαί ποτε* e recentibus libris recepit. Nam nec *οὐχ ἑκὼν μαθήσομαι* nec *ποτὲ* in *μαθήσομαι . . δουλεῦσαί ποτε* satis aptum videtur. Minus etiam probantur quae Theod. Kockius coniecit: *ἐκεῖνο . . ἑκών γε πείσομαι . . δουλεῦσαί ποτε.*

V. 521 sqq. *πρὸς ταῦτ' ἴτω μὲν πῦρ κτέ.*] Haec verba cum sollemne fere in tali deprecatione carmen contineant, non mirum est similem vocem et ante Euripidem Aeschylum usurpasse et Euripidem ipsum haud veritum esse in alia etiam fabula similia repetere. Aeschylus enim in Prom. v. 992 sqq. Prometheum haec dicentem fecerat: *πρὸς ταῦτα ῥιπτέσθω μὲν αἰθαλοῦσσα φλόξ, Λευκοπτέρῳ δὲ νιφάδι καὶ βροντήμασι Χθονίοις κυκάτω πάντα καὶ ταρασσέτω· Γνάμψει γὰρ οὐδὲν τῶνδέ μ', ὥστε κτέ.*, Euripides vero in Syleo [fragm. 688] Herculem haec loquentem inducit: *Πίμπρη, κάταιθε σάρκας κτέ.* Itaque etiam Philostratus V. A. VII 14 p. 291 illa habet: 'Ὑπὲρ τούτων, εἰ καταλύοι τις αὐτά, ἴτω μὲν πῦρ, ἴτω δὲ πέλεκυς, ὡς νικήσει αὐτὸν οὐδὲν τούτων, οὐδὲ ἐς ὁτιοῦν περιελᾷ ψεῦδος.

V. 523. *ὡς* causalem habet significationem. Vide ad v. 625.

V. 524. *εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ κτέ.*] Haec verba, cum eorum animum, qui omnia propter regni cupiditatem faciunt, bene describant, a multis scriptoribus commemorata sunt, nobilitata etiam eo, quod M. Tullius in lib. de officiis III cap. 21 § 82 C. Caesarem scribit rerum potiri cupientem semper in ore habuisse hanc Euripidis sententiam, quam ipse sic vertit: *Nam si violandum est ius, regnandi gratia Violandum est: aliis rebus pietatem colas.* Quod autem G. Hermannus annotat, se nescire utrum ab ipso Cicerone an ab Accio haec verba sint, miror. Nam et Cicero ipse satis significavit se haec vertere, quae C. Caesar sine dubio Graece eloqui solebat, quod scripsit: *Ipse autem socer in ore semper Graecos versus de Phoenissis habebat, quos dicam, ut potero: incondite fortasse, sed tamen, ut res possit intellegi* etc., et Suetonius, literatissimus homo, in Caesare c. 30 hoc idem confirmavit testimonio suo, ut nulla dubitatio esse possit, quin Ciceronis interpretationem eorum verborum habeamus in illo loco. Quod autem Euripidem multi veteres vituperaverunt, quod tam impiam sententiam posuisset, facile excusatur ab eis qui sciunt quid sit tragici poetae. Non satis

ΧΟ. οὐκ εὖ λέγειν χρὴ μὴ 'πὶ τοῖς ἔργοις καλοῖς,
οὐ γὰρ καλὸν τοῦτ', ἀλλὰ τῇ δίκῃ πικρόν.
ΙΟ. ὦ τέκνον, οὐχ ἅπαντα τῷ γήρᾳ κακά,
Ἐτεόκλεες, πρόσεστιν· ἀλλ' ἡμπειρία
ἔχει τι λέξαι τῶν νέων σοφώτερον.
τί τῆς κακίστης δαιμόνων ἐφίεσαι,
φιλοτιμίας, παῖ; μὴ σύ γ'· ἄδικος ἡ θεός·

scite Seneca in Phoenissis suis v. 662 sqq. coniunxit haec cum superiore oratione: *Pro regno velim Patriam, penates, coniugem flammis dare: Imperia pretio quolibet constant bene.*

V. 526. *οὐκ εὖ λέγειν χρὴ μὴ 'πὶ τοῖς ἔργοις καλοῖς*] Proprie haec verba hoc dicunt: 'Non oportet pulchris verbis uti, ut ne de rebus iis, quae honestae sunt, utare'. Hinc apparebit *μή* per se minime pertinere ad *καλοῖς*, in qua opinione fuit A. Matthiaeus, sed pleniorem orationem hanc esse: *οὐ χρὴ εὖ λέγειν μὴ* (*λέγοντα*) *ἐπὶ τοῖς ἔργοις καλοῖς* (*οὖσιν*), quod G. Hermannus recte reddidit sic: 'Non oportet pulchris verbis uti, nisi cum res honestae sunt'. Commodiorem formam invenit O. Hensius *οὐκ εὖ λέγειν χρὴ πλὴν καλοῖς ἔργοις ἔπι* vel Gomperzius *μὴ καλοῖς ἔργοις ἔπι*. Herwerdenus coniecit *οὐκ εὖ λέγειν ἔργοισι χρὴ 'πὶ μὴ καλοῖς*. De sententia cfr. fragm. 587 *ὅστις λέγει μὲν εὖ, τὰ δ' ἔργ' ἐφ' οἷς λέγει αἴσχρ' ἐστίν αὐτοῦ, τὸ σοφὸν οὐκ αἰνῶ τόδε*, Med. 580 sqq., Bacch. 270 sq., fragm. 442 et decantatum illud *τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν*. Ceterum qui hunc locum affert Iohannes Damascen. (post Stob. Ecl. ed. Gaisf. p. 717, 28) *τόδ'* habet pro *τοῦτ'* et *βαρύ* pro *πικρόν*.

V. 528. Cum Sophocles fragm. 864 imbecillitatem senectutis conquestus esset his verbis: *Πάντ' ἐμπέφυκε τῷ μακρῷ γήρᾳ κακά, Νοῦς φροῦδος, ἔργ' ἀχρεῖα, φροντίδες κεναί*, putavit Valckenarius hunc ipsum locum respexisse Euripidem. Quod ut *potuerit factum* esse, non tamen in eiusmodi locis, qui communes et paene cotidianas sententias continent, omnia arcana quaerenda sunt. Sophocles enim proinde, ut argumento suo conveniret, hanc posuit sententiam, Euripides illam; quin etiam hoc saepe fit, ut unus idemque poeta alio loco aliam sententiam proferat. Itaque credo ego etiam Ovidium potius nativo sensu quam huius loci imitatione scripsisse quae posuit in Metam. VI 28 *Non omnia grandior aetas, Quae fugiamus, habet: seris venit usus ab annis,* quamquam eius oratio proxime ad Euripidis mentem accedit.

V. 530. Unus Stobaeus 115, 1 pro *λέξαι* habet *δεῖξαι*, quod imprudenter satis multi critici contra Euripidis libros, scholia, contra Sexti Empirici (p. 229), Luciani (in amoribus § 25), scholiastae Dionysii Thracis (p. 731) auctoritatem receperunt, a quibus G. Hermannus recte dissensit. Est enim *λέξαι* magis proprium in hoc loco.

V. 531 sq. *τί τῆς κακίστης δαιμόνων ἐφίεσαι, φιλοτιμίας, παῖ;*] Apposite haec reddit Iocasta Eteoclis voci v. 506 *τὴν θεῶν μεγίστην ὥστ' ἔχειν τυραννίδα.* Dicitur autem per eam licentiam, quam religio deorum Graecis concessit, ista cupiditas dea, quod Eteocles quasi numen eam amplectitur. Ac sic v. 532 *ἄδικος ἡ θεός*. Cfr. Plut. Sull. p. 453 B, Gregor. Nazianz. Ep. XLIII.

V. 532. *μὴ σύ γ'*] Nota in deprecatione ellipsis; vide Sophoclis Oed. Col. v. 1441 *μὴ σύ γ', ἀλλ' ἐμοὶ πιθοῦ*. Aristoph. Lysistr. v. 189 μὴ σύ γ', ὦ φίλη.

πολλοὺς δ' ἐς οἴκους καὶ πόλεις εὐδαίμονας
εἰσῆλθε κἀξῆλθ' ἐπ' ὀλέθρῳ τῶν χρωμένων·
ἐφ' ᾗ σὺ μαίνει. κεῖνο κάλλιον, τέκνον,
ἰσότητα τιμᾶν, ἣ φίλους ἀεὶ φίλοις
πόλεις τε πόλεσι συμμάχους τε συμμάχοις
συνδεῖ· τὸ γὰρ ἴσον νόμιμον ἀνθρώποις ἔφυ,
τῷ πλέονι δ' αἰεὶ πολέμιον καθίσταται
τοὔλασσον ἐχθρᾶς θ' ἡμέρας κατάρχεται.
καὶ γὰρ μέτρ' ἀνθρώποισι καὶ μέρη σταθμῶν

Cfr. Markland. ad Maxim. Tyr. p. 716 B. Pflugk. ad Eur. Hec. 408.

V. 533. 534 ab hoc loco alienos iudicat Nauckius iniuria; nam v. 535 versum 532 excipere non potest.

V. 534. *εἰσῆλθε κἀξῆλθ'*] Quod aptius posterius verbum cum superiore enuntiatione coniungitur, suum casum non habet, similiter ut in Euripidis Helena v. 1167 alio quodam modo dicitur: *ἐξιών τε κεἰσιὼν δόμους* et rursus alio modo dicit Antisthen. ap. Athen. XIII p. 589 E *εἰσιόντα καὶ ἐξιόντα ἀπ' αὐτῆς ἀσπάζεσθαι τὸν ἄνθρωπον*. Vide Lamb. Bosii Ellips. p. 343 ed. Schaef.

V. 538. *νόμιμον*] Sic Euripidis libri ac scholiastae, Clem. Alex., Dio Chrysostomus. Plutarchus, qui de frat. amor. p. 481 A et p. 484 B haec laudat, videtur lectionem *μόνιμον* invenisse, quam ut non falsam, sed in Socratis discipulo Euripide non anteferendam esse vulgatae scripturae docte, ut solet, atque erudite ostendit Valckenarius, multis in utramque partem allatis exemplis. Nam Graeci philosophi fere *τὸ ἴσον* (aequum) esse *τὸ δίκαιον* (iustum) voluerunt. Vide Plat. Gorg. 484 A *τὸ ἴσον χρὴ ἔχειν καὶ τοῦτό ἐστι τὸ καλὸν καὶ τὸ δίκαιον*, Aristotelis Eth. Nicom. lib. V cap. 1 et Valckenari disputationem.

V. 539 sq. *τῷ πλέονι δ' ἀεὶ πολέμιον — τοὔλασσον*] De hac sententia cfr. Aristotelis Moralia magn. VII 1, ubi: *αἱ μὲν γὰρ (ὑπολήψεις) τὸ ὅμοιον φίλον, τὸ ἐναντίον πολέμιον*, in quam rem testem deinceps facit hunc ipsum locum, tum Dionem Chrysost. p. 249 B. Clem. Alex. p. 667, 17 ed. Pott. Plut. Symp. II 10 p. 643 F. Hoc idem sibi vult Hesychius: *Ἰσότης, φιλότης· διὰ τὸ ἰσότητι τὴν φιλίαν ἕπεσθαι*, quocum recte composuit Valckenarius M. Tullii de legg. lib. I cap. 12 § 34.

V. 540. *ἐχθρᾶς θ' ἡμέρας κατάρχεται*] 'ἐχθρᾶς ἡμέρας accipio pro *ἐχθροῦ βίου*, ut *νέαν ἁμέραν* Ion. v. 720 idem procul dubio est quod *νέον βίον* et *ἐπίπονον ἁμέραν* Soph. Trach. v. 654 nihil aliud quam *ἐπίπονον βίον*, quo etiam sensu nota sunt ex Homero *δούλιον* et *ἐλεύθερον ἦμαρ*. Itaque miror vocem *ἡμέρας* tantopere Valckenarium offendisse, ut contra auctoritatem Plutarchi, Dionis Chrysostomi, Clementis Alexandrini, Aristotelis denique in *ἧς ἐρᾶς* mutatum iverit.' MUSGRAVIUS.

V. 541 sq. *καὶ γὰρ μέτρ' ἀνθρώποισι καὶ μέρη σταθμῶν — κἀριθμὸν κτέ.*] Haec tria quasi unius hominis inventa etiam alias componi docuit Valckenarius Sophoclis fragm. 396, ubi de Palamede Nauplius: *Οὗτος δ' ἐφηῦρε τεῖχος Ἀργείων στρατῷ, Σταθμῶν, ἀριθμῶν καὶ μέτρων εὑρήματα*, tum Gorg. Defens. Palam. p. 190, 43 ed. H. Steph. p. 689, 37 ed. Bekk., ubi Palamedes invenisse dicitur *νόμους τε γραπτούς, φύλακας τοῦ δικαίου, γράμματά τε, μνήμης ὄργανον, μέτρα τε καὶ σταθμά, συναλλαγῶν εὐπόρους, διαλλα-*

ἰσότης ἔταξε κἀριθμὸν διώρισε,
νυκτός τ' ἀφεγγὲς βλέφαρον ἡλίου τε φῶς
ἴσον βαδίζει τὸν ἐνιαύσιον κύκλον,
κοὐδέτερον αὐτῶν φθόνον ἔχει νικώμενον.
εἶθ' ἥλιος μὲν νύξ τε δουλεύει βροτοῖς,
σὺ δ' οὐκ ἀνέξει δωμάτων ἔχειν ἴσον
καὶ τῷδ' ἀπονέμων; κᾆτα ποῦ 'στιν ἡ δίκη;

γάς, ἀριθμόν τε, χρημάτων φύλακα κτέ.

V. 542. ἰσότης] Cfr. Plat. legg. VI 757 B, Gorg. 508 A λέληθέ σε ὅτι ἡ ἰσότης ἡ γεωμετρικὴ καὶ ἐν ἀνθρώποις μέγα δύναται.

V. 543. νυκτὸς ἀφεγγὲς βλέφαρον: περιφραστικῶς ἡ νύξ. SCHOL. Cfr. v. 546, Iph. T. 110 νυκτὸς ὄμμα λυγαίας, Aesch. Pers. 428 κελαινῆς νυκτὸς ὄμμα. Gen. νυκτός definitivus est, ut noster poeta Lenau noctem 'du dunkles Auge' alloquitur. Aliter Aeschylus Sept. v. 390 lunam νυκτὸς ὀφθαλμόν dixit.

V. 544. ἴσον βαδίζει κτέ.] Apposite laudat Valckenarius Philon. Iud. p. 734 E Πάντα ἰσότης τά τε κατ' οὐρανὸν καὶ τὰ ἐπὶ γῆς εὖ διετάξατο νόμοις καὶ θεσμοῖς ἀκινήτοις. Τίς γὰρ ἀγνοεῖ τοῦθ', ὅτι ἡλίῳ μεμέτρηνται πρὸς νύκτας ἡμέραι καὶ πρὸς ἡμέρας νύκτες ἰσότητι διαστημάτων ἀναλογούντων et Ausonium de rat. librae v. 30 *Et solis lunaeque vias sua libra coercet.* Cfr. etiam Heracliti fragm. 29 ἥλιος οὐχ ὑπερβήσεται μέτρα· εἰ δὲ μή, ἐρινύες μιν δίκης ἐπίκουροι ἐξευρήσουσι, Plat. Rep. VI 500 C.

V. 545. Ald. αὐτοῖν recte ut videtur.

Ibid. φθόνον ἔχει νικώμενον] νικώμενον est: 'quando ei occidendum est, exoriente altero'. Recte haec intellexit Dio Chrysost. Orat. XVII p. 249 D Μετὰ ταῦτα τοίνυν ὁ αὐτὸς ποιητὴς οὔ φησιν ἐν τοῖς θείοις εἶναι πλεονεξίαν· διὰ τοῦτο ἄφθαρτα καὶ ἀγήρῳ μένειν αὐτά, τὴν προσήκουσαν ἓν ἕκαστον ἑαυτῷ τάξιν φυλάττοντα, τήν τε νύκτα καὶ τὴν ἡμέραν καὶ τὰς ὥρας. Alio quodam modo Pseudophocylid. v. 67 Οὐ φθονέει μήνη πολὺ κρείσσοσιν ἡλίου αὐγαῖς.

V. 546. εἶθ' ἥλιος μὲν νὺξ τε δουλεύει βροτοῖς] βροτοῖς non convenit sententiarum nexui, quo aequabilitati parere diem et noctem, non mortalibus contenditur. Neque id vocabulum legit vetus scholiasta, qui haec annotat: εἶτα ὁ ἥλιος μὲν καὶ ἡ νὺξ τῷ ἴσῳ δουλεύουσι, σὺ δ' οὐκ ἀνέξῃ, τῶν δωμάτων ἔχων τὸ ἴσον, δουλεύειν τῇ ἰσότητι. Scribendum videtur δουλεύει, τέκνον, ut in v. 535 Dio Chrysostomus XVII p. 429 D τοῦτο κάλλιστον βροτοῖς habet pro κεῖνο κάλλιον, τέκνον. — Suavissimum hunc locum et ad persuadendum minime ineptum derisit acerbe Strattis comicus ap. Poll IX 124 in Phoenissis suis: Εἶθ' ἥλιος μὲν πείθεται τοῖς παιδίοις, Ὅταν λέγωσιν· ἔξεχ', ὦ φίλ' ἥλιε, lusum puerorum huc transferens, quo solem, si quando obtegitur nubibus, hortantur, ut rursus oriatur. Praeterea de εἶτα particula, quae semper aliquam positionem monstrat, vide quae diximus ad Devarium Vol. II p. 540 sq.

V. 547 sq. σὺ δ' οὐκ ἀνέξει .. ἔχειν ἴσον καὶ τῷδ' ἀπονέμων;] 'Tu vero non feres ita par ius habere ut etiam fratri tribuas?' sive 'tu vero non feres par ius habens etiam fratri tribuere?' Nam nota dicendi consuetudine participium continet, ut ita dicam, actionem, infinitivus condicionem. Id quia a librariis non intellegebatur et καὶ eis sonabat 'atque', aut ἔχειν καὶ ἀπονεῖμαι aut ἔχων

τί τὴν τυραννίδ᾽, ἀδικίαν εὐδαίμονα,
τιμᾷς ὑπέρφευ, καὶ μέγ᾽ ἥγησαι τόδε,
περιβλέπεσθαι τίμιον; κενὸν μὲν οὖν.
ἢ πολλὰ μοχθεῖν πόλλ᾽ ἔχων ἐν δώμασι
βούλει; τί δ᾽ ἔστι τὸ πλέον; ὄνομ᾽ ἔχει μόνον·
ἐπεὶ τά γ᾽ ἀρκοῦνθ᾽ ἱκανὰ τοῖς γε σώφροσιν.

καὶ ἀπονέμων scriptum est. Cfr. schol. ἐὰν γράφηται ἔχειν, καὶ ἀπονέμειν, ἐὰν δὲ ἔχων, καὶ ἀπονέμων. Itaque plerique libri ἔχων, F a pr. m. et Euseb. pr. ev. 6 p. 259 C ἔχειν, libri veteres ἀπονεῖμαι, recentes multi ἀπονέμειν exhibent. Brunckius ita obsecutus est scholiastae, ut ἔχων .. ἀπονέμων poneret, Porsonus scripsit ἔχων .. ἀπονεμεῖς, Hermannus ἔχων . . νεῖμαι, Klotzius ἔχων .. ἀπονέμειν, Nauckius ἔχων ἴσον ἴσον ἀπονεῖμαι, Schoenius v. 548 delet. Quae nos posuimus, id et consuetudini dicendi optime convenire et maxime variationem memoriae explanare videtur. De infinitivo cfr. Herod. VII 139 καταμείναντες ἀνέσχοντο τὸν ἐπιόντα ἐπὶ τὴν χώρην δέξασθαι. Krueg. I 56, 6, 3.

V. 549. ἀδικίαν εὐδαίμονα] Cfr. Dionys. iun. ap. Plut. de fort. Alexandri p. 338 C ἡ γὰρ τυραννὶς ἀδικίας μήτηρ ἔφυ.

V. 550. τιμᾷς ὑπέρφευ] Ὑπέρφευ· ὑπεράγαν. HESYCH. Cfr. Aeschyl. Pers. v. 820 Ὥστ᾽ οὐχ ὑπέρφευ θνητὸν ὄντα χρὴ φρονεῖν. Eur. Herc. 1321 Εἰ σὺ μὲν θνητὸς γεγὼς Φέρεις ὑπέρφευ τὰς τύχας.

V. 550 sq. καὶ μέγ᾽ ἥγησαι τόδε, περιβλέπεσθαι τίμιον;] Cum ineptiora etiam alii protulissent, dixit A. Matthiaeus, quem secutus est G. Hermannus, sibi ita scribendum videri: καὶ μέγ᾽ ἥγησαι τόδε; περιβλέπεσθαι τίμιον; ut τόδε ad tyrannidem pertineret. Quod est falsissimum. Hoc dicit Euripides: 'Quid tu tyrannidem, iniustitiam felicem, nimiopere colis et magnum putas hoc, circumspici honoratum', *id est enim* περιβλέπεσθαι τίμιον, ut τόδε, quemadmodum permultis aliis in locis, ad sequentem infinitivum pertineat. In his autem facile apparet τίμιον non esse accusativum neutri, qua in opinione multi Euripidis interpretes fuerunt, sed esse generis masculini et referri ad honorem, quo qui circumspicitur afficitur. Eodem modo τίμιος saepe ad verbalem vim adiungitur, veluti in Hecuba v. 625 ὃ δ᾽ ἐν πολίταις τίμιος κεκλημένος et in Supplic. v. 552 sq. πρός τε γὰρ τοῦ δυστυχοῦς ὃς εὐτυχὴς ἢ τίμιος γεραίρεται.

V. 554. κενὸν μὲν οὖν] Hoc redditur superiori voci: καὶ μέγ᾽ ἥγησαι τόδε. De particulis μὲν οὖν 'immo vero' significantibus vide quae G. Hermannus ad Vigerum p. 845 sq. et nos scripsimus ad Devarium Vol. II p. 662 sq.

V. 552 sq. ἢ πολλὰ μοχθεῖν πόλλ᾽ ἔχων ἐν δώμασι βούλει;] Ludit poeta in voce πολλά, in quam rem etiam propter oppositionis similitudinem recte comparavit G. H. Schaeferus Menandreum fragm. in.: Τί πολλὰ τηρεῖν πολλὰ δεῖ δεδοικότα; Geelius conicit πολλὰ μοχθῶν πόλλ᾽ ἔχειν, quia exspectat sententiam: 'visne opes habere, quas multo labore collegeris?' Nauckius scribit ἔχων εὐδαίμονα cl. Suppl. v. 577 τοίγαρ πονούσῃ πολλὰ πόλλ᾽ εὐδαίμονα. At recte se habet sententia: 'an multas aerumnas quaeris ex multis opibus?' Hoc enim dicit poeta: ὁ πλοῦτος οὐδὲν ἄλλ᾽ ἢ πολλοὺς μόχθους ἔχει.

V. 553. ὄνομ᾽ ἔχει μόνον] Vide v. 502 et quae nos ad eum locum supra annotavimus.

V. 554. ἐπεὶ τά γ᾽ ἀρκοῦνθ᾽

οὔτοι τὰ χρήματ' ἴδια κέκτηνται βροτοί,
τὰ τῶν θεῶν δ' ἔχοντες ἐπιμελούμεθα·
ὅταν δὲ χρῄζωσ', αὔτ' ἀφαιροῦνται πάλιν.
ὁ δ' ὄλβος οὐ βέβαιος, ἀλλ' ἐφήμερος.
ἄγ', ἤν σ' ἔρωμαι, δύο λόγω προθεὶσ' ἅμα,
πότερα τυραννεῖν ἢ πόλιν σῶσαι θέλεις,
ἐρεῖς τυραννεῖν; ἢν δὲ νικήσῃ σ' ὅδε
Ἀργεῖά τ' ἔγχη δόρυ τὸ Καδμείων ἕλῃ,
ὄψει δαμασθὲν ἄστυ Θηβαῖον τόδε,

ἱκανὰ τοῖς γε σώφροσιν] Recte existimavit A. Matthiaeus, quod utroque loco γὲ particulae certam ac propriam vim vindicavit, ut priore loco sit fere explicandum: 'si non amplae divitiae, at tantum certe, quod satis sit', posteriore autem loco τοῖς γε σώφροσιν: 'si non omnibus hominibus, at prudentibus quidem'. Vide quae copiosius explicavi de repetita γὲ particula in uno enuntiato ad Devarium Vol. II p. 320 sqq.

V. 555. οὔτοι τὰ χρήματ' ἴδια κέκτηνται βροτοί] Communis haec sententia cum a Graecis scriptoribus, tum etiam a Latinis valde celebrata est, qua de re vide interpp. ad Horatii Epist. II 2, 171 sqq. *Tamquam Sit proprium quidquam, puncto quod mobilis horae, Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc morte suprema, Permutet dominos et cedat in altera iura.*

V. 556. τὰ τῶν θεῶν δ' ἔχοντες] Quia verba τὰ τῶν θεῶν, ut opposita vocabulo ἴδια, quasi unam notionem efficiunt, δὲ particula quarto loco poni poterat. Ἐπιμελούμεθα est Latine 'tuemur', quod dicitur de eis, qui aliquid ita possident, ut eius rei curam quidem gerant, sed tamen, si quando opus est et postulatur, aliis concedere debeant.

V. 558, quem ex Euripide affert Plut. Mor. 104 A, ut ex alio dramate primum ad marginem adnotatum, deinceps reliquis intersertum expungit Valckenarius, qui recte monet, prope nullum esse inter hunc versum quique proximi praecedant tres nexum; istorum sententiam enim paucioribus verbis expressam sic legi in Suppl. v. 534 οὔτι γὰρ κεκτήμεθα ἡμέτερον αὐτό, hoc versu dici humanas opes esse fluxas et evanidas. Valckenari iudicio comprobato Nauckius et Dindorfius v. 555—558 delent. Dindorfius inprimis offendit in ἐπιμελούμεθα pro ἐπιμελόμεθα dicto contra usum veterum Atticorum. Hoc satis dubium, cum v. 555—557 habeat Stobaeus 94, 9 atque ut Euripideos afferat Plutarchus Consol. ad Apoll. p. 116 A. Rectius contendit Nauckius, sententiam horum versuum male coniungi cum ceteris. At neglexit vir doctissimus, v. 555—557 et v. 558 diversam esse sententiam, diversam esse debere etiam fortunam beneque coire haec: ἐπεὶ τά γ' ἀρκοῦνθ' ἱκανὰ τοῖς γε σώφροσιν, ὁ δ' ὄλβος οὐ βέβαιος, ἀλλ' ἐφήμερος. Expungendi igitur v. 555—557. Nam quod Gu. Zipperer (de Eur. Phoen. vers. susp. et interpol.) universam de divitiis disputationem v. 552—558 eicere vult, non est audiendus. Cfr. v. 597.

V. 560. Libri A b σώσειν exhibent, quod ad σώζειν i. e. σῶν ἔχειν referendum videtur. Cfr. v. 783, ubi libri A c διασώζειν conservarunt, B F L διασῶσαι dant.

V. 563. ὄψει — ὄψει δέ] Cfr. Alc. 108 ἔθιγες ψυχᾶς, ἔθιγες δὲ φρενῶν, Med. 131 ἔκλυον φωνάν, ἔκλυον δὲ βοάν, 1071 ὦ φιλτάτη χείρ, φίλτατον δέ μοι κάρα.

ὄψει δὲ πολλὰς αἰχμαλωτίδας κόρας
βίᾳ πρὸς ἀνδρῶν πολεμίων πορθουμένας.
ὀδυνηρὸς ἄρ᾽ ὁ πλοῦτος, ὃν ζητεῖς ἔχειν,
γενήσεται Θήβαισι, φιλότιμος δὲ σύ.
σοὶ μὲν τάδ᾽ αὐδῶ. σοὶ δὲ Πολύνεικες λέγω·
ἀμαθεὶς Ἄδραστος χάριτας εἴς σ᾽ ἀνήψατο,
ἀσύνετα δ᾽ ἦλθες καὶ σύ, πορθήσων πόλιν.
φέρ᾽, ἢν ἕλῃς γῆν τήνδ᾽, ὃ μὴ τύχοι ποτέ,
πρὸς θεῶν, τρόπαια πῶς ἀναστήσεις Διί;
πῶς δ᾽ αὖ κατάρξει θυμάτων, ἑλὼν πάτραν,

Ibid. *δαμασθέν*] Comparavit Valckenar. Aeschyli Sept. adv. Theb. v. 338 *εὖτε πτόλις δαμασθῇ* et v. 764 *δέδοικα δὲ σὺν βασιλεῦσιν, Μὴ πόλις δαμασθῇ.*

V. 565. In libris Aa verbo *πορθουμένας* adscriptum est *γρ. καὶ λελησμένας*, quod inventum esse apparet ab aliquo sciolo cui *πορθουμένας* de feminis dictum displicebat.

V. 566 sq. Variae lectiones *πονηρός*, *δαπανηρός*, quarum unam liber A adscriptam habet, alteram scholiasta memorat, futiles sunt. Nec probanda quae Geelius invenit *ὀλέθριος ἄρ᾽ .. Θήβαισιν, ὀδυνηρὸς δὲ σοί* vel Hartungius *ἀνόνητος δὲ σοί.* Nam recte contra Valckenarium, cui propter languida verba *φιλότιμος δὲ σὺ* v. 567 delendus videtur, G. Hermannus monet, summam vim in his verbis sitam esse, quibus significatur, cum eae res, quas exoptet Eteocles, procul dubio perniciem allaturae esse videantur patriae, pessime ipsum agere, quod tamen ambitione sua ac prava cupiditate istis rebus non abstineat. Tantum enim abest, ut languida ista verba sint, ut, dum omnem culpam in Eteoclem conferunt, aptissime orationem Iocastae, quam ad Eteoclem habuit, concludant.

V. 568. *σοὶ μὲν τάδ᾽ αὐδῶ*] De pronomine *τάδε* conf. Krueg. II 51, 7, 3.

V. 570. *ἀσύνετα δ᾽ ἦλθες καὶ σύ, πορθήσων πόλιν*] Sic interpungendum erat. Dicit hoc Iocasta: ‘Insipienter vero venisti etiam tu, quippe perniciem civitati moliens’. De *ἀσύνετα* vide ad v. 310 sq. annotata.

V. 572. *τρόπαια πῶς ἀναστήσεις*] Cum Porsonus, ratus Euripidis aetate *ἀναστῆσαι* nihil aliud significasse nisi ‘deiectum erigere’, scribendum pronuntiasset: *πῶς ἄρα στήσεις*, eumque secutus esset A. Matthiaeus, qui etiam omnino *ἀνίστημι τρόπαιον* a Graecis dictum esse negavit, utrumque recte confutavit G. Hermannus. Ostendit enim exemplis et Euripidem *ἀναστῆσαι* de universa alicuius rei erectione dixisse, veluti in Helen. v. 1244 *ἀνίστη τύμβον*, in Ione v. 1129 *σκηνὰς ἀνίστη* et *ἀναστῆσαι τρόπαια* a Graecis aliquoties dictum esse, non solum *στῆσαι τρόπαια*, sed certo utrumque discrimine; *στῆσαι τρόπαιον* enim recte dici, cum ob victoriam tropaeum statui significandum sit, aliud esse *ἀναστῆσαι τρόπαιον*, quo sola erectio tropaei indicetur. De *ἀναστῆσαι τρόπαιον* attulit Plutarchum Alcib. 29, de Herodoti malign. p. 873 A, Athenaeum p. 530 A, tum Platonem, in cuius Timaeo p. 25 C tres codd. *τρόπαια ἔστησε*, ceteri libri *ἀνέστησε* praeberent. — *Διί* restituit Kirchhoffius ex libris AB, qui habent *δή* (*ΔΗ*). In ceteris est *δορός*.

V. 573. *πῶς δ᾽ αὖ κατάρξει*] Medium *κατάρχεσθαι* apud antiquiores quidem scriptores ad

καὶ σκῦλα γράψεις πῶς ἐπ' Ἰνάχου ῥοαῖς;
„Θήβας πυρώσας τάσδε Πολυνείκης θεοῖς
ἀσπίδας ἔθηκε;“ μήποτ', ὦ τέκνον, κλέος
τοιόνδε σοι γένοιθ' ὑφ' Ἑλλήνων λαβεῖν.
ἢν δ' αὖ κρατηθῇς καὶ τὰ τοῦδ' ὑπερδράμῃ,
πῶς Ἄργος ἥξεις μυρίους λιπὼν νεκρούς;
ἐρεῖ δὲ δή τις· „ὦ κακὰ μνηστεύματα
Ἄδραστε προσθείς, διὰ μιᾶς νύμφης γάμον
ἀπωλόμεσθα“. δύο κακὼ σπεύδεις, τέκνον,

sacros ritus significandos usitatum esse, non item activam formam κατάρχειν recte docuit Valckenarius ad h. l., appellans etiam Kusterum ad Aristoph. Av. 960 et quos citavit Hemsterhusius ad Aristoph. Plut. p. 419. De re vide Heathium Not. in Phoen. p. 25 sq. Delet autem hunc versum Herwerdenus quia disiungat coniungenda.

V. 574. καὶ σκῦλα γράψεις πῶς ἐπ' Ἰνάχου ῥοαῖς] Quod non intellexerunt accusativum recte h. l. suspendi a verbo γράφειν, inde a Valckenario fere ediderunt κεἰς (κἀς) σκῦλα γράψεις κτἑ. Librorum ac scholiastarum scripturam iure tutati sunt recentiore tempore G. H. Schaeferus et G. Hermannus, quorum Schaeferus γράφειν σκῦλα ita dictum esse voluit, ut in Euripidis Iphig. Aul. v. 35 sq. diceretur δέλτον τε γράφεις τήνδ', ἣν πρὸ χερῶν ἔτι βαστάζεις κτἑ., pro quo ibid. v. 98 sq. legeretur κἀν δέλτου πτυχαῖς Γράψας κτἑ., Hermannus autem, ut in Troad. v. 1188 Τί καί ποτε Γράψειεν ἄν σε μουσοποιὸς ἐν τάφῳ· τὸν παῖδα τόνδ' ἔκτειναν Ἀργεῖοί ποτε Δείσαντες; Immo Schaefero assentiendum est, cum praesertim Tro. 1189 γράψειεν ἂν σῷ .. ἐν τάφῳ restituerit Dobraeus. Quod in spoliis inscriptio ponitur, ea ipsa γράφεσθαι (scribi) dicuntur. — ἐπ' Ἰνάχου ῥοαῖς, nempe reversus in terram Argolicam ad undas Inachi fluvii. Iocasta ita loquitur, quasi Polynices non Thebas habitare, sed diruere velit.

V. 576 sq. κλέος .. ὑφ' Ἑλλήνων λαβεῖν] Cfr. Soph. Ai. 495 βάξιν ἀλγεινὴν λαβεῖν τῶν σῶν ὑπ' ἐχθρῶν, Herod. IX 78 ἔπαινον ἕξεις ὑπὸ πάντων Σπαρτιητέων et Krueg. I 52, 3, 3. Valckenarius, quia in veteribus libris γένοιτ' ἂν est, coniecit γένοιτ' ἂν Ἕλληνας λαβεῖν, quam in rem attulit Timocreontis carmen apud Plut. in Themist. p. 122 E Μοῦσα, τοῦδε μέλεος Κλέος ἀν' Ἕλλανας τίθει, Dobraeus vult ἀφ' Ἑλλήνων, quod commendat Geelius, quia requiratur sensus: 'utinam ne unquam talem victoriae gloriam de Graecis reportes'.

V. 578. ὑπερδράμῃ] παρέλθῃ, νικήσῃ. μετενήνοχε δὲ ἀπὸ τῶν δρομέων· οἷον ὑπέρτερα γένηται scholiasta, cuius auctoritate confirmatur quod Canterus pro librorum scriptura ὑπεκδράμῃ coniecit ὑπερδράμῃ.

V. 580. ἐρεῖ δὲ δή τις] Hoc est fere idem, quasi Latine dicas: 'Dicet autem quispiam'. Nam quod pronomen τὶς particulae δή adhaerescit, paene ipsa earum vocularum significatio consociata est. Vide quae dixi ad Devarium Vol. II p. 382 sqq.

V. 580 sq. ὦ κακὰ μνηστεύματα Ἄδραστε προσθείς] Vide Euripidis Medeam v. 1356 sq. ὁ σοὶ προσθεὶς γάμους Κρέων.

V. 582. δύο κακὼ σπεύδεις] De accusativo a verbo σπεύδεις suspenso vide Krueg. I 46, 6, 3.

κείνων στέρεσθαι τῶνδέ τ' ἐν μέσῳ πεσεῖν.
μέθετον τὸ λίαν, μέθετον· ἀμαθία δυοῖν,
εἰς ταὔθ' ὅταν μόλητον, ἔχθιστον κακόν.
ΧΟ. ὦ θεοί, γένοισθε τῶνδ' ἀποτρόποι κακῶν
καί ξύμβασίν τιν' Οἰδίπου τέκνοις δότε.
ΕΤ. μῆτερ, οὐ λόγων ἔθ' ἀγών, ἀλλ' ἀνήλωται χρόνος
οὑν μέσῳ μάτην, περαίνει δ' οὐδὲν ἡ προθυμία·
οὐ γὰρ ἂν ξυμβαῖμεν ἄλλως ἢ 'πὶ τοῖς εἰρημένοις,
ὥστ' ἐμὲ σκήπτρων κρατοῦντα τῆσδ' ἄνακτ' εἶναι χθονός·
τῶν μακρῶν δ' ἀπαλλαγεῖσα νουθετημάτων μ' ἔα.
καὶ σὺ τῶνδ' ἔξω κομίζου τειχέων ἢ κατθανεῖ.
ΠΟ. πρὸς τίνος; τίς ὧδ' ἄτρωτος, ὅστις εἰς ἡμᾶς ξίφος

V. 583. *κείνων στέρεσθαι τῶνδέ τ' ἐν μέσῳ πεσεῖν*] 'Ut et illis rebus (nempe Argivorum auxilio) privere, et priusquam haec nanciscare (nempe Thebanorum regnum) occidas'.

V. 584. *μέθετον τὸ λίαν· ἀντὶ τοῦ τὸ θυμικόν, καὶ ἐν Ὀρέστῃ (v. 694)· 'Τῷ λίαν χρῆσθαι καλῶς'.* SCHOL.

Ibid. *ἀμαθία* recepi ex libris c L et lemmate scholii in a. Ceteri habent *ἀμαθίαι.*

V. 585. *ἔχθιστον*] Sic libri paene omnes. *αἴσχιστον* cod. E. *ἔχθιστον* verum existimo, quod de rebus *αἰσχρόν* dici usitatius est quam *ἐχθρόν*, ut *ἔχθιστον* hoc loco maiorem vim habeat. Attulit iam Valckenarius Eurip. fragm. 232 *ἔτι γὰρ θάλλει πενία κακὸν ἔχθιστον, φεύγει δ' ὄλβος.*

V. 588. *Μῆτερ, οὐ λόγων· Τροχαϊκοὶ στίχοι τετράμετροι ν', ὧν τελευταῖος· 'ἔθετό σοι θείᾳ προνοίᾳ νεικέων ἐπώνυμον'. Ἐπὶ τῷ τέλει κορωνίς* (signum finiti actus), *ἐξιόντων τῶν ὑποκριτῶν. ἐχρήσατο δὲ ἐνταῦθα τῷ τροχαϊκῷ μέτρῳ διὰ τὸ μετὰ ὀργῆς καὶ ὁρμῆς τινος καὶ σπουδῆς εἰσιέναι τὸν Ἐτεοκλέα.* TRICLINIUS.

Ibid. οὐ λόγων ἔθ' ἀγών] De genetivo cfr. Krueg. I 47, 7, 5, de articulo quae idem 50, 6, 5 dicit de dictione *ὁ καιρὸς οὐχὶ μέλλειν*. Libri habent *ἀνάλωται*: Atticos dixisse *ἀνήλωται* docui in Cur. epigr. p. 33 sqq.

V. 589. *περαίνει δ' οὐδὲν ἡ προθυμία*] Scholiasta et reliqui interpretes hoc fere ad Iocastae curam ac benevolentiam referunt, qua fratres inter se in gratiam reducere studuit. Non satis recte. Eteoclis oratio enim multo ferocior est et magis universa. Dicit hoc: 'Mater, non verborum amplius certamen, sed tempus in medio positum frustra consumptum est, nihil vero proficit promptus ac paratus ad componendam litem animus'.

V. 593. *καὶ σὺ τῶνδ' ἔξω κομίζου τειχέων, ἢ κατθανεῖ*] Incertum est, Acci Phoen. fragm. VII *egredere, exi, ecfer te, elimina urbe* utrum ad hunc locum an ad v. 636 pertineat. Ceterum male scholiasta *κομίζου* ita interpretatus est, quasi de equo, quo vehi iubeatur Polynices, cogitandum esset. Nam *κομίζου*, et quae sunt eiusmodi, ita dicitur quasi nostrum: Hebe dich weg, trage dich von hinnen.

V. 594 sq. *τίς ὧδ' ἄτρωτος, ὅστις εἰς ἡμᾶς ξίφος κτέ.*] Pro-

φόνιον ἐμβαλὼν τὸν αὐτὸν οὐκ ἀποίσεται μόρον;

ΕΤ. ἐγγύς, οὐ πρόσω βεβηκώς· εἰς χέρας λεύσσεις ἐμάς;

ΠΟ. εἰσορῶ· δειλὸν δ' ὁ πλοῦτος καὶ φιλόψυχον κακόν.

ΕΤ. κᾆτα σὺν πολλοῖσιν ἦλθες πρὸς τὸν οὐδὲν ἐς μάχην;

ΠΟ. ἀσφαλὴς γάρ ἐστ' ἀμείνων ἢ θρασὺς στρατηλάτης.

ΕΤ. κομπὸς εἶ σπονδαῖς πεποιθώς, αἵ σε σῴζουσιν θανεῖν.

ΠΟ. καὶ σὲ δεύτερόν γ' ἀπαιτῶ σκῆπτρα καὶ μέρη χθονός.

ΕΤ. οὐκ ἀπαιτούμεσθ'· ἐγὼ γὰρ τὸν ἐμὸν οἰκήσω δόμον.

pter sententiae similitudinem comparaverunt interpretes Homeri Iliad. IV 510 sq. Ἐπεὶ οὔ σφι λίθος χρώς, οὐδὲ σίδηρος, Χαλκὸν ἀνασχέσθαι ταμεσίχροα βαλλομένοισιν, tum Euripidis Helen. v. 810 οὕτω σιδήρῳ τρωτὸν οὐκ ἔχει δέμας; et Vergili Aen. XII 50 *Et nos tela, pater, ferrumque haud debile dextra Spargimus et nostro sequitur de vulnere sanguis.*

V. 596. βεβηκώς restituit Musgravius. Libri βέβηκας. — Similem Theocriteae orationis colorem ex idyllio XXII (XX) v. 68 sq. iam Valckenarius notavit. Ibi enim Polluci dicenti: *Τίς γάρ, ὅτῳ χεῖρας καὶ ἐμοὺς συνερείσω ἱμάντας;* reddit Amycus: *ἐγγὺς ὁρᾷς· οὐ γύννις ἐὼν κεκλήσεθ' ὁ πύκτης.*

Ibid. εἰς χέρας λεύσσεις ἐμάς;] Cfr. Soph. Phil. 1254 χεῖρα δεξιὰν ὁρᾷς κώπης ἐπιψαύουσαν;

V. 597. δειλὸν δ' ὁ πλοῦτος κτἑ.] Valckenarius comparavit Aristophanis Plutum v. 203 *Λέγουσι πάντες, ὡς Δειλότατόν ἐσθ' ὁ πλοῦτος*, ad quem locum scholiasta hunc ipsum Euripidis locum affert. Cfr. etiam Eurip. fragm. 237 πλουτεῖς· ὁ πλοῦτος δ' ἀμαθία δειλόν θ' ἅμα.

V. 598. πρὸς τὸν οὐδέν] scil. ὄντα. Vide Krueg. II 67, 1, 7.

V. 599. ἀσφαλὴς γάρ ἐστ' ἀμείνων κτἑ.] Crebro, ut narrat Suetonius in Octavio cap. 25, iactabat Augustus hunc Euripidis versum cum aliis eiusmodi dictis: σπεῦδε βραδέως, et: *Sat celeriter fieri quidquid fiat satis bene.*

V. 600. κομπὸς εἶ] 'In cod. Aug. et Etym. M. p. 527, 47 contra mentem grammatici κόμπος scriptum. V. Arcadium p. 67, 3 et Lobeckii Paralip. p. 345'. G. HERMANNUS. Cfr. schol. κόμπος γὰρ λόγος, κομπὸς δὲ ὁ κομπαστής. Herwerdenus κόμπασαι conicit.

Ibid. σῴζουσιν θανεῖν] Vide Krueg. II 55, 3, 18.

V. 601. καὶ σὲ δεύτερόν γ' ἀπαιτῶ] Cfr. supra v. 484 sqq.

V. 602. οὐκ ἀπαιτούμεσθα] I. e. 'non attinet ad me ἀπαιτεῖν' sive 'falsum verbum usurpas, quia qui ἀπαιτεῖ μέ τι reposcit quod non est meum, tu vero poscis quod meum est'. — De formula τὸν ἐμὸν οἰκήσω δόμον

ΠΟ. τοῦ μέρους ἔχων τὸ πλεῖον; *ΕΤ.* φήμ᾽· ἀπαλλάσσου δὲ γῆς.
ΠΟ. ὦ θεῶν βωμοὶ πατρῴων, *ΕΤ.* οὓς σὺ πορθήσων πάρει.
ΠΟ. κλύετέ μου, *ΕΤ.* τίς δ᾽ ἂν κλύοι σου πατρίδ᾽ ἐπεστρατευμένου;
ΠΟ. καὶ θεῶν τῶν λευκοπώλων δώμαθ᾽, *ΕΤ.* οἵ στυγοῦσί σε.
ΠΟ. ἐξελαυνόμεσθα πατρίδος *ΕΤ.* καὶ γὰρ ἦλθες ἐξελῶν.
ΠΟ. ἀδικίᾳ γ᾽, ὦ θεοί. *ΕΤ.* Μυκήναις, μὴ ᾽νθάδ᾽ ἀνακάλει θεούς.
ΠΟ. ἀνόσιος πέφυκας, *ΕΤ.* ἀλλ᾽ οὐ πατρίδος ὡς σὺ πολέμιος.
ΠΟ. ὅς μ᾽ ἄμοιρον ἐξελαύνεις. *ΕΤ.* καὶ κατακτενῶ γε πρός.

vide quae allata sunt supra ad v. 486.

V. 603. *τοῦ μέρους τὸ πλεῖον*, ‘id quod plus est quam tua pars’ i. e. pro parte tua totum.

V. 604. *πατρῴων*] Sic primus Kingius edidit e libris recentibus. Veteres dant *πατρῷοι*.

V. 605. Kingius *τίς ἂν κλύοι*. De constructione verborum *πατρίδ᾽ ἐπεστρατευμένου* vide quae diximus supra ad v. 285.

V. 606. *καὶ θεῶν τῶν λευκοπώλων δώμαθ᾽*] Iure Valckenarius ait hoc loco, cum praeter Castorem et Pollucem Zethus et Amphion, arcis Thebanae conditores, dicti fuerint *θεοὶ λευκόπωλοι*, dubitari non posse, quin hi intellegendi sint, quod dicit confirmari Herc. v. 29 sq. *Τὼ λευκοπώλω πρὶν τυραννῆσαι χθονός, Ἀμφίον᾽ ἠδὲ Ζῆθον, ἐκγόνω Διός.* Cfr. Hesychium: *Διόσκουροι, οἱ Ἑλένης ἀδελφοί, καὶ Ζῆθος καὶ Ἀμφίων, λευκόπωλοι καλούμενοι.* Sic enim recte cum Salmasio G. Hermannus restituit Hesychii locum, coll. Etym. M. p. 277, 7, Schol. ad Odyss. XIX 518, A. Boeckh. Expl. Pind. p. 273. Videatur, *quem idem excitat*, Io. Malalas p. 234, 17 *ἔκτισε δὲ* (Antiochiae) *καὶ ἱερὸν τῷ Διονύσῳ πρὸς τῷ ὄρει ὁ αὐτὸς Τιβέριος βασιλεύς, στήσας δύο στήλας μεγάλας τῶν ἐξ Ἀντιόπης γεννηθέντων Διοσκούρων, Ἀμφίονός τε καὶ Ζήθου.* Vide etiam schol. ad hunc ipsum locum: *Κάστορος καὶ Πολυδεύκους, ἢ Ζήθου καὶ Ἀμφίονος, ὅπερ ἄμεινον.*

Ibid. *στυγοῦσί σε*, ut qui velis muros Amphionis diruere.

V. 607. Blomfieldius *πατρίδος ἐξελαυνόμεσθα*.

V. 608. *ἀδικίᾳ γ᾽, ὦ θεοί* recentes libri exhibent, veteres *ἀδικίᾳ γε σῇ, ὦ θεοὶ* ex glossemate.

Ibid. *Μυκήναις, μὴ ᾽νθάδ᾽ ἀνακάλει θεοὺς*] Simillimos huic locos composuit Valckenarius hos Euripidis ex Iphig. Taur. v. 780 *Π. Ὦ θεοί. ΙΦ. Τί τοὺς θεοὺς ἀνακαλεῖς ἐν τοῖς ἐμοῖς;* et Sophoclis e Philocteta v. 736, ubi Philoctetae ingemiscenti *ὦ θεοί* reddit Neoptolemus: *Τί τοὺς θεοὺς ὧδ᾽ ἀναστένων καλεῖς;* Vide infra v. 613.

V. 609. *ἀνόσιος· ἄδικος, ὡς οὐκ ἐμμείνας τοῖς ὅρκοις, οὓς ὤμοσας.* SCHOL.

V. 610. *καὶ κατακτενῶ γε*

ΠΟ. ὦ πάτερ, κλύεις ἃ πάσχω; ΕΤ. καὶ γὰρ οἷα δρᾷς κλύει.
ΠΟ. καὶ σύ, μῆτερ; ΕΤ. οὐ θέμις σοι μητρὸς ὀνομάζειν κάρα.
ΠΟ. ὦ πόλις. ΕΤ. μολὼν ἐς Ἄργος ἀνακάλει Λέρνης ὕδωρ.
ΠΟ. εἶμι, μὴ πόνει· σὲ δ' αἰνῶ, μῆτερ. ΕΤ. ἔξιθι χθονός.
ΠΟ. ἔξιμεν· πατέρα δέ μοι δὸς εἰσιδεῖν. ΕΤ. οὐκ ἂν τύχοις.
ΠΟ. ἀλλὰ παρθένους ἀδελφάς. ΕΤ. οὐδὲ τάσδ' ὄψει ποτέ.
ΠΟ. ὦ κασίγνηται. ΕΤ. τί ταύτας ἀνακαλεῖς ἔχθιστος ὤν;
ΠΟ. μῆτερ, ἀλλά μοι σὺ χαῖρε. ΙΟ. χαρτὰ γοῦν πάσχω, τέκνον.

πρός] De particulis καὶ — γὲ, quae adauctivam vim habent, vide quae disputavi ad Devarium Vol. II p. 315 sqq.

V. 611. Cfr. Aesch. Cho. 313 δράσαντι παθεῖν, τριγέρων μῦθος τάδε φωνεῖ, Soph. fragm. 18 εἰ δείν' ἔδρασας, δεινὰ καὶ παθεῖν σε δεῖ, Eur. fragm. 1075 ἀνέχου πάσχων, δρῶν γὰρ ἔχαιρες.

V. 612. οὐ θέμις σοι Grotius scripsit. Libri habent οὐ θεμιτόν σοι. Klotzius voluit οὐ θεμιτά σοι addens etiam οὐ θεμιστὸν poni potuisse.

Ibid. μητρὸς ὀνομάζειν κάρα] De hac circumscriptione aut potius amplificatione, qua dignitas alicuius personae augetur, cfr. Matth. § 430 p. 798 ed. II.

V. 613. Λέρνης ὕδωρ cum contemptu dicit.

V. 614. εἶμι, μὴ πόνει] Scholiasta: μὴ κάμνε, μὴ θορυβοῦ τούτου χάριν· ἄπειμι γάρ. Dicitur hoc aliquando fortius quam usitata formula ἀμέλει, quamquam, si veram vim et significationem spectamus, eadem utriusque vocis ratio est. — σὲ δ' αἰνῶ· σὲ δέ, ὦ μῆτερ, ἀποδέχομαι, ὅτι ἐσπούδασας εἰς φιλίαν ἡμᾶς ἀγαγεῖν. SCHOL.

V. 615. ἔξιμεν] Sic de Musgravi coniectura recentiores omnes. Libri ἔξειμι contra metrum.

V. 616. ἀλλὰ παρθένους ἀδελφάς] Quod G. Hermannus ait fortasse Euripidem scripsisse: ἀλλὰ παρθένους γ' ἀδελφάς, non assentior viro summo. Nam paulo fortius est simplex ἀλλὰ, de quo vide quae explicavi ad Devarium Vol. II p. 14 sqq., quo loco tetigi etiam huius fab. v. 618, ubi ἀλλὰ σύ interposito enclitico pronomine μοὶ similiter dicitur, ut in Aristophanis Acharn. v. 1033 sq. Σὺ δ' ἀλλά μοι σταλαγμὸν εἰρήνης ἕνα Εἰς τὸν καλαμίσκον ἐνστάλαξον τουτονί.

V. 617. Recte, ut videtur, hunc versum post v. 612 transponit Schoenius.

V. 618. ἀλλὰ σύ] 'Tu certe'. Cfr. Krueg. I 69, 4, 5.

Ibid. χαρτὰ γοῦν πάσχω, τέκνον] Quod Polynices dixerat: μῆτερ, ἀλλά μοι σὺ χαῖρε, Iocasta, acerbo tristitiae sensu per ironiam ludens in verbo, ex eadem voce χαῖρε deducto respon-

ΠΟ. οὐκέτ᾽ εἰμὶ παῖς σός. ΙΟ. εἰς πόλλ᾽ ἀθλία πέφυκ᾽ ἐγώ.
ΠΟ. ὅδε γὰρ εἰς ἡμᾶς ὑβρίζει. ΕΤ. καὶ γὰρ ἀνθυβρίζομαι.
ΠΟ. ποῦ ποτε στήσει πρὸ πύργων; ΕΤ. ὡς τί μ᾽ ἱστορεῖς τόδε;
ΠΟ. ἀντιτάξομαι κτενῶν σε. ΕΤ. κἀμὲ τοῦδ᾽ ἔρως ἔχει.
ΙΟ. ὦ τάλαιν᾽ ἐγώ· τί δράσετ᾽, ὦ τέκν᾽; ΠΟ. αὐτὸ σημανεῖ.
ΙΟ. πατρὸς οὐ φεύξεσθ᾽ Ἐρινῦς; ΕΤ. ἐρρέτω πρόπας δόμος.
ΠΟ. ὡς τάχ᾽ οὐκέθ᾽ αἱματηρὸν τοὐμὸν ἀργήσει ξίφος.

det: *χαρτὰ γοῦν πάσχω, τέκνον.* Sensit hoc recte iam scholiasta: *Ἐπεί*, inquit, *εἶπεν αὐτῇ χαῖρε, χαρᾶς, φησίν, ἄξια πάσχω, τέκνον. ὁ δὲ λόγος ἐν εἰρωνείᾳ μετὰ ἤθους.* Cfr. Sophoclis Electr. v. 1457 *χαίροις ἄν, εἴ σοι χαρτὰ τυγχάνει τάδε.* Aesch. Ag. 538 *ΧΟ. κῆρυξ Ἀχαιῶν χαῖρε τῶν ἀπὸ στρατοῦ. ΚΗ. χαίρω γε. τεθνάναι δ᾽ οὐκέτ᾽ ἀντερῶ θεοῖς*, Eur. Hec. 426 *ΠΟΛΥΞ. χαῖρ᾽, ὦ τεκοῦσα, χαῖρε Κασάνδρα τέ μοι. ΕΚΑΒ. χαίρουσιν ἄλλοι, μητρί δ᾽ οὐκ ἔστιν τόδε*, Bacch. 1379 *χαῖρ᾽ ὦ μελέα θύγατερ· χαλεπῶς δ᾽ εἰς τόδ᾽* (scil. *εἰς τὸ χαίρειν*) *ἂν ἥκοις.* Aristaeneti I Ep. XXII p. 54 *χαίροις, εἶπε, φιλτάτη· ἣ δέ· καὶ πόθεν ἂν ἐμοὶ γένοιτο χαίρειν;* Basilii Ep. XLIV princ. *χαίρειν οὐ λέγομεν, ὅτι οὐκ ἔστι χαίρειν τοῖς ἀσεβέσιν.* Imitatus hunc ipsum Euripidis locum videtur Eustathius de Ism. et Ism. amor. VII p. 270 *'Ὑσμινία, χαίροις', ἐγὼ δέ· 'ἀλλ᾽ οὐ χαρτὰ πάσχω'.* Particula autem *γοῦν* partim effert vocem *χαρτά*, quia *γὲ* ad eam vocem potissimum se adiungit, partim coniungit haec atque deducit e superiore Polynicis oratione per vim *οὖν* particulae. Vide quae diximus ad Devarium Vol. II *p. 351* sqq.

V. 619. *εἰς πόλλ᾽ ἀθλία πέφυκ᾽ ἐγώ*] Cfr. Orest. 540 *Ἐγὼ δὲ τἄλλα μακάριος πέφυκ᾽ ἀνήρ, Πλὴν εἰς θυγατέρας.* Infra v. 1643 *Ἀλλ᾽ εἰς ἅπαντα δυστυχὴς ἔφυς, πάτερ* et fragm. 46 *ὥστ᾽ οὔτις ἀνδρῶν εἰς ἅπαντ᾽ εὐδαιμονεῖ.*

V. 621. *ὡς τί μ᾽ ἱστορεῖς τόδε;*] De *ὡς τί*, quod dicitur eodem modo, quo *ἵνα τί*; conf. Vigerum p. 559 ed. Herm. coll. p. 849 ed. III. Krueg. I 51, 17, 8. Neque enim quidquam causae est, cur auctore Valckenario scribamus: *εἰς τί μ᾽ ἱστορεῖς τόδε;*

V. 623. *αὐτὸ σημανεῖ*] 'Id ipsum, quod fiet, indicabit'. Aliquoties, quo res magis appareat, adiectum legitur *τὸ ἔργον.* Cfr. Androm. 265 *τὸ δ᾽ ἔργον αὐτὸ σημανεῖ τάχα* cum annot. Pflugkiana, tum Bacch. v. 976 *τἄλλα δ᾽ αὐτό σημανεῖ.*

V. 624. Cfr. Aesch. Sept. 689 *ΕΤ. ἐπεὶ τὸ πρᾶγμα κάρτ᾽ ἐπισπέρχει θεός, ἴτω κατ᾽ οὖρον κῦμα Κωκυτοῦ λαχὸν Φοίβῳ στυγηθὲν πᾶν τὸ Λαΐου γένος.*

V. 625. *ὡς τάχ᾽ οὐκέθ᾽ . . ἀργήσει*] Suppleri potest *ἴσθι* ad significationem particulae *ὡς* aliquo modo explicandam quae causalis est et explicari debet ex vultu dicentis. Cfr. v. 720,

τὴν δὲ θρέψασαν με γαῖαν καὶ θεοὺς μαρτύρομαι,
ὡς ἄτιμος οἰκτρὰ πάσχων ἐξελαύνομαι χθονός,
δοῦλος ὥς, ἀλλ' οὐχὶ ταὐτοῦ πατρὸς Οἰδίπου γεγώς·
κἄν τί σοι, πόλις, γένηται, μὴ 'μέ, τόνδε δ' αἰτιῶ.
οὐχ ἑκὼν γὰρ ἦλθον, ἄκων δ' ἐξελαύνομαι χθονός.
καὶ σὺ Φοῖβ' ἄναξ 'Αγυιεῦ καὶ μέλαθρα χαίρετε,
ἥλικές θ' οὑμοὶ θεῶν τε δεξίμηλ' ἀγάλματα.
οὐ γὰρ οἶδ' εἴ μοι προσειπεῖν αὖθις ἔσθ' ὑμᾶς ποτε·
ἐλπίδες δ' οὔπω καθεύδουσ', αἷς πέποιθα σὺν θεοῖς
τόνδ' ἀποκτείνας κρατήσειν τῆσδε Θηβαίας χθονός.

1664 et Med. 609 ὡς οὐ κρινοῦμαι τῶνδέ σοι τὰ πλείονα, ubi vide Elmsleium. — αἱματηρὸν per prolepsin dicitur.

V. 626. γαῖαν γρ. πάτραν exhibent libri Aa, ceteri γαῖαν. Inutiles esse solent variae lectiones libri Marciani.

V. 627. De formula ἄτιμον ἐξελαύνειν (ἐλαύνειν, ἐκβάλλειν, βάλλειν) cfr. v. 1761, Bacch. 1313, Med. 1357. Soph. O. T. 670, Phil. 1028.

V. 628. Pro γεγὼς dant μολὼν libri A b c.

V. 630 delet recte Valckenarius. Nam verba ἄκων ἐξελαύνομαι χθονός et ipsa absurda sunt — sensus requirit ἄκων πατρίδ' ἐπιστρατεύομαι — et molesta repetitione e v. 627 offendunt. Eis qui sola verba ἐξελαύνομαι χθονός damnant, obloqui debemus, totum versum hoc loco satis ieiunum videri.

V. 631. Φοῖβ' ἄναξ 'Αγυιεῦ] De Apolline Agyieo, cuius imago forma columnae acuminatae ante fores in via stabat, unde etiam nomen accepit, conferas veteres auctores apud Harpocrationem s. v. 'Αγυιᾶς, Hesych. s. v., Suidam s. v., schol. ad h. l., tum de Latinis Horati Carm. IV, 6, 28 cum interpp. et Macrobium Saturn. I 9, qui Nigidio auctore haec refert: *Apud Graecos Apollo colitur, qui Θυραῖος vocatur, eiusque aras ante fores suas celebrant, ipsum exitus et introitus demonstrantes potentem. Idem Apollo apud illos et Αἰγυιεύς nuncupatur, quasi viis praepositus urbanis: illi enim vias, quae intra pomoeria sunt, ἀγυιάς appellant.* — καὶ μέλαθρα χαίρετε. Rettulit huc Valckenarius ex Acci Phoenissis fragm. VIII *delubra caelitum, arae, sanctitudines.*

V. 632. δεξίμηλ' ἀγάλματα] Cfr. Androm. v. 129 λεῖπε δεξίμηλον δόμον τᾶς ποντίας θεοῦ. et ibid. v. 1138 βωμοῦ κενώσας δεξίμηλον ἐσχάραν, ad quem postremum locum respexit Hesychius: Δεξιμήλοις ἐπηκόοις καὶ ἱλαροῖς, ἀπὸ τοῦ δέχεσθαι τὰ θυόμενα μῆλα, καὶ 'δεξίμηλοι ἐσχάραι'.

V. 633. ἔστι] De praesenti tempore vide Krueg. II 53, 1, 1.

ΕΤ. ἔξιθ' ἐκ χώρας· ἀληθῶς δ' ὄνομα Πολυνείκη πατὴρ
ἔθετό σοι θείᾳ προνοίᾳ νεικέων ἐπώνυμον.

(στρ. α'.)

ΧΟ. Κάδμος ἔμολε τάνδε γᾶν
Τύριος, ᾧ τετρασκελὴς
μόσχος ἀδάματον πέσημα

V. 636 sq. *ἀληθῶς δ' ὄνομα Πολυνείκη πατὴρ κτέ.*] De universo hoc loco utendorum nominum ad mores personarum describendos intellegenter, ut solet, disputavit Aristoteles Rhet. II 23, 29; permulta collegit et ad h. l. Valckenarius et ad Herodoti lib. VI cap. 50 (vol. IV p. 21 ed. Lips.). Quod autem hanc ipsam nominis Polynicis abusionem Euripideam Quintiliano potissimum auctore, qui in Inst. orat. V 10, 31 *Illud*, inquit, *apud Euripidem frigidum sane*, *quod nomen Polynicis ut argumentum morum frater incessit*, insectati multi interpretes sunt, recte annotaverunt iam alii et Aeschylum in Sept. adv. Theb. cum v. 578, tum v. 829 sq. et Sophoclem in Antig. v. 111 similiter eo nomine abusos esse, ut qui Euripidem accuset, hos quoque accusare debeat; cf. infra v. 1494 *Ὦ Πολύνεικες, ἔφυς ἄρ' ἐπώνυμος κτέ.* — De genetivo ab adiectivo *ἐπώνυμος* suspenso conferas Krueg. I 47, 26, 3.

V. 636. *ἔξιθ' ἐκ χώρας* recentiores libri exhibent. Veteres *ἔξιθι χώρας*, unde Nauckius *ἐξίοι χώρας* et in v. proximo *ἔθετό οἱ*.

V. 637. *θείᾳ προνοίᾳ*] Quod plus vidit, quam humana prudentia videre potuisse videretur, quasi divina providentia hoc fecisse dicitur; hinc *θειάζειν* et similia ducta sunt. Cfr. Aesch. Ag. 681 *τίς ποτ' ὠνόμαζεν ὧδ' ἐς τὸ πᾶν ἐτητύμως; μή τις ὅντιν' οὐχ ὁρῶμεν προνοίαισι τοῦ πεπρωμένου γλῶσσαν ἐν τύχᾳ νέμων;* — Post haec Eteocles intrat domum, unde redit v. 690.

V. 638 sqq. De re, quae hic tangitur a poeta, consulenda sunt quae Apollodorus tradidit Biblioth. lib. III cap. 4 § 1 et quae ad eum locum attulit Heynius. Praeclare etiam Ovidius in Metam. lib. III ab initio hanc fabulam persecutus est.

V. 640. *ἀδάματον πέσημα*] *ἀδάματον* restituerunt Bothius et Hermannus auctore Elmsl. ad Soph. O. R. v. 196, Reisig. ad O. C. p. 385. Libri et scholiastae *ἀδάμαστον*. Bergkius conicit *τετρασκελὲς — ἀδάματος*. Interpretum alii *ἀδάματον πέσημα* dici putaverunt propterea, quod ipsa bos fuisset iugi expers, in quam rem conferri potest Ovidius l. l. v. 11 *Nullum passa iugum curvique immunis aratri* et v. 15 sq. *Videt ire iuvencam Nullum servitii signum cervice gerentem*, alii autem vim verbi magis prementes *ἀδάματον πέσημα* id esse voluerunt, quod voluntate sua faceret iuvenca, ut *ἀδάματον* fere idem esset, quod *αὐτόματον* aut, ut scholiasta interpretatur, *τὸ μὴ ὑπό τινος ἠναγκασμένον πτῶμα, ἀλλὰ αὐτορριφές*, in quorum sententiam ego quoque concedo. Nam ea omnino oraculi vis ac voluntas fuisse videtur, quemadmodum etiam Apollodorus l. l. rem descripsit *χρῆσθαι δὲ καθοδηγῷ βοῒ καὶ πόλιν κτίζειν, ἔνθα ἂν αὐτὴ πέσῃ καμοῦσα*, idque sibi vult quae saepe memoratur a Graecis auctoribus hac in causa *βοὸς ὄκλασις*, de qua vide Valckenarium ad h. l.

δίκε τελεσφόρον διδοῦσα
χρησμόν, οὗ κατοικίσαι
πεδία νιν τὸ θέσφατον
πυροφόρ' Ἀόνων ἔχρη,
καλλιπόταμος ὕδατος ἵνα τε
νοτὶς ἐπέρχεται ῥυτᾶς
Δίρκας χλοηφόρους
βαθυσπόρους γύας,
Βρόμιον ἔνθα τέκετο μάτηρ

V. 641. *δίκε*] *ἀδάματον πέσημα δικεῖν* dicitur, quod extrema haec vox denique nihil aliud est nisi *πεσεῖν*. — De formula *τελεσφόρον διδόναι* cfr. Soph. El. 646 *δὸς τελεσφόρα*.

V. 642. *κατοικίσαι* recepit Kingius ex schol. *ἐν ἐνίοις τῶν ὑπομνημάτων ἀντὶ τοῦ 'οὗ κατῴκισε' κατοικίσαι*. Libri *κατῴκισεν*.

V. 643. *νιν* pro *μὲν* scripsit Musgravius.

V. 643 sq. *πεδία πυροφόρα Ἀόνων*] In Aonia arva venisse Cadmus significatur compluribus locis, veluti Ovid. Fast. I 490 *Cadmus in Aonio constitit exul humo*, Stat. Theb. III 180. 645, Nonn. Dionys. IV v. 337 *Ἀονίης σχεδὸν ἦλθε πέδον Βοιωτὸν ὁδεύων*. Apollon. Rh. III 1184. Ipsa oraculi verba, ut posteriore tempore ferebantur, vide apud schol. ad h. l. et ad Aristophanis Ran. v. 1246, tum in Tzetzae Chil. VI § 28. Ceterum libri habent *πυροφόρα δόμων ἔχρησε*: *Ἀόνων* de pervenusta et certissima coniectura Valckenari scripsi; *ἔχρη* correxit Hermannus, qui iustam aequabilitatem antistrophicam restituit transpositione verborum: *πυροφόρα νιν Ἀόνων | πεδί' ἔχρη τὸ θέσφατον*, melius etiam Heimsoethius *πεδί' ἔχρη τὸ θέσφατον πυροφόρα νιν Ἀόνων*.

V. 645. *καλλιπόταμος ὕδατος νοτίς ῥυτᾶς Δίρκας*] Verba *ὕδ. νοτίς* quasi unam efficiunt notionem, unde alter gen. *ῥυτᾶς Δίρκας* aptus est. Cfr. Bacch. 705 *ἔπαισεν εἰς πέτραν, ὅθεν δροσώδης ὕδατος ἐκπηδᾷ νοτίς*.

Ibid. *ἵνα τε*] Constructio verborum haec est: *ἵνα τε καλλιπόταμος ὕδατος νοτὶς κτἑ*. Valckenarius scribi iubet *ἵνα γε* particula *γὲ* inutili. Quod vero cum Matth. § 626 extr. p. 1280 ed. II et G. Hermanno ad Soph. O. R. 688 putant, *ἵνα τε* ex antiquo sermone ut *ὅς τε, οἷός τε* mansisse, id uno loco item dubio Iph. A. 1495 parum defenditur. Euripides *ἔνθα* scripsisse videtur.

V. 646. *ῥυτᾶς* pro *γυίας* posuit G. Hermannus cl. Aesch. Ag. 1408 *ῥυτᾶς ἐξ ἁλός*, Eum. 452 *ῥυτοῖς πόροις*, Soph. Ai. 882 *ῥυτῶν Βοσπορίων ποταμῶν*, O. C. 1598 *ῥυτῶν ὑδάτων*, Eur. Hipp. 123 *ῥυτὰν παγάν*, 653 *ῥυτοῖς νασμοῖσιν*.

V. 648. *καὶ* ante *βαθυσπόρους* delevit Hermannus. — De *βαθυσπόρους* adnotat scholiasta: *ἃς Ὅμηρος ἐριβώλακας λέγει. ἔπαινος δέ ἐστι τῆς γῆς τὸ μὴ ξηρὰν αὐτὴν εἶναι, ἀλλὰ λιπαρὰν καὶ εἰς βάθος παρέχουσαν ῥιζοῦσθαι τὰ σπέρματα*.

V. 649. *ἔνθα τέκετο· Ἔνθα, φησίν, ἐν Θήβῃ τὸν Διόνυσον τῷ Διὶ ἡ Σεμέλη ἐτέκετο*. SCHOL. *μάτηρ*, quod per metra ferri non posse monuit Hermannus, ex *-μα* ortum esse videtur, si poeta scripsit *τέκε λόχευμα*. Cfr. Ion. v. 921 *ἔνθα λοχεύματα σέμν' ἐλοχεύσατο Λατὼ Δίοισί σε καρποῖς*.

-⏑- *Διὸς γάμοις,*
κισσὸς ὃν περιστεφὴς
ἕλικος εὐθὺς ἔτι βρέφος
χλοηφόροισιν ἔρνεσιν
κατασκίοισιν ὀλβίσας ἐνώτισεν,
Βάκχιον χόρευμα παρθένοισι Θηβαίαισι
καὶ γυναιξὶν εὐίοις.

(ἀντ. α΄.)

ἔνθα φόνιος ἦν δράκων

V. 650. Lacuna indicata *γάμοις* pro *γάμοισι* scripsit Hermannus. Fortasse excidit *παῖς κόρα* i. e. filia Cadmi virgo. Cfr. Bacch. 2 *Διόνυσος ὃν τίκτει ποθ' ἡ Κάδμου κόρη Σεμέλη λοχευθεῖσ' ἀστραπηφόρῳ πυρί.*

Ibid. *Διὸς γάμοις*] Pudenter Graeci concubitum *γάμους* dixere eumque morem imitati etiam Latini sunt, qui *nuptias* ipsi quoque eodem modo usurpabant. Vide Auct. ad Herennium lib. IV cap. 34 *Cuius mater cotidianis nuptiis delectabatur.*

V. 651. *κισσὸς ὃν περιστεφής*· *Ὄντινα Διόνυσον κισσὸς ἔξωθεν περιπλακεὶς ἔτι βρέφος ὄντα κατὰ τοῦ νώτου ἐκάλυψεν. Ἱστορεῖ γὰρ Μνασέας, ὅτι τῶν Καδμείων βασιλείων κεραυνωθέντων κισσὸς περὶ τοὺς κίονας φυεὶς ἐκάλυψεν αὐτόν, ὅπως μὴ αὐθήμερον καὶ ἐν μηδενὶ τὸ βρέφος διαφθαρῇ καλυφθέν. Διὸ καὶ περικιόνιος ὁ θεὸς ἐκλήθη παρὰ Θηβαίοις.* SCHOL. De hoc cognomine attulit Valckenarius praeterea Hymnorum Orphicorum XLVI, qui inscribitur: *Βάκχου Περικιονίου θυμίαμα*, cum ipsa autem Mnaseae Patarensis de Baccho narratione similem de Osiride narrationem comparavit, quae est apud Plutarchum de Is. et Osir. c. 15 p. 38.

V. 652. *ἕλικος* emendavit Hermannus. Libri *ἑλικτὸς*.

V. 654. *ἐνώτισεν*] Hanc vocem frustra suspectam habet Valckenarius. Hesychius, ut ipse fatetur, hinc sumpsit: *Ἐνώτισε· τὰ νῶτα περιεσκέπασεν.* Bene advocat Musgravius Herc. 362 *ξανθὸν κρᾶτ' ἐπινωτίσας Δεινῷ χάσματι θηρός.* Simili sententia idem verbum posuit Aeschylus Agam. 296 *πόντον ὥστε νωτίσαι.* De Sphingis ala *νώτισμα θηρός* dixit tragicus apud Plutarchum Stobaei XLII p. 403, 1. PORSONUS. Adde quem attulit Pflugkius ad Eur. Herc. l. l. Longum Past. I 9 p. 22 ed Bip. *λύκου μεγάλου δέρμα λαβὼν — περιέτεινε τῷ σώματι ποδῆρες κατανωτισάμενος.*

V. 655. *Βάκχιον χόρευμα*] Dubitaverunt veteres interpretes, utrum ad Bacchum hoc referrent an ad hederam, quos fugit hanc appositionem ad totam enuntiationem ita adiungi, quod ea res, quae isto modo effecta esset, *Βάκχιον χόρευμα* esse videretur, i. e. res talis, de qua saltantes ac gestientes laetentur Thebanae virgines ac mulieres Bacchae. De ipso vocabulo *χόρευμα* recte haec tradidit Musgravius: *χορεύειν* cum significet 'choreis celebrare', cuius rei exemplum dat Iphig. in Aul. v. 1057, sequitur *χόρευμα* 'argumentum choreae' significari posse. Libri *βακχεῖον*: emendavit Valckenarius.

V. 656. *γυναιξὶν εὐίοις*: *ταῖς περὶ τὸν Διόνυσον χορευούσαις καὶ τὸ 'εὐοῖ εὐάν' ἐπιφθεγγομέναις.* SCHOL. *εὐίοις* libri plerique et schol., *εὐίαις* cum tribus cod. Porsonus. Recte G. Hermannus comparavit Bacch. 238 *τελετὰς προτείνων εὐίους νεάνισιν.*

V. 657 sq. *ἔνθα φόνιος ἦν δράκων Ἄρεος*] Iungenda esse

Ἄρεος, ὠμόφρων φύλαξ
νάματ' ἔνυδρα καὶ ῥέεθρα
χλοερὰ δεργμάτων κόραισι
πολυπλάνοις ἐπισκοπῶν·
ὃν ἐπὶ χέρνιβας μολὼν
Κάδμος ὄλεσε μαρμάρῳ,
κρᾶτα φόνιον ὀλεσίθηρος

verba δράκων Ἄρεος, non Ἄρεος φύλαξ, in qua opinione scholiastas versari videmus, recte docuit Valckenarius, coll. C. Barthi annot. ad Statii Theb. X 606 (612 ed. Web.), ubi quod dicitur *Martius anguis* explicat scholiasta: *filius Martis, quem occidit Cadmus,* tum Ovid. Metam. III 32 *Ubi conditus antro Martius anguis erat, cristis praesignis et auro: Igne micant oculi.* et Nonni Dion. IV v. 358 Ἄρεος αἰολόνωτος ὄφις μιτρώσατο πηγήν.

V. 659 sq. ῥέεθρα χλοερὰ] Ego scholiastis assentior, qui ῥέεθρα χλοερά non de aquae colore ipso interpretati sunt, sed de viriditate herbarum, quae irrigarentur undis istius fontis.

V. 660 sq. δεργμάτων κόραισι πολυπλάνοις] Quod Blomfieldio Gloss. in Pers. 98 δεργμάτων κόραις dictum visum erat pro δέργμασι κορῶν, id recte improbavit A. Matthiaeus, sed quod ipse ait, genetivum esse pro adiectivo, coll. G. Hermanno ad Vigerum p. 890 ed. tert. et ad Soph. Electr. v. 19, id quid sibi velit hoc loco, non satis assequor. Est enim horum verborum simplicissima interpretandi ratio haec, ut, cum δέργμα significet 'visum', i. e. 'oculos', δεργμάτων κόραισι sit 'oculorum suorum pupillis multum circumerrantibus', ut scholiasta recte interpretatus sit: ταῖς κόραις τῶν ὀφθαλμῶν. Pupillae enim maxime in eiusmodi circumiectione oculorum moveri videntur, non toti oculi. Nam quae comparavit A. Matthiaeus, στολὶς τρυφᾶς, μαστὸς γάλακτος, τραύματα αἵματος, ea alio quodam modo dicuntur.

V. 662 sq. ὃν ἐπὶ χέρνιβας μολὼν Κάδμος ὄλεσε μαρμάρῳ] ἐπὶ τὸ νίψασθαι τὰς χεῖρας· ἐβούλετο γὰρ τὴν βοῦν θῦσαι τοῖς θεοῖς, ὅτι σύμβολον αὐτὸ αὐτόθι γέγονε τοῦ κτίσαι τὴν πόλιν. Ὁ μὲν οὖν Ἑλλάνικος λίθῳ φησὶν ἀναιρεθῆναι τὸν δράκοντα, ὁ δὲ Φερεκύδης ξίφει. SCHOL. De permutatis in his auctorum nominibus cf. Heyn. ad Apollod. III 4, 1.

V. 663. ὄλεσε] Emendavit G. Hermannus. Libri ὤλεσε. Cfr. Krueg. II 28, 3, 4.

V. 664 sq. κρᾶτα φόνιον ὀλεσίθηρος ὠλένας δικὼν βολαῖς] Quod Valckenarius, auctore etiam scholiasta, pronuntiaverat ὃν et κρᾶτα φόνιον ita coniungenda videri, ut et totum et pars dicerentur, id recte reprobavit A. Matthiaeus docuitque hanc verborum esse constructionem: ὃν Κάδμος ὄλεσε, δικὼν κρᾶτα φόνιον ὠλένας βολαῖς, in cuius sententiam recentiores critici, quantum id ex interpunctione intellegi potest, concesserunt omnes. — Praeterea ὀλεσίθηρος, quod incerti haerent scholiastae, utrum pro nominativo habeant an pro genetivo, genetivum habeo eumque ad ὠλένας referendum existimo. Sic ὀλεσίθηρος poetice per prolepsin dicitur. Parum autem probatur quod Nauckius coniecit ὄλεσε θηρός. Pro δικών, quod δικεῖν nihil aliud quam 'abicere' vel 'proicere' vel 'inicere', numquam 'telo' vel 'ictu ferire' significet, scribi iubet Geelius θένων, Th. Kockius κιχών cl. Hom. K 370.

ὠλένας δικὼν βολαῖς,
δίας ἀμάτορος
φραδαῖσι Παλλάδος
γαπετεῖς δικὼν ὀδόντας
εἰς βαθυσπόρους γύας·
ἔνθεν ἐξανῆκε γᾶ
πάνοπλον ὄψιν ὑπὲρ ἄκρων
ὅρων χθονός· σιδαρόφρων
δέ νιν φόνος πάλιν ξυνῆψε γᾷ φίλᾳ.
αἵματος δ' ἔδευσε γαῖαν, ἅ νιν εὐείλοισι
δεῖξεν αἰθέρος πνοαῖς.

V. 666 sq. *δίας ἀμάτορος φραδαῖσι Παλλάδος*] Recte haec a superiore oratione separavit et ad inferiorem assumpsit Valckenarius. Neque enim Minerva tam occidendi draconis, quam serendorum dentium occisi draconis auctor fuerat. Vide Apollod. III 4, 1 *Ἀγανακτήσας δὲ Κάδμος κτείνει τὸν δράκοντα καὶ τῆς Ἀθηνᾶς ὑποθεμένης τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ σπείρει*, coll. schol. ad Hom. Iliad. II v. 449, tum Hygin. fab. CLXXV *Cadmus — dentes eius, Minerva monstrante, sparsit et aravit*, et copiosiorem Ovidii narrationem Metam. III 101 sqq. Ceterum recte videtur Rauchensteinius proposuisse *δίας τ' ἀμάτορος — ἔδικεν*, nisi quod *δίας δ' ἀμάτορος . . ἔδικεν* praeferendum videtur. Nam *ὄλεσε . . δικὼν ὀδόντας* parum bene dicitur et *δικὼν* scripsisse videtur librarius memoria eius *δικὼν* quod paulo ante legerat. De dativo *φραδαῖσι* cfr. Krueg. I 48, 15, 5. Praeterea cfr. Hesych. *φραδαῖσι· βουλαῖς*. Libri habent *Παλλάδος φραδαῖσι*: transposuit verba G. Hermannus.

V. 668. *γαπετεῖς δικὼν ὀδόντας*] I. e. 'ita iaciens dentes, ut in terram caderent'. Neque enim *γαπετεῖς* per merum pleonasmum dicitur.

V. 670. *ἔνθεν ἐξανῆκε γᾶ κτέ.*] Seneca Herc. fur. v. 260 sqq. *Ferax deorum terra — E cuius arvis eque fecundo sinu Stricto iuventus orta cum ferro stetit.* Scholiasta autem: *Ἐκ τῶν ὀδόντων ἐξεκύησεν ἡ γῆ ὁπλοφόρους ἄνδρας. εἰσὶ δὲ οὗτοι ἐξ αὐτῶν ὑπολειφθέντες· Πέλωρ, Ἐχίων, Οὐδαῖος, Χθόνιος, Ὑπερήνωρ, κατὰ δὲ Τιμαγόραν καὶ Κρέων*, de quibus nominibus cfr. Apoll. III 4, 1 cum annot. Heyni.

V. 671 sq. *ὑπὲρ ἄκρων ὅρων χθόνος: ἀντὶ τοῦ ἐπάνω τῆς ἐπιφανείας τῆς γῆς*. SCHOL.

V. 672 sq. *σιδαρόφρων δέ νιν φόνος*] *Σιδαρόφρων* dicitur caedes maxime ob eam causam, quod ea occisio significatur, quam inter se ipsa fecit *seges clipeata virorum.* Cfr. Apollod. l. l. et de Iasonis quidem Spartis Senecam Med. 470 *Terrigena miles mutua caede occi dit.* Recte enim Valckenarius ann otavit esse hunc eundem lusum nomine tantummodo mutato.

V. 674 sqq. *αἵματος δ' ἔδευσε γαῖαν, ἅ νιν εὐείλοισι κτέ.*] Aliquem orationi suae colorem inde fortasse Ovidius assumpsit in Metam. III 125 *Sanguineam trepido plangebant pectore matrem.* et paulo ante v. 121 *Et exspirat modo quas acceperat auras.*

Ibid. *εὐείλοισι* coniecit Musgravius. Libri habent *εὐηλίοισι*. G. Hermannus maluit in v. strophico 655 *Θηβαΐαις* et hic *εὐαλίοις* scribere.

(στρ. β΄.)

καὶ σὲ τὸν προμάτορος
Ἰοῦς ποτ᾽ ἔκγονον
Ἔπαφον, ὦ Διὸς γένεθλον,
ἐκάλεσ᾽ ἐκάλεσα βαρβάρῳ βοᾷ,
ἰώ, βαρβάροις λιταῖς,
βᾶθι βᾶθι τάνδε γᾶν·
σοί νιν ἔκγονοι κτίσαν

(ἀντ. β΄.)

καὶ διώνυμοι θεαί,
Περσέφασσα καὶ φίλα
Δαμάτηρ θεά,
πάντων ἄνασσα, πάντων δὲ Γᾶ τροφός,

V. 676—689. ‘Haec pars carminis pro epodo habebatur. Sed tam manifesta sunt antistrophicorum indicia, ut non sit dubitationi locus relictus.’ Haec adnotat G. Hermannus, qui scribit *καὶ σέ, τὸν προμάτορος, γένεθλον Ἔπαφον ὦ Διός, Ἰοῦς ἔκγονον, ἐκάλεσ᾽ ἰὼ βαρβάρῳ βοᾷ, ἰὼ βαρβάροισί τ᾽ ἐν λιταῖς.* Heimsoethius nomen *Ἔπαφον* ex glossemate repetens conicit *καὶ σὲ δή, Διὸς γένεθλόν τε καὶ προμάτορος Ἰοῦς ἔκγονον κέκληκα βαρβάρῳ βοᾷ* et delet in v. 686 *πάντων δέ.* Malim *καὶ σέ, Δῖον ὦ γένεθλον, σὲ τὸν προμάτορος Ἰοῦς ἔκγονον,* de ceteris non liquet.

V. 676 sq. *καὶ σὲ τὸν προμάτορος Ἰοῦς ποτ᾽ ἔκγ. κτἑ.*] De appositione ibi posita, ubi poni poterat vocativus, cfr. Matth. § 312, 5 p. 616 ed. II.

V. 678. *Ἔπαφον*] De Epapho, Iovis filio et Ius, conf. Heyni tab. geneal. X ad Apollod. et quae supra annotavimus ad v. 247. Invocatur autem, quia ex eius posteris Cadmus Thebas condiderat, quod significatur versu 682.

V. 679. *ἐκάλεσα*] De hoc aoristo cfr. Krueg. II, 53, 6, 2.

V. 682. *σοί νιν ἔκγονοι κτίσαν*] Quamquam unus Cadmus proprie intellegendus erat, tamen poeta posteros dixit, more dicendi et Graecis et Latinis usitatissimo. Sic liberos dixerunt Latini unum filium aut unam filiam et quae sunt alia eiusmodi. Nihil igitur causae erat, quamobrem ab antiquo grammatico proponeretur: *σῷ νιν ἐκγόνῳ κτίσαν* in scholio: *γράφεται καὶ ‘σῷ νιν ἐκγόνῳ κτίσαν’, ἵν᾽ ᾖ τῷ ἐκγόνῳ σου, τῷ Κάδμῳ, αἱ θεαὶ κατέκτισαν τὰς Θήβας. γέγονε δὲ περὶ τὴν ἀρχαίαν γραφὴν ἁμάρτημα. ἕως ἄρχοντος γὰρ Ἀθήνησιν Εὐκλείδου* (Ol. 44, 2 sive a. 403 a. Chr. n.) *μήπω τῶν μακρῶν εὑρημένων τοῖς βραχέσιν ἀντὶ τῶν μακρῶν ἐχρῶντο, τῷ ε ἀντὶ τοῦ η καὶ τῷ ο ἀντὶ τοῦ ω κτἑ.*

V. 683. *καὶ* scripsi pro *αι.* Nam *αι* in archetypo fuisse cognoscitur ex hoc scholio: *χρὴ δὲ μὴ ὡς πληθυντικὸν ἄρθρον τὸ αι, ἀλλ᾽ ὡς Δωρικὸν περισπῶντας ἀναγινώσκειν, ἵνα σημαίνῃ τὸ ἔνθα.* Libri exhibent *ἁ* vel *ἃ* vel *αἳ*, G. Hermannus scripsit *ἆν.*

Ibid. *διώνυμοι θεαί*] G. Hermannus: ‘*Διώνυμοι* nihil aliud quam duae sunt, ut *δικρατεῖς Ἀτρεῖδαι*’. Aliter scholiasta: *διώνυμοι δὲ παρόσον ἡ μὲν Κόρη καὶ Περσεφόνη, ἡ δὲ Δημήτηρ καὶ Γῆ ὀνομάζεται.* Sed recte Hermannus.

V. 686. *πάντων δὲ Γὰ τροφός*] Cfr. Bacch. v. 275 sq. *Δη-*

ἐκτήσαντο· πέμπε πυρφόρους
θεάς, ἄμυνε τᾷδε γᾷ·
πάντα δ' εὐπετῆ θεοῖς.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

χώρει σὺ καὶ κόμιζε τὸν Μενοικέως
Κρέοντ', ἀδελφὸν μητρὸς Ἰοκάστης ἐμῆς,
λέγων τάδ', ὡς οἰκεῖα καὶ κοινὰ χθονὸς
θέλω πρὸς αὐτὸν συμβαλεῖν βουλεύματα,
πρὶν εἰς μάχην τε καὶ δορὸς τάξιν μολεῖν.
καίτοι ποδῶν σῶν μόχθον ἐκλύει παρών·
ὁρῶ γὰρ αὐτὸν πρὸς δόμους στείχοντ' ἐμούς.

μήτηρ θεά· Γῆ δ' ἐστίν, ὄνομα δ' ὁπότερον βούλει κάλει. Αὕτη μὲν ἐν ξηροῖσιν ἐκτρέφει βροτούς.

V. 687. ἐκτήσαντο liber E, ceteri cum schol. ἐκτίσαντο.

V. 687 sq. πέμπε πυρφόρους θεάς] Epaphus rogatur, ut mittat Proserpinam et Cererem, partim quod eae ipsae deae Thebarum tutelares sunt, partim quod Io et Ceres pro uno numine habebantur, ut sane Epapho non difficile fuerit a matre hoc impetrare. Vide Diod. Sic. Vol. I p. 18 ed. Wessel. Clem. Alexandr. Strom. lib. I cap. 21 § 106, Vol. II p. 75 ed. nostr., p. 139 B ed. Sylb. De πυρφόροις scholiasta: Πυροφόρους δὲ εἶπε Δήμητρα καὶ Κόρην, ἐπειδὴ δᾳδουχίαι αὐταῖς γίνονται, τοῦ φωτὸς ἐμφαίνοντος τὴν ἐκ καρπῶν τοῖς ἀνθρώποις ζωήν.

V. 688. ἄμυνε τᾷδε γᾷ, quod posuit G. Hermannus pro librorum scriptura ἀμῦναι τᾷδε γᾷ, etiam ex varia lectione quam schol. commemorat ἀμύνεται δὲ γᾶ elicitur literis aliter dispositis (ἀμυνε ταιδε γα).

V. 690. χώρει σύ· Δεῖ νοεῖν, ὅτι τοῦ χοροῦ ᾄδοντος ἔσω ἦν ὁ Ἐτεοκλῆς. νῦν δὲ ἔξεισιν οἰκέτῃ ἐπιτάττων καλέσαι Κρέοντα. SCHOL. De ipsa formula cfr. Med. v. 820 ἀλλ' εἶα χώρει καὶ κόμιζ' Ἰάσονα.

V. 692 sq. ὡς οἰκεῖα καὶ κοινὰ χθονός] Mire argutatur scholiasta, dicens οἰκεῖα duplici modo intellegi posse, et quae ad ipsum Eteoclem pertineant et quae invenerit ipse. Nam quod sequitur καὶ κοινὰ χθονός satis demonstrat οἰκεῖα βουλεύματα, quod plane idem vult quod Latinorum domestica consilia, ita dici, quod Eteocles, priusquam ineat pugnam, et de privatis ipsius suique generis rebus et de publicis conferre vult consilia cum Creonte. — De genet. χθονός cfr. Krueg. I 48, 13, 5. — Cum locutione πρὸς αὐτὸν συμβαλεῖν βουλεύματα comparat Rauchensteinius locutionem συνθήκας ποιεῖσθαι πρός τινα.

V. 694. δορὸς τάξιν] Cfr. Suppl. v. 677 παραιβάτας ἔστησαν εἰς τάξιν δορός.

V. 595. ποδῶν σῶν μόχθον ἐκλύει παρών] Non satis acute scholiasta: Ἀντιστρόφως, inquit, λέγεται ἀντὶ τοῦ ἐλευθεροῖ τοὺς σοὺς πόδας τοῦ μόχθου. οἱ πόδες γὰρ ἐδέοντο τῆς ἐλευθερίας καὶ ἐπὶ τούτων ἁρμόζει ἡ ἐλευθερία καὶ οὐκ ἐπὶ τοῦ μόχθου. Nam ut dici potuit isto modo, quemadmodum in Electra v. 1352 sq. dicitur: τούτους χαλεπῶν ἐκλύοντες μόχθων σῴζομεν, tamen alio quodam modo illud dicitur, ut sit: 'solvendo tollit pedum tuorum laborem'. — Bene poeta offensionem fortuiti ingressus Creontis vitavit.

ΚΡΕΩΝ.

ἦ πόλλ' ἐπῆλθον εἰσιδεῖν χρῄζων σ', ἄναξ
Ἐτεόκλεες, πέριξ δὲ Καδμείων πύλας
φύλακάς τ' ἐπῆλθον σὸν δέμας θηρώμενος.
ΕΤ. καὶ μὴν ἐγὼ σ' ἔχρῃζον εἰσιδεῖν, Κρέον·
πολλῷ γὰρ ηὗρον ἐνδεεῖς διαλλαγάς,
ὡς εἰς λόγους συνῆψα Πολυνείκει μολών.
ΚΡ. ἤκουσα μεῖζον αὐτὸν ἢ Θήβας φρονεῖν,
κήδει τ' Ἀδράστου καὶ στρατῷ πεποιθότα.
ἀλλ' εἰς θεοὺς χρὴ ταῦτ' ἀναρτήσαντ' ἔχειν·
ἃ δ' ἐμποδὼν μάλιστα, ταῦθ' ἥκω φράσων.
ΕΤ. τὰ ποῖα ταῦτα; τὸν λόγον γὰρ ἀγνοῶ.

V. 699. Invenusta repetitio verbi *ἐπῆλθον* vitiatam memoriam librorum monstrat. Emendatio incerta. Geelius in v. 697 scripsit *ἦ πόλλ' ἐμόχθησ'*, Hartungius *πόλλ' ἐξέπλησά σ' εἰσιδεῖν ζητῶν* cl. Ion. v. 1108, Or. 54, Schoenius *ἦ πόλλ' ἐπλήρουν*.

V. 701. *πολλῷ γὰρ ηὗρον ἐνδεεῖς διαλλαγάς*] Non satis recte dativum *πολλῷ* expedivisse videtur A. Matthiaeus ad h. l., quod dixit propter vim comparativi, quae inesset in v. *ἐνδεής*, positum videri et hoc et in Heraclidis v. 170 *καὶ τοῦτο πολλῷ τοῦ παρόντος ἐνδεές* dativum *πολλῷ*. Multo rectius scholiasta: *πολλῷ μέτρῳ, ἤγουν κατὰ πολὺ μέτρον ἐλλιπεῖς*. Significatur enim, qua re aut quo modo *ἐνδεεῖς διαλλαγαὶ* sint, neque ille dativus etiam cum ipso comparativo aliam vim habet. Sententia autem ipsa explicatu facilis est: 'Multum enim intellexi deesse reconciliationibus istis, postquam cum Polynice in sermonem congressus sum'.

V. 702. *ὡς εἰς λόγους συνῆψα Πολυνείκει*] Id dicitur perparvo sententiae discrimine etiam addito pronomine reflexivo *συνάπτειν ἑαυτὸν εἰς λόγους*, veluti in Aristoph. Lysistr. v. 468 *τί τοῖσδε σαυτὸν εἰς λόγον τοῖς θηρίοις συνάπτεις*; Cfr. etiam Soph. El. 20 *ξυνάπτετον λόγοισιν*. Verum tamen nescio an pro *ὡς* poeta scripserit *ἅς* i. e. *ἃς συνῆψα εἰς λόγους μολὼν Πολυνείκει*. Cfr. v. 771.

V. 703. Verba *ἢ Θήβας* cum parum apta mihi viderentur, conieci *εἰς Θήβας*. Cfr. Heracl. 386 *οὐ σμικρὸν φρονῶν εἰς τὰς Ἀθήνας*. Nauckius proposuit *ἢ θέμις φρονεῖν*.

V. 704. *πεποιθότα*] Qui olim *πεποιθέναι* pro *πεποιθότα* scripserunt, non minus in errore versati sunt quam nuper Valckenarius, qui, recepta librorum auctoritate, tamen participium pro infinitivo positum esse statuit. Participium enim non per *τὲ* particulam adiungitur superiori orationi, sed *τὲ* et *καί* inter se respondent, ut participium causam *τοῦ μεῖζον φρονεῖν* continere in se videatur.

V. 705. *ἀναρτήσαντ' ἔχειν*] Ad sententiam hoc respondet Latino 'suspensa a dis habere'. Sic illud, quod in Antigona Sophocles dixit v. 32 *κηρύξαντ' ἔχειν*, plane respondet ei, quod M. Tullius aliquoties dixit: *promulgatum habere*. Vide Krueg. II 56, 3, 8.

V. 707. *τὰ ποῖα ταῦτα*;] Cfr. Krueg. I 50, 4, 7. Similis versus Sophoclis est in Trachiniis v. 78 *τὰ ποῖα, μῆτερ; τὸν λόγον γὰρ ἀγνοῶ*. In eiusmodi enim rebus paene necessario verbis consentire debebant scriptores.

ΚΡ. ἥκει τις αἰχμάλωτος Ἀργείων πάρα.
ΕΤ. λέγει δὲ δὴ τί τῶν ἐκεῖ νεώτερον;
ΚΡ. μέλλειν πέριξ πύργοισι Καδμείων πόλιν
ὅπλοις ἑλίξειν αὐτίκ' Ἀργείων στρατόν.
ΕΤ. ἐξοιστέον τἄρ' ὅπλα Καδμείων πόλει.
ΚΡ. ποῖ; μῶν νεάζων οὐχ ὁρᾷς ἃ χρή σ' ὁρᾶν;
ΕΤ. ἐκτὸς τάφρων τῶνδ', ὡς μαχουμένους τάχα.
ΚΡ. σμικρὸν τὸ πλῆθος τῆσδε γῆς, οἳ δ' ἄφθονοι.
ΕΤ. ἐγᾦδα κείνους τοῖς λόγοις ὄντας θρασεῖς.
ΚΡ. ἔχει τιν' ὄγκον Ἄργος Ἑλλήνων πάρα.
ΕΤ. θάρσει· τάχ' αὐτῶν πεδίον ἐμπλήσω φόνου.
ΚΡ. θέλοιμ' ἄν· ἀλλὰ τοῦθ' ὁρῶ πολλοῦ πόνου.
ΕΤ. ὡς οὐ καθέξω τειχέων εἴσω στρατόν.
ΚΡ. καὶ μὴν τὸ νικᾶν ἐστι πᾶν εὐβουλία.

V. 708. *ἥκει τις αἰχμάλωτος· ἡμέτερος παρ' Ἀργείων αἰχμαλωτισθεὶς καὶ πρὸς ἡμᾶς αὖθις ἐπανιών.* SCHOL.

V. 710 sq. Dat. *πύργοισι* non habet explicationem. Nam neque *πέριξ* cum dativo construitur, in qua opinione Hermannus fuit, neque *πύργοισι* locus designari potest nec probanda eorum ratio qui *πύργους* turres intellexerunt, quibus admotis oppugnarent Argivi urbem. Recte enim iam Valckenarius annotavit, vix Euripidis tempore, nedum heroum aetate hunc oppugnandi modum Graecis cognitum fuisse. Cum autem stichomythia duobus versibus turbetur atque etiam eadem clausula versuum 710. 712 molesta sit, non *πύργοισι* de Reiski coniectura in *πυκνοῖσι* mutandum, sed certum est alterum utrum horum versuum interpolatum esse. Kirchhoffius coniecit *μέλλειν πέριξ πύργοισι προσβαλεῖν λόχους* deleto v. 711, Dindorfius secluso priore versu intellegit *πόλιν ἑλίξειν*, nisi Euripides scripserit *Ἀργείους πόλιν*. Kirchhoffi ratio probabilior videtur.

V. 714. *τάφρων*] Cfr. v. 1100 et 1188. — *Μαχουμένους* dicitur, quia obversatur *ἐκφέρειν δεῖ ἡμᾶς* (sive *τοὺς Καδμείους*) *ὅπλα*. Cfr. Krueg. I 56, 18, 3.

V. 716. *τοῖς λόγοις θρασεῖς*] Idcirco *τοῖς ἔργοις δειλούς*.

V. 717. *ἔχει τιν' ὄγκον*] Cfr. Tro. 1158 *ὦ μείζον' ὄγκον δορὸς ἔχοντες ἢ φρενῶν*. — Librorum AE scripturam *τἄργος* recepit G. Hermannus, fortasse recte.

V. 718. *τάχ' αὐτῶν πεδίον ἐμπλήσω φόνου*] Cfr. Herc. 571 *τοὺς δὲ πτερωτοῖς διαφορῶν τοξεύμασι νεκρῶν ἅπαντ' Ἰσμηνὸν ἐμπλήσω φόνου.*

V. 719. *ἀλλὰ τοῦθ' ὁρῶ πολλοῦ πόνου*] Hoc etiam Latine dicas: 'Verum hoc video multi laboris', qua in voce iure A. Matth. Gr. Gr. ampl. § 316 dixit errasse Valckenarium, quod *δεόμενον* suppleri posse putarit. Cfr. Krueg. I 47, 6, 11.

V. 720. *ὡς οὐ καθέξω*] Vide quae ad v. 625 annotata sunt.

V. 721. Non recte Heathius haec verba interpretatus est: 'modo vincas, quacunque ratione viceris, prudenter feceris'. Nam Creon prudentiam consiliorum Polynici commendat. Sensus est: 'vincere omne prudentia est', 'das Siegen besteht ganz und gar in Wohlberatenheit' i. e. vincendi ratio omnis continetur bonis consiliis. Cfr.

ΕΤ. βούλει τράπωμαι δῆθ' ὁδοὺς ἄλλας τινάς;
ΚΡ. πάσας γε, πρὶν κίνδυνον εἰς ἅπαξ μολεῖν.
ΕΤ. εἰ νυκτὸς αὐτοῖς προσβάλοιμεν ἐκ λόγου;
ΚΡ. ἐνδυστυχῆσαι δεινὸν εὐφρόνης κνέφας.
ΕΤ. ἴσον φέρει νύξ, τοῖς δὲ τολμῶσιν πλέον.
ΚΡ. εἴπερ σφαλείς γε δεῦρο σωθήσει πάλιν.
ΕΤ. βαθύς γέ τοι Διρκαῖος ἀναχωρεῖν πόρος.
ΚΡ. ἅπαν κάκιον τοῦ φυλάσσεσθαι καλῶς.
ΕΤ. ἀλλ' ἀμφὶ δεῖπνον οὖσι προσβάλω δόρυ;
ΚΡ. ἔκπληξις ἂν γένοιτο· νικῆσαι δὲ δεῖ.
ΕΤ. τί δ', εἰ καθιππεύσαιμεν Ἀργείων στρατόν;

illud *τύχη τὰ θνητῶν πράγματ'*, *οὐκ εὐβουλία*. Non necessaria emendatio Schoeni *εὐβουλίας*.

V. 722. Adamat Euripides huiusmodi consultationes et causarum in utramque partem expositiones. Cfr. Eur. Iph. T. v. 1019 sqq., Hel. 1035 sqq., Med. 376 sqq. — De *βούλει τράπωμαι* cfr. Krueg. I 54, 2, 3.

V. 725 sqq. Quem ordinem versuum iusta sententiarum continuatio requirit, eum restitui in N. Mus. Rhen. a. 1872 p. 479 sq. In libris versus se excipiunt ita: 724. 727. 726. 725. 730. 731. 728. 729.

V. 725. *ἐνδυστυχῆσαι δεινὸν εὐφρόνης κνέφας*] Neque hic neque in Bacch. v. 508, ubi legitur: *ἐνδυστυχῆσαι τοὔνομ' ἐπιτήδειος εἶ*, *ἐνδυστυχῆσαι* idem significat quod simplex *δυστυχῆσαι*, id quod narrat schol. ad Aristoph. Vesp. v. 1120. Nam ut huius loci sententia est: 'Periculi plenae sunt noctis tenebrae, si in his calamitatem contrahas', sic in Bacchis dicitur: 'Idoneum nomen habes, ut in eo (vel eo praeditus) calamitatem contrahas'. De hoc dicendi genere inprimis cum *ἐπιτήδειον εἶναι* sollemni cfr. Herod. VI 10 *ἦν γὰρ ὁ Μαραθὼν ἐπιτηδεώτατον χωρίον ἐνιππεῦσαι*, IX 2 *χῶρος ἐπιτηδεώτερος ἐνστρατοπεδεύσασθαι*, ib. 7 *ἐπιτηδεώτατόν ἐστι ἐμμαχέσασθαι τὸ Θριάσιον πεδίον*, Aristoph. Pac. 1228, Plat. Phaedr. p. 228 E *ἐμαυτόν σοι ἐμμελετᾶν παρέχειν οὐ πάνυ δέδοκται*.

V. 726. *ἴσον φέρει — πλέον*] I. e. 'Aequa iniqua nox omnibus pariter, sed audentibus aequior'. Quemadmodum hoc versu Polybius usus sit ad Demetrium Roma fugitivum, ipse narrat lib. XXXI c. 21.

V. 728 sq. *βαθύς γέ τοι Διρκαῖος ἀναχωρεῖν πόρος*] Concedit Creonti Eteocles, sane Dircaeum fluvium traiectu difficilem ipsis impedimentum fore, si vellent se recipere. Ita cum Eteocles concesserit rem iniquam, omnia iniquiora dicit Creon tuta cautione. Quod autem G. Hermannus arbitratur hostibus dici difficile fore Dircen traicere cl. v. 131, ex eo ipso versu cognoscitur, castra sive tentoria hostium trans fluvium Dircaeum a poeta poni. Cfr. v. 1100 cum annotatione. De particulis *γέ τοι*, quas nostra lingua reddere possumus 'fürwahr', cfr. Soph. Trach. 1212 *φορᾶς γέ τοι φθόνησις οὐ γενήσεται*.

V. 731. *ἔκπληξις ἂν γένοιτο*] *Εἰ δειπνοῦσιν αὐτοῖς ἐπέλθοιμεν, ἔκπληξις ἂν καὶ ταραχὴ γένοιτο· οὐ μέντοι νίκην ἐπιφέρει τὸ τοιοῦτον πρᾶγμα· δεῖ δὲ νικᾶν*. SCHOL.

V. 732. *εἰ καθιππεύσαιμεν Ἀργείων στρατόν*] Non satis caute egit G. Hermannus, quod hanc optimorum ac plurimorum librorum auctoritatem postha-

ΚΡ. κἀκεῖ πέφρακται λαὸς ἅρμασιν πέριξ.
ΕΤ. τί δῆτα δράσω; πολεμίοισι δῶ πόλιν;
ΚΡ. μὴ δῆτα· βουλεύου δ', ἐπείπερ εἶ σοφός.
ΕΤ. τίς οὖν πρόνοια γίγνεται σοφωτέρα;
ΚΡ. ἕπτ' ἄνδρας αὐτοῖς φασιν, ὡς ἤκουσ' ἐγώ,
ΕΤ. τί προστετάχθαι δρᾶν; τὸ γὰρ σθένος βραχύ.
ΚΡ. [λόχων ἀνάσσειν] ἑπτὰ προσκεῖσθαι πύλαις.
ΕΤ. τί δῆτα δρῶμεν; ἀπορίαν γὰρ οὐ μενῶ.
ΚΡ. ἕπτ' ἄνδρας αὐτοῖς καὶ σὺ πρὸς πύλαις ἑλοῦ.
ΕΤ. λόχων ἀνάσσειν ἢ μονοστόλου δορός;
ΚΡ. λόχων, προκρίνας οἵπερ ἀλκιμώτατοι,
ΕΤ. ξυνῆκ'· ἀμύνειν τειχέων προσαμβάσεις.
ΚΡ. καὶ ξυστρατήγους· εἷς δ' ἀνὴρ οὐ πάνθ' ὁρᾷ·
ΕΤ. θάρσει προκρίνας ἢ φρενῶν εὐβουλίᾳ;

buit. Nam quod ipse ait *καθιππεύειν* cum accusativo esse 'perequitare', hinc sibi e correctione libri F *Ἀργείου στρατοῦ* rescribendum videri, commemoro *καθιππεύειν* vel *καθιππάζεσθαι* esse fere idem, quod nos dicamus niederreiten, idque recte accusativo casui iungi, si quid 'equitando conficere' studeas, quod cadit in hunc locum.

V. 733. *κἀκεῖ πέφρακται λαὸς ἅρμασιν* i. e. *ὡς ὁ Θηβαῖος λαὸς τείχεσι πέφρακται.* Itaque non opus est emendatione quam proposuit Herwerdenus *κάρτ' εὖ πέφρακται.*

V. 736. Eleganter et speciose conicit Nauckius *γίγνεται σωτήριος.*

V. 737. *φασιν, ὡς ἤκουσ' ἐγώ*] Cfr. Med. 287 *κλύω δ' ἀπειλεῖν σ', ὡς ἀπαγγέλλουσί μοι*, Bacch. 771 *κἀκεῖνό φασιν αὐτόν, ὡς ἐγὼ κλύω.*

V. 738. *τί προστετάχθαι δρᾶν;*] Quod scholiasta commemorat olim fuisse, qui hic *προστέτακται* pro *προστετάχθαι* scriberent, annoto scriptores Graeciae concinnitatem orationis summo studio in eiusmodi locis conquisivisse, quo aptior esset singularum enuntiationum inter eas coniunctio.

V. 739. Verba *λόχων ἀνάσσειν* e v. 742 irrepsisse monuit Matthiaeus, qui *λόχων ἄνακτας* proposuit. Fortasse *λοχαγετοῦντας* scripsit Euripides.

V. 741. Cfr. Aeschyli Sept. adv. Theb. v. 57 sq. *Πρὸς ταῦτ' ἀρίστους ἄνδρας ἐκκρίτους πόλεως Πυλῶν ἐπ' ἐξόδοισι τάγευσαι τάχος.* — Grotius scripsit *αὐτὸς καὶ σύ*, cuius iudicium iniuria Valckenarius ac Porsonus comprobarunt. Id enim debebat *καὶ αὐτὸς* dici.

V. 744. *ξυνῆκ'· ἀμύνειν κτἑ.*] Sic necessario interpungendum est. 'Intellexi: nempe ut defendant murorum adscensus.'

V. 745. *καὶ ξυστρατήγους: στρατηγοὺς ἑτέρους μετὰ τῶν ἑπτά· καθ' Ὅμηρον (Κ 224) γὰρ 'σύν τε δύ' ἐρχομένω καί τε πρὸ ὃ τοῦ ἐνόησεν'.* SCHOL.

Ibid. *εἷς δ' ἀνήρ*] Particulam *δὲ* recte delere videtur F. Polle.

V. 746. Quaerit Eteocles, utrum fortitudinem magis an prudentiam animi in seligendis viris respiciat, cui recte respondet neutrum neglegendum esse, de cuius rei veritate Valckenarius comparavit Libanium Declam. IV p. 259 C *Ἰσχὺς καὶ σύνεσις ἑκατέρα μὲν μικρὰ πέφυκε πράττειν· ἄμφω δὲ συνελθοῦσαι μεγάλα.*

ΚΡ. ἀμφότερον· ἀπολειφ ὲν γὰρ οὐδὲν θάτερον.
ΕΤ. ἔσται τάδ'· ἐλθὼν ἑπτάπυργον ἐς πόλιν
τάξω λοχαγοὺς πρὸς πύλαισιν, ὡς λέγεις,
ἴσους ἴσοισι πολεμίοισιν ἀντιθείς.
ὄνομα δ' ἑκάστου διατριβὴ πολλὴ λέγειν,
ἐχθρῶν ὑπ' αὐτοῖς τείχεσιν καθημένων,
ἀλλ' εἶμ', ὅπως ἂν μὴ καταργῶμεν χέρα.
καί μοι γένοιτ' ἀδελφὸν ἀντήρη λαβεῖν
καὶ ξυσταθέντα διὰ μάχης ἑλεῖν δορί

V. 747. *ἀπολειφθέν*] Nempe *ὑπὸ τοῦ ἑτέρου*. Fortasse *ἀμφότερ'· ἓν ἀπολειφθὲν* et de Reiski coniectura *θατέρου* scribendum est vel potius *ἀμφότερ'· ἓν οὐδὲν θατέρου λελειμμένον*, nam et *ἓν* et *λελειμμένον* confirmari videtur testimonio quod F. Guil. Schmidtius protulit ex Crameri Anecd. Par. IV p. 344, 1, ubi afferuntur haec: *θάρσει προκρίνας τῶν φρενῶν εὐβουλίαν; ἐν* (i. e. *ἓν*) *γὰρ οὐδὲν θάτερον λελειμμένον*. Nauckius *οὐδὲν γὰρ ἕτερον θατέρου λελειμμένον* coniecit. Sententiam expressit Sallust. Cat. 1 *et priusquam incipias consulto, et ubi consulueris mature facto opus est. Ita utrumque per se indigens alterum alterius auxilio eget.* De *ἀμφότερα* cfr. Krueg. I 46, 3, 3.

V. 748. *ἐλθὼν*] Sic optimi libri. Alii *δ'* adiciunt. Asyndeton aptum est explicationi verborum *ἔσται τάδε*.

Ibid. *ἑπτάπυργον ἐς πόλιν*] 'Scholiasta: *γελοίως τοῦτό φησιν, ὡς μὴ ὢν νῦν ἐν τῇ πόλει.* Defendit Euripidem Ungerus in Paradoxis Thebanis Vol. I p. 330 sq., quod haec in arce agantur, Eteocles autem *ἑπτάπυργον πόλιν*, quia id usus stabiliverit, dicat, etsi sex tantum portas sit obiturus: in arce enim Ogygias esse. Mihi quidem *ἑπτάπυργον ἐς πόλιν* sic potius dicere videtur Eteocles, ut significet se per urbem ad omnes septem portas iturum, ut singulis singulos duces praeficiat. Non sunt enim excipiendae Ogygiae, quod nondum ad ullam portam constitutus est propugnator.' G. HERMANNUS.

V. 750. *ἴσους ἴσοισι πολεμίοισιν ἀντιθείς*] Cfr. Sophoclis Antig. v. 141 sqq. *Ἑπτὰ λοχαγοὶ γὰρ ἐφ' ἑπτὰ πύλαις Ταχθέντες ἴσοι πρὸς ἴσους ἔλιπον Ζηνὶ τροπαίῳ πάγχαλκα τέλη* et Apollod. III 6, 6 *Καθώπλισε δὲ καὶ Ἐτεοκλῆς Θηβαίους καὶ καταστήσας ἡγεμόνας ἴσους ἴσοις ἔταξε κτέ.*

V. 751. *ὄνομα δ' ἑκάστου διατριβὴ κτέ.*] *Πεφύλακται τὰς ὀνομασίας αὐτῶν εἰπεῖν, ὥς φησι Δίδυμος, διὰ τὸ ὑπὸ Αἰσχύλου εἰρῆσθαι ἐν τοῖς Ἕπτα ἐπὶ Θήβαις.* SCHOL. Id ego facilius auctore Brumoy (théâtre des Grecs Tom. IV p. 178) crediderim inique ab Euripide in Aeschylum dici quam reverenter auctore Grotio, propter sequentem versum et propter similem Aeschyli reprehensionem in El. v. 527 sqq. — Quod optimus liber A exhibet *διατριβὴν πολλὴν ἔχει* fortasse defendi potest, si *ὄνομα* est 'nominatio' ut *nomen* apud Cic. pro Sex. Rosc. § 79 *restare tibi videbatur servorum nomen.* Cfr. Aesch. Prom. 639 *τἀποκλαῦσαι . . ἀξίαν τριβὴν ἔχει.*

V. 753. *ἀλλ' εἶμι*] Eis quae praecedunt sententia inest *οὐ διατρίψω ὀνομάζων ἕκαστον.*

V. 755 sqq. Coniungenda *ξυσταθέντα διὰ μάχης*, quae eadem ratione dicuntur qua *ἐλθόντα αὐτῷ διὰ μάχης*. Quo non intellecto inventa est varia lectio librorum *διὰ μάχης ἐλ-*

[κτανεῖν θ' ὃς ἦλθε πατρίδα πορθήσων ἐμήν.]
γάμους δ' ἀδελφῆς Ἀντιγόνης παιδός τε σοῦ
Αἵμονος, ἐάν τι τῆς τύχης ἐγὼ σφαλῶ,
σοὶ χρὴ μέλεσθαι· τὴν δόσιν δ' ἐχέγγυον
τὴν πρόσθε ποιῶ νῦν ἐπ' ἐξόδοις ἐμαῖς.
μητρὸς δ' ἀδελφὸς εἶ· τί δεῖ μακρηγορεῖν;
τρέφ' ἀξίως νιν σοῦ τε τήν τ' ἐμὴν χάριν.
πατὴρ δ' ἐς αὑτὸν ἀμαθίαν ὀφλισκάνει,
ὄψιν τυφλώσας· οὐκ ἄγαν σφ' ἐπήνεσα·
ἡμᾶς τ' ἀραῖσιν, ἢν τύχῃ, κατακτενεῖ.
ἓν δ' ἐστὶν ἡμῖν ἀργόν, εἴ τι θέσφατον
οἰωνόμαντις Τειρεσίας ἔχει φράσαι,
τοῦδ' ἐκπυθέσθαι ταῦτ'· ἐγὼ δὲ παῖδα σὸν
Μενοικέα σοῦ πατρὸς αὐτεπώνυμον
λαβόντα πέμψω δεῦρο Τειρεσίαν, Κρέον·

θεῖν, qua recepta inutile δορί fit. Inventa autem est haec lectio, ne hoc et proximo versu idem enuntiaretur. Nam ἑλεῖν δορί et κτανεῖν idem. Recte igitur proximum versum, qui legitur etiam infra v. 1376, expunxit Valckenarius.

V. 757 sqq. γάμους — σοὶ χρὴ μέλεσθαι] Constructionem expedivit A. Matthiaeus § 348 ann. 2 p. 658 ed. II, coll. Soph. Electr. v. 1436 τἀνθάδ' ἂν μέλοιτ' ἐμοί.

V. 760. ἐπ' ἐξόδοις ἐμαῖς] Ἐπὶ τῇ ἐμῇ ἐξόδῳ. SCHOL. De hac amplificatione per numerum pluralem in re una conferri potest copiosa disputatio Iacobi in Supplem. annal. philol. et paedag. Vol. VIII fasc. 2 p. 167 sqq.

V. 762. σοῦ τε] In animo habet Eteocles καὶ ἐμοῦ (ἀξίως), sed aptiora ei videntur τήν τ' ἐμὴν χάριν.

V. 763. Fortasse ἐς αὐτόν τ' scribendum.

V. 764. ἐπήνεσα] Vide ad v. 679.

V. 766. ἓν δ' ἐστὶν ἡμῖν ἀργόν] Ἀργόν, ἄπρακτον καὶ παραλελειμμένον, ὀφεῖλον γενέσθαι καὶ μὴ γενόμενον. SCHOL. Cfr. Soph. Oed. Col. 1605 κοὐκ ἦν ἔτ' ἀργὸν οὐδὲν ὧν ἐφίετο.

V. 768. τοῦδ' ἐκπυθέσθαι ταῦτ'] Quod ταῦτα ad εἴ τι v. 766 referendum est, recte comparavit scholiasta huius fabulae v. 244 sqq. κοινὰ δ', εἴ τι πείσεται Ἑπτάπυργος ἅδε γᾶ, Φοινίσσᾳ χώρᾳ. Saepenumero etiam Latini eadem constructione usi sunt, veluti Terentius in Eun. prol. v. 1 sqq. *Si quisquamst, qui placere se studeat bonis —, In his poeta hic nomen profitetur suom.* Hae voces enim, εἴ τις, εἴ τι, 'si quis', 'si quisquam', collectivam notionem in se continent. Cfr. Krueg. I 58, 4, 5.

V. 769. αὐτεπώνυμον] Non satis recte hanc vocem explicarunt lexicographi. Ea sibi hoc vult, eodem ipso nomine dici illum. Nam ἐπώνυμος avi etiam tum esset, si diceretur Μενοικίδης, αὐτεπώνυμος autem est, quod hoc ipsum nomen Menoecei gerit. De genetivo v. ad v. 637.

V. 770. λαβόντα πέμψω δεῦρο Τειρεσίαν] Iniuria in hoc loco haesitarunt fere omnes interpretes. Ac Valckenarius quidem, quem praeter Brunckium secutus est etiam Porsonus, scribendum coniecit ἄξοντα πέμψω. Hos confutavit G. H. Schaeferus, qui recte pronuntiavit ne aptam quidem eam coniecturam esse, cum non hoc dicat Eteocles, se

σοὶ μὲν γὰρ ἡδὺς εἰς λόγους ἀφίξεται·
ἐγὼ δὲ τέχνην μαντικὴν ἐμεμψάμην
ἤδη πρὸς αὐτόν, ὥστε μοι μομφὰς ἔχειν.
πόλει δὲ καὶ σοὶ ταῦτ' ἐπισκήπτω, Κρέον·
ἤνπερ κρατήσῃ τἀμά, Πολυνείκους νέκυν
μήποτε ταφῆναι τῇδε Θηβαίᾳ χθονί,
θνῄσκειν δὲ τὸν θάψαντα, κἂν φίλων τις ᾖ.
σοὶ μὲν τάδ' εἶπον· προσπόλοις δ' ἐμοῖς λέγω·
ἐκφέρετε τεύχη πάνοπλά τ' ἀμφιβλήματα,
ὡς εἰς ἀγῶνα τὸν προκείμενον δορὸς
ὁρμώμεθ' ἤδη ξὺν δίκῃ νικηφόρῳ.
τῇ δ' εὐλαβείᾳ χρησιμωτάτῃ θεῶν
προσευχόμεσθα τήνδε διασῴζειν πόλιν.

(στρ.)

ΧΟ. ὦ πολύμοχθος Ἄρης, τί ποθ' αἵματι
καὶ θανάτῳ κατέχει Βρομίου παράμουσος ἑορ-
ταῖς;

missurum Menoeceum, ut vocet Tiresiam, sed se huc missurum eum esse, postquam vocaverit atque assumpserit Tiresiam, ut una ambo veniant, qua in causa *λαβόντα* necessario dicatur. Et de participio *λαβών* comparavit Schaeferus Plutarchi Vit. Alex. cap. 10 *ὁ δὲ Φίλιππος αἰσθόμενος, ἰὼν εἰς τὸ Ἀλεξάνδρου δωμάτιον, παραλαβὼν τῶν φίλων αὐτοῦ καὶ συνήθων ἕνα κτἑ.*, de participio autem aoristi iuncto tempori futuro G. Hermannus attulit Aristoph. Thesmoph. v. 736 *Φύλαξον αὐτόν, ἵνα λαβοῦσα Κλεισθένη Τοῖσιν πρυτάνεσιν ἃ πεποίηχ' οὗτος φράσω.* Quod autem A. Matthiaeus dixit, *Μενοικέα δεῦρο πέμψω λαβόντα Τειρεσίαν* esse: 'Menoeceum cum Tiresia huc arcessam', falsum est propterea, quod non manet in scena deinceps Eteocles, sed abit, ut non iam arcessere istuc, sed mittere possit Menoeceum ducentem Tiresiam, quod recte atque ordine dicitur: *Μενοικέα πέμψω δεῦρο λαβόντα Τειρεσίαν.*

V. 774—777 expungendi sunt, si recte se habent quae ad v. 1539 annotavimus.

V. 775 sq. *Πολυνείκους νέκυν μήποτε ταφῆναι*] Haec iussu Eteoclis civibus suis Creon denuntiat infra v. 1628 sqq. Fortasse scriptum fuit *ταφῆναι 'ν τῇδε . . χθονί.*

V. 778. Liber A *σοὶ μὲν τάδ' αὐδῶ* e v. 568, ut videtur.

V. 779. *ἐκφέρετε τεύχη κτἑ.*] Cfr. Aeschyli Sept. adv. Theb. v. 675 *φέρ' ὡς τάχος Κνημῖδας, αἰχμὴν καὶ πετρῶν προβλήματα.*

V. 781. *ξὺν δίκῃ νικηφόρῳ*] *Τῇ φερούσῃ τὴν δίκην* (l. *νίκην*)· *ἑαυτὸν γὰρ δίκαιον ᾤετο ἀμυνόμενος περὶ τῆς πατρίδος, ἐκεῖνον δὲ ἀσεβῆ κατὰ πατρίδος στρατευόμενον. καὶ Ὅμηρος* (*M* 243): *εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.* SCHOL.

V. 782. *τῇ δ' εὐλαβείᾳ, χρησιμωτάτῃ θεῶν*] Conf. huius fabulae v. 531 sq. *Τί τῆς κακίστης δαιμόνων ἐφίεσαι, Φιλοτιμίας, παῖ;* et quae ad eum locum annotavimus.

V. 784. *ὦ πολύμοχθος Ἄρης*] *Ἔδει ὦ πολύμοχθε Ἄρες.* SCHOL. Vide Krueg. II 45, 2.

V. 785. *κατέχει*] *ἐνθουσιᾷς.* SCHOL. Idem quod *κάτοχος εἶ.*

Ibid. *Βρομίου παράμουσος ἑορταῖς*] Respicit in his verbis

οὐκ ἐπὶ καλλιχόροις στεφάνοισι νεάνιδος ὥρας
βόστρυχον ἀμπετάσας λωτοῦ κατὰ πνεύματα
μέλπει
μοῦσαν, ἐν ᾇ χάριτες χοροποιοί,
ἀλλὰ σὺν ὁπλοφόροις στρατὸν Ἀργείων ἐπι-
πνεύσας
αἵματι Θήβαις

poeta ad strepitum, quem edit Mars, qui multo alius est atque cantus ac laetitia Bacchica, a qua valde ille discrepare dicitur. Hinc dixit *παράμουσος*, quod est idem quod 'absurdus' vel 'absonus'. Valckenarius has posuit similitudines, Hymn. Orph. LXIV 5 *Ἄρες ἄναξ —, Ὃς ποθέεις ξίφεσίν τε καὶ ἔγχεσι δῆριν ἄμουσον* et Aristotelis Rhetor. lib. III cap. 11 sub fin.: *ἡ ἀσπίς, φαμέν, ἐστὶ φιάλη Ἄρεος καὶ τόξον φόρμιγξ ἄχορδος.*

V. 786. *ἐπὶ καλλιχόροις στεφάνοισι*] *Καλλίχοροι στέφανοι* recte eae coronae dicuntur, 'quae in choreis specie pulchra gestantur'. Verba autem *ἐπὶ καλλιχόροις στεφάνοις* poetae idem fere significant quod scriptori *ἐπὶ καλαῖς χορείαις ἐστεφανωμένων* (*ἐστεφανωμένης ν. ὥρας*) et praepositio *ἐπὶ* usurpata est ut in Soph. El. 108 *ἐπὶ κωκυτῷ*, O. C. 1554 *ἐπ' εὐπραξίᾳ.*

Ibid. *νεάνιδος ὥρας*] Sic B et schol. (*ἔνιοι δὲ νεάνιδος ὥρας*). Ceteri libri *νεάνιδος ὥραις*. Cum *νεάνιδος ὥρας*, 'iuvenilis floris' sive 'iuventutis floridae' cfr. Ion. 477 *νεάνιδες ἧβαι* et fragm. 462 etiam propter sententiam hic apponendum: *Εἰρήνα βαθύπλουτε καὶ καλλίστα μακάρων θεῶν, ζῆλός μοι σέθεν, ὡς χρονίζεις· δέδοικα δὲ μὴ πρὶν πόνοις ὑπερβάλῃ με γῆρας, πρὶν σὰν χαρίεσσαν προσιδεῖν ὥραν καὶ καλλιχόρους ἀοιδὰς φιλοστεφάνους τε κώμους.*

V. 787. *βόστρυχον ἀμπετάσας*] *ἀνασείσας τὸν πλόκαμον ὥσπερ ὁ Διόνυσος.* SCHOL. Cfr. Bacch. 150 *τρυφερὸν πλόκαμον εἰς αἰθέρα ῥίπτων.* Pompae Dionysiacae descriptionem vide apud Athen. V p. 198 E.

Ibid. *λωτοῦ κατὰ πνεύματα*] *ἡ κατὰ ἀντὶ τῆς πρός, πρὸς πνεύματα ὅ ἐστιν ἀπηχήματα τοῦ αὐλοῦ.* SCHOL. Adamat Euripides vocabulum *λωτός*, quod neque apud Aeschylum neque apud Sophoclem occurrit. — De medio *μέλπεσθαι* cfr. Androm. 1039 *στοναχὰς μέλποντο*, Tro. 554 *Διὸς κόραν ἐμελπόμαν χοροῖσι.*

V. 788. *χοροποιοί*] Libri Aa *χαροποιοί γρ. μελοποιοί*, ceteri vel *χαροποιοί* vel *χοροποιοί* habent. Eadem varietas lectionis in Hec. v. 916. Utroque loco *χοροποιός* unum verum est.

V. 790. Libri habent *Θήβας* et explicat schol. *στρατὸν Ἀργείων ἐπιπνεύσας αἵματι Θήβας τουτέστι τῷ γένει τῶν Θηβαίων.* Thebe enim, Asopi filia, Zethi uxor, Thebis nomen dedisse fertur, quam in rem comparavit Musgravius Apollod. III 5, 6 et Pind. Isthm. I 1. Similiter infra v. 795 per *Σπαρτῶν γένναν* significantur Thebani. At alius scholiasta, qui adnotat: *τὸ ἑξῆς· ἀλλὰ σὺν ὁπλοφόροις Θήβαις κτέ.*, legit *Θήβαις* nec dubium esse potest quin pro *αἵματι*, quod fortasse recordatione v. 784 positum est, nomen requiratur ad *σὺν ὁπλοφόροις* referendum. Minus probabiliter apteque coniecit Badhamus *σὺν ὁπλοφόρῳ . . ἄσματι*, Schenkelius *ἅλματι*. Euripidem scripsisse puto *σὺν ὁπλοφόροις . . σάγμασι*, quod oppositum *καλλιχόροις στεφάνοις*. Cfr. quae schol. ad v. 779 adnotat: *πάνοπλα δὲ ἀμφιβλήματα τὰ ἐνδύ-*

κῶμον ἀναυλότατον προχορεύεις.
οὐδ' ὑπὸ θυρσομανεῖ νεβρίδων μέτα δινεύεις
ἅρμασι καὶ ψαλίοις τετραβάμοσι μώνυχα πῶλον,
Ἰσμηνοῦ τ' ἐπὶ χεύμασι βαίνων
ἱππείαισι θοάζεις, Ἀργείοις ἐπιπνεύσας
σπαρτῶν γένναν,

ματα πάντα τὰ τὸν ἄνθρωπον ὁπλίζοντα. λέγει δὲ θώρακα, περικεφαλαίαν, κνημῖδας. οἱ δὲ γράφουσι τὰ σάγματα. — Mox ἀναυλότατον est 'maximopere a tibiarum laetitia abhorrentem'.

V. 792 sq. Verba corrupta. Nam ad ὑπὸ θυρσομανεῖ, quod interpretatur schol. σὺν θυρσομανεῖ Διονύσῳ, requiritur nomen ut βακχεύματι. Quod enim coniecit Musgravius οὐ πόδα θυρσομανῆ, propterea probari non potest, quod ex verbo δινεύεις pendet πῶλον. Nec numeri versus, etiamsi de Geeli coniectura δινεῖς scripseris, satisfaciunt, quia quamquam etiam v. antistr. 808 corruptus est, tamen universo carminis genere cognoscitur hexametrum, non pentametrum scripsisse poetam. Denique ψαλίοις quidem, quod praeter ψαλίων praebent scholia, cum libri ψαλίων tueantur, recte se habere videtur; sed τετραβάμοσι haud facile refertur ad ἅρμασι interposito ψαλίοις. Matthiaeus huius transpositionis nullum aliud exemplum in tragicis invenit, in epicis haec: Hom. *O* 344 τάφρῳ καὶ σκολόπεσσιν ἐνιπλήξαντες ὀρυκτῇ, Hes. O. D. 375 γυναῖκά τε βοῦν τ' ἀροτῆρα, κτητήν, οὐ γαμετήν. Nec quod de ἅρμασι τετραβάμοσι comparavit Valckenarius e Tro. v. 517 τετραβάμονος ἀπήνης, id prorsus simile est, cum ibi τετραβάμων ἀπήνη appelletur equus ab Epeo fabricatus. Recte igitur τετραβάμονα Hartungius posuit. Itaque Euripidem scripsisse puto: οὐδ' ὑπὸ θυρσομανεῖ νεβρίδων βακχεύματι δινεῖς | ἅρμασι καὶ ψαλίοις τετραβάμονα μώνυχα πῶλον i. e. 'nec bacchatio nebride cinctorum thyrsis furibunda habetur, si tu circumagis curribus et frenis equum quadrupedantem unungulum'. Cfr. Aesch. Sept. 461 ἵππους .. δινεῖ et de reliqua sententiae specie Aesch. Suppl. 934 οὔτοι δικάζει ταῦτα μαρτύρων ὕπο Ἄρης.

V. 794. ἱππείαισι θοάζεις] Recte scholiasta haec interpretatur τῇ ἱππικῇ ἐκμαίνῃ. Quia enim θοάζειν de bacchantium celeri motu dici solet, ἱππείαισι θοάζεις eadem facetia dicitur qua mox ἀσπιδοφέρμονα θίασον.

Ibid. Ἀργείοις — γένναν restitutum est ex scholio ἐπιπέμψας, παροξύνας τοὺς Θηβαίους καὶ ἐξ ἐναντίας αὐτοὺς στήσας τοῖς Ἀργείοις. ἀπὸ δὲ τοῦ ἐναντίου νῦν εἶπεν· ἐν γὰρ τοῖς ἀνωτέρω τοὺς Ἀργείους εἶπε παροξύνεσθαι κατὰ τῶν Θηβῶν. τοῦτο δέ φησιν ὡς τοῦ Ἄρεως ἑκατέρους παρορμήσαντος κατ' ἀλλήλων. Libri exhibent Ἀργείους — γέννᾳ. Quod autem verbum ἐπιπνεύσας repetitur e v. 789, id concinnitatis enuntiati magis effingendae causa poetam fecisse putandum est, non probanda suspicio aut Hermanni, qui id putidum iudicans expunctis verbis Ἀργείοις ἐπιπνεύσας et verbis χαλκῷ κοσμήσας e v. 798 adhibitis scribit κοσμήσας θιασώταν Σπαρτῶν γένναν ἀσπιδοφέρμονα χάλκεον εὔοπλον κτέ., aut Hartungi, qui eadem fere ratione κοσμήσας κατάχαλκον verbis Ἀργείοις ἐπιπνεύσας substituit.

V. 795. Σπαρτῶν γένναν· Τοὺς Θηβαίους λέγει· οἱ γὰρ περιλειφθέντες ἐκ τῶν σπαρτῶν ὀδόντων τοῦ δράκοντος τῶν ἑξῆς

ἀσπιδοφέρμονα θίασον εὔοπλον,
ἀντίπαλον κατὰ λάινα τείχεα
χαλκῷ κοσμήσας.
ἦ δεινά τις Ἔρις θεός, ἃ τάδε
μήσατο πήματα γᾶς βασιλεῦσιν,
Λαβδακίδαις πολυμόχθοις.

(ἀντ.)

ὦ ζαθέων πετάλων πολυθηρότατον νάπος, Ἀρτέμιδος χιονοτρόφον ὄμμα Κιθαιρών,
μήποτε τὸν θανάτῳ προτεθέντα, λόχευμ' Ἰοκάστας,
ὤφελες Οἰδιπόδαν θρέψαι βρέφος ἔκβολον οἴκων,
χρυσοδέτοις περόναις ἐπίσαμον·

πάντων εἰσὶ πρόγονοι. SCHOL.

V. 796. *ἀσπιδοφέρμονα θίασον*] Explicat haec Eustathius ad Iliad. IV p. 354, 16. *Τοὺς ἀσπιστάς*, inquit, *ἀσπιδοφέρμονα θίασον ἡ τραγῳδία εἶπεν* et similiter ipse Euripides in Suppl. v. 390 *Κῶμον δέχεσθαι τὸν ἐμὸν ἀσπιδηφόρον.* Scilicet iustus Bacchi *θίασος* est *θυρσοφόρος*, hic Martius *θίασος* cum sit *ἀσπιδηφόρος*, est ut ita dicam *θίασος ἀθίασος* sive *ἄθυρσος.* Itaque vel maxime videtur *θίασον* ab ipso poeta scriptum esse, ut non G. Hermanno qui cum in producta prima syllaba v. *θίασος* offendisset, haec omnia corrupta iudicavit, sed Dindorfio assentiendum sit qui eam productionem tuetur arsi dactylica, in qua *ἱερός* et alia apud epicos primam productam habeant. — *εὔοπλον* restituit Triclinius. Libri *ἔνοπλον.*

V. 797. *ἀντίπαλον*] Haec propria vox est de eo, qui sese contra hostem defendit, qua de re recte iam observavit Musgravius ad v. 801 (v. 795 ed. nostrae).

V. 798. *χαλκῷ κοσμήσας*] Haec *verba*, quae corrector metricus *codicis* Kingiani eiecit, reliqui, quod et v. antistr. 815 vitium contraxit et reliqua aequabilitas antistrophica melius restituitur de Naucki coniectura eiectis verbis v. 799 *πήματα γᾶς βασιλεῦσιν.*

V. 801. *ζαθέων πετάλων νάπος*] Cfr. Iph. T. 134 *χόρτων εὐδένδρων Εὐρώπαν*, Krueg. II 47, 8, 2.

V. 802. *Ἀρτέμιδος ὄμμα*] *ὡς καλλιστεῦον παρὰ τῇ θεῷ ὥσπερ ἐν τῷ σώματι τὸ ὄμμα. πολύθηρον γάρ ἐστι, κυνηγέτις δὲ ἡ θεός.* Cfr. Aesch. Pers. 169 *ὄμμα γὰρ δόμων νομίζω δεσπότου παρουσίαν*, Eum. 1025 *ὄμμα γὰρ πάσης χθονὸς Θησῇδος ἐξίκοιτ' ἂν εὐκλεὴς λόχος*, Catull. XXXI, 1 *Paeninsularum, Sirmio, insularumque ocelle.* — Cum *χιονοτρόφον* cfr. Hel. 1323 *χιονοθρέμμονας . . Ἰδαιᾶν νυμφᾶν σκοπιάς.*

V. 805. *χρυσοδέτοις περόναις ἐπίσαμον*] Longe a vero aberraverunt interpretes, qui aureas fibulas non ut veteres scholiastae et Eustath. ad Il. p. 650, 48 ad expositionem infantis, sed scholion recens secuti ad effossionem oculorum rettulerunt. Aequius poetam a v. 26 dissentire statuissent quam istam ei ineptiam tribuissent. Sed vide ad v. 26.

μηδὲ τὸ παρθένιον πτερόν, οὔρειον τέρας ἐλθεῖν
πένθεα γαίας,
Σφιγγὸς ἀμουσοτάταισι σὺν ᾠδαῖς,
ἅ ποτε Καδμογενῆ τετραβάμοσι χαλαῖσι
τείχεσι χριμπτομένα φέρεν αἰθέρος εἰς ἄβατον φῶς
γένναν, τὰν ὁ κατὰ χθονὸς Ἅιδας
Καδμείοις ἐπιπέμπει· δυσδαίμων δ' ἔρις ἄλλα θάλλει παίδων
Οἰδιπόδα κατὰ δώματα καὶ πόλιν.
οὐ γὰρ ὃ μὴ καλὸν οὔποτ' ἔφυ καλόν,

V. 806. *οὔρειον τέρας Σφιγγός*] De hac appellatione qui docte commentatus est ad h. l. Valckenarius, comparavit Lycophr. Cass. v. 1465 *Φίκειον τέρας* et ipsius Euripidis Iphig. Taur. v. 1247, ubi draco appellatur *Γᾶς πελώριον τέρας*.

V. 807. *πένθεα γαίας*] Hanc vocem Matth. § 431 p. 801 appositionem esse ad *τέρας* existimavit. Rectius videtur praedicative posita putari, ut sensum bene explicaverit scholiasta *εἰς πένθεα τῆς χθονός*. — De verbis *ἀμουσοτάταισι σὺν ᾠδαῖς* vide quae supra ad v. 50 commentati sumus. — Quod Nauckius scripsit *Σφίγγ' ἀπομουσοτάταισι*, eleganter illud quidem inventum, sed non necessarium videtur.

V. 808. De hoc versu vide quae ad v. 792 adnotavimus, unde apparebit non satis esse versum correctum *χαλαῖς* posito. Hesychius, ut videtur, vel ex h. l. vel ex v. 1025 *χαλαῖσιν* (sic Valckenarius correxit *χαλέσιν*)· *ὄνυξι*. — Verba *τετραβάμοσι χαλαῖσι* aptius cum *φέρεν* coniungenda esse recte monuit Valckenarius.

V. 810. *γένναν, τὰν*] Sic codex Kingi. Vulgata scriptura *ἂν* retineri potest, si auctore G. Dindorfio in H. Stephani Thesauro Gr. ling. vol. II p. 568 D statuimus *γέννα* in carmine Dorico ultima longa dici, uti in Hec. 160 *τίς ἀμύνει μοι; ποία γέννα; ποία δὲ πόλις;* et in Iph. T. 154 *οἴμοι μοι φρούδος γέννα.*

Ibid. *Ἅιδας Καδμείοις ἐπιπέμπει*] Non discrepant haec ab eis, quae Euripides auctore schol. ad v. 1031 in Antigona dixit: *παρόσον τὴν Σφίγγα ὁ Διόνυσος ἔπεμψε τοῖς Θηβαίοις, ὡς ἐν Ἀντιγόνῃ λέγει* (sic emendavit Ungerus *ὡς ἐναντίον λέγειν*). Nam verbis *Ἅιδας ἐπιπέμπει* nihil aliud quam Sphingem letiferam fuisse significatur. Ex eis autem, quae v. 1031 sq. dicuntur, comparatis cum v. 1062 sqq. efficiat quis, Martem auctorem huius mali illic perhiberi.

V. 811. *ἔρις ἄλλα* i. e. *ἄλλο κακόν, ἔρις*. Cfr. Krueg. I 50, 4, 11.

V. 814. *οὐ γάρ, ὃ μὴ καλόν, οὔποτ' ἔφυ καλόν*] Quod Valckenarius comparavit Theogn. v. 17 *Ὅττι καλόν, φίλον ἐστί· τὸ δ' οὐ καλόν, οὐ φίλον ἐστί. Τοῦτ' ἔπος ἀθανάτων ἦλθε διὰ στομάτων* et expressum hinc ab Euripide in Bacch. v. 881 *ὅ τι καλόν, φίλον ἀεί*, alienum ab hoc loco est. Hic enim id potissimum effertur, non posse id, quod a principio non honestum fuerit, honestum fieri, sed semper manere inhonestum. Itaque tantum abest, ut auctore

οὐδ᾽ οἱ μὴ νόμιμοι
παῖδες ματρὶ λόχευμα, μίασμα πατρός·
ἣ δὲ συναίμονος εἰς λέχος ἦλθεν.

(ἐπῳδ.)

ἔτεκες, ὦ γᾶ, ἔτεκές ποτε,
βάρβαρον ὡς ἀκοὰν ἐδάην ἐδάην ποτ᾽ ἐν οἴκοις,
τὰν ἀπὸ θηροτρόφου φοινικολόφοιο δράκοντος
γένναν ὀδοντοφυῆ, Θήβαις κάλλιστον ὄνειδος·
Ἁρμονίας δέ ποτ᾽ εἰς ὑμεναίους
ἤλυθον οὐρανίδαι, φόρμιγγί τε τείχεα Θήβας
τᾶς Ἀμφιονίας τε λύρας ὕπο πύργος ἀνέστα

Valckenario etiam hic altero loco *φίλον* pro *καλόν* restituendum sit, ut id ne ferri quidem posse videatur. Rectissime sententiam perspexit scholiasta: *Οὐ γάρ ποτε*, inquit, *τοῦτο καλόν ἐστιν, ὅπερ αὐτὸ τὴν ἀρχὴν ἀπὸ ῥίζης μὴ ἔφυ καλῆς. Τοῦτο δὲ διὰ τὸν Οἰδίποδα παρανόμως γήμαντα τὴν μητέρα καὶ παρανόμως παῖδας τεκόντα.* Hinc etiam apparet, quae sententia in versu sq. requiratur.

V. 815 sqq. Verba sensu cassa post varios virorum doctorum conatus optime Nauckius in ordinem redegit sic: *οὐδ᾽ εὐώδινον | παῖδες ματρὶ λόχευμα, μίασμα δὲ | πατρὸς ὁμαίμονος εἰς λέχος ἦλθον.* Restat, ut *παιδὸς* scribatur et *ἦλθεν* retineatur, ita ut haec habeamus: *οὐδ᾽ εὐώδινον παιδὸς ματρὶ λόχευμα, μίασμα δὲ πατρὸς ὁμαίμονος εἰς λέχος ἦλθεν* i. e. 'nec bene a filio peperit mater, piaculum vero (ut occisor) patris a quo satus erat torum intravit (filius)'. De *εἰς λέχος ἦλθεν* cfr. v. 1609, Hes. Theog. 912 *αὐτὰρ ὁ Δήμητρος πολυφόρβης εἰς λέχος ἦλθεν.* Hic idem significat quod *σύλλεκτρος* ut est in Herc. v. 1 *τίς τὸν Διὸς σύλλεκτρον οὐκ οἶδεν βροτῶν, Ἀργεῖον Ἀμφιτρύωνα;*

V. 818. Ut in stropha belli *mala* pacis voluptatibus opponuntur, in antistr. belli causa explicatur, sic in epodo virtutes civitatis Thebanae enarrantur quibus spes est bellum bene a Thebanis gestum iri.

V. 820. *ἀπὸ θηροτρόφου — δράκοντος*] Quod unus e scholiastis *θηρότροφον* legit idque ad *γένναν* refert, falsum est. Nam *δράκων θηρότροφος* recte dicitur *ὁ θηρσὶ τρεφόμενος*, quemadmodum alius scholiasta vocem interpretatur, estque id idoneum draconis epitheton.

V. 821. *Θήβαις κάλλιστον ὄνειδος*] De hoc dativo, quem libri ac scholiastae constanter agnoscunt, vide quae supra ad v. 17 explicavimus. Neque enim assentior Valckenario, quem cum Dindorfiis G. Hermannus secutus est, qui, quod in hoc ipso carmine bis legeretur *Θήβη* singulari numero, hoc quoque loco *Θήβας* scribendum coniecit. Nam dicitur alio modo *Θήβη*, alio *Θῆβαι*. De voce autem *κάλλιστον ὄνειδος* recte scholiasta: *κάλλιστον κλέος ταῖς Θήβαις αὐτοὺς τοὺς σπαρτούς φησι. ἔστι δὲ τὸ ὄνειδος τῶν μέσων λέξεων, ὡς τύχη καὶ ζῆλος καὶ δόλος.* Cfr. Med. 514 *καλόν γ᾽ ὄνειδος τῷ νεωστὶ νυμφίῳ.*

V. 822. *Ἁρμονίας δέ ποτ᾽*] De Harmoniae et Cadmi nuptiis vide quae nos supra ad v. 7 annotavimus et quos laudavit Barnesius ad h. l.

V. 824. Libri ABbc *πύργος ἀνέσταν*, E *πύργοι ἀνέσταν*, F

διδύμων ποταμῶν πόρον ἀμφὶ μέσον,
Δίρκας, χλοεροτρόφον ἃ πεδίον
πρόπαρ Ἰσμηνοῦ καταδεύει·
Ἰώ θ' ἁ κερόεσσα προμάτωρ
Καδμείων βασιλῆας ἐγείνατο,
μυριάδας δ' ἀγαθῶν ἑτέρας ἑτέ-
ροις μεταμειβομένα πόλις ἅδ' ἐπ' ἄ-
κροις ἕστακεν Ἀρή-
οις στεφάνοισιν.

πύργος ἀνέστα. Fortasse πύργοι ἀνέσταν id est quod Euripides scripsit. De forma ἕσταν cfr. infra v. 1246, Krueg. II 36, 1, 5.

V. 825 sq. διδύμων ποταμῶν πόρον ἀμφὶ μέσον Δίρκας] Haec verba rectius fecerunt veteres interpretes quod coniungenda pronuntiarunt, quam Barnesius et Valckenarius, qui πύργος διδύμων ποταμῶν conectenda esse putarunt, quia dicerentur Thebae πόλις διπόταμος. Sed quemadmodum illud ipsum: διδύμων ποταμῶν πόρον ἀμφὶ μέσον intellegendum sit, quaeritur. Ac scholiastarum quidem alii ita enuclearunt rem, ut dicerent a Dircaeo fonte duos fluvios emanasse, quorum alter Dircae nomen retineret, alter Ismenus appellatus esset, quorum fidem secutus est Ungerus in Paradoxis Theb. Vol. I p. 138 sqq., ita tamen, ut v. 827 πρόπαρ Ἰσμηνίον per synizesin pro πρόπαρ Ἰσμηνοῦ scribendum duceret, collem Ismenium dici ratus. A quo summo, ut opinor, iure dissensit G. Hermannus. Neque enim synizesin istam ferri posse, neque usquam a quoquam tradi Dircen fluvium et Ismenum ex uno eodemque fonte provenisse. Ipse igitur Hermannus alium scholiastam sequitur, qui haec ita interpretatur: Περὶ τὸν μέσον πόρον τῶν διδύμων ποταμῶν τῆς Δίρκης, ἥτις σχιζομένη δύο ἀποτελεῖ ποταμούς, οὓς καὶ Διδύμους ἐκάλεσαν, ἐπεὶ ἐξ ἑνὸς οἱ δύο ἀποτελοῦνται. At apparet ea huius loci explicandi causa inventa esse certumque est, recte contendere alium scholiastam: οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ δύο ποταμοί, ἥ τε Δίρκη καὶ ὁ Ἰσμηνός. Statuendum igitur, ad διδύμων ποταμῶν primo poetam apponere voluisse Δίρκας, ἃ χλ. πεδίον καταδεύει, καὶ Ἰσμηνοῦ, cum autem verbis πρόπαρ Ἰσμηνοῦ iam alterum nomen occupatum esset, illa καὶ Ἰσμηνοῦ omisisse. C. Schenkelius coniecit Δίρκα χλ. ἃ πεδίον.

V. 828. Ἰώ θ', ἁ κερόεσσα προμάτωρ] Vide quae ad v. 247 sqq. et 678 annotavimus.

V. 829. βασιλῆας] De forma nominis conf. Krueg. II 18, 4, 8.

V. 830. ἑτέρας ἑτέροις libri AF, ceteri veteres ἑτέροις ἑτέρας, recentiores ἑτέρας ἑτέραις vel ἑτέραις ἑτέρας. Sensus quem recte scholiasta indicat: μυρία ἀνδραγαθήματα καὶ νίκας συνάπτουσα, hic est: 'innumeras virtutes alias ex aliis deinceps acquirens'. Cfr. Herc. 795 χαλκασπίδων λόχος, ὃς γᾶν τέκνων τέκνοις μεταμείβει.

V. 831 sqq. πόλις ἅδ' ἐπ' ἄκροις ἕστακεν Ἀρήοις στεφάνοισιν] Pertinet hoc ad pristinam civitatis Thebanae felicitatem, qua incolumis bello stetit, Martiis coronis ornata, ut Musgravius aperte erraverit, qui, στεφάναισι coniectans, id ad summa belli pericula, in quibus nunc versentur Thebani, rettulit.

V. 832. ἕστακεν Ἀρήοις] Sic scripsit G. Hermannus. Libri ἕστακ' ἀρηίοις. Ἀρήοις iam scripserat Brunckius, Ἄρεως Porsonus, quem secutus est Dindorfius.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

ἡγοῦ πάροιθε, θύγατερ· ὡς τυφλῷ ποδὶ
ὀφθαλμὸς εἶ σύ, ναυβάταισιν ἄστρον ὥς·
δεῦρ' εἰς τὸ λευρὸν πέδον ἴχνος τιθεῖσ' ἐμόν,
πρόβαινε, μὴ σφαλῶμεν· ἀσθενὴς πατήρ·
κλήρους τέ μοι φύλασσε παρθένῳ χερί,
οὓς ἔλαβον οἰωνίσματ' ὀρνίθων μαθὼν
θάκοισιν ἐν ἱεροῖσιν, οὗ μαντεύομαι.
τέκνον Μενοικεῦ, παῖ Κρέοντος, εἰπέ μοι
πόση τις ἡ 'πίλοιπος ἄστεως ὁδὸς

V. 834. *ἡγοῦ πάροιθε, θύγατερ*] *Ἰστεον, ὅτι Σοφοκλῆς ἐν τῷ τῆς Ἀντιγόνης δράματι υἱὸν* (immo puerum aliquem qui sane *παῖς* appellatur Ant. 1012. 1087. O. T. 444) *εἶναι λέγει τὸν χειραγωγοῦντα τὸν Τειρεσίαν· ἐνταῦθα δὲ Εὐριπίδης θυγατέρα, ἥτις Μαντὼ ἐκαλεῖτο.* SCHOL. Euripidem sequuntur Seneca in Oed. v. 290 *Tiresias tremulo tardus accelerat genu Comesque Manto luce viduatum trahens* et Statius in Theb. X 597 sqq., ubi illa *patrias illuminare umbras* dicitur. Mox verba *τυφλῷ ποδί* recte explicat scholiasta: *τῷ μὴ ὑπὸ τῶν οἰκείων ὀφθαλμῶν ὁδηγουμένῳ.* Cfr. infra v. 1540 et v. 1616 et Hec. v. 1050 cum annot. Pflugkiana. De sententia cfr. etiam quae dicit Tiresias Soph. Ant. 988 sq. *ἥκομεν κοινὴν ὁδὸν δύ' ἐξ ἑνὸς βλέποντε.*

V. 836. *δεῦρ' εἰς τὸ λευρὸν πέδον*] Scilicet caecus senex praetemptat iter.

V. 838. *κλήρους τέ μοι φύλασσε*] Eustath. ad Iliad. III p. 317, 52 *Εὐριπίδης ἐν Φοινίσσαις καὶ μαντικάς τινας ψήφους κλήρους καλεῖ, ἅς, φασί, δέλτοις παρεσημειοῦντο ἔν τε ταῖς πτήσεσιν ὀρνίθων καὶ λοιποῖς*, quocum Eustathii loco composuit Valckenarius Pindari Pyth. IV v. 338 sq. (v. 189 sq. ed. Boeckh.): *Καί ῥά οἱ μάντις ὀρνίχεσσι καὶ κλάροισι θεοπροπέων ἱεροῖς Μόψος ἄμβασε στρατὸν πρόφρων.* Ista autem signa, qualia Tiresias e notatione volatus avium accepit, similiter ut a Graecis *κλῆροι*, a Latinis 'sortes' dicuntur. Non autem haec pertinent ad propriam ac singularem per sortes divinationem, quae *κληρομαντεία* Graece dicitur, qua de arte explicavit M. Tullius de divin. II 41 sq.

V. 839. *οἰωνίσματ' ὀρνίθων*] Haec verba non magis pleonasmum in se continent, quam si Latine dicas: 'auguria avium'. Cum enim potissimum ex observatione avium auguria caperent, factum est, ut utrumque verbum etiam tum, cum res latius pateret, in utroque sermone usurparetur.

V. 840. *θάκοισιν ἐν ἱεροῖσιν*] Teste Pausania lib. IX 16, 1 dicebatur *οἰωνοσκοπεῖον Τειρεσίου* haec sedes, ubi Tiresias aves observitare solebat. Erat autem is locus secundum Ammonis templum, haud procul a Fortunae aede. Cfr. Soph. Ant. 999 *παλαιὸν θᾶκον ὀρνιθοσκόπον*, Eur. Bacch. 347 *ἐλθὼν δὲ θάκους τοῦδ' ἵν' οἰωνοσκοπεῖ.*

V. 841. *τέκνον Μενοικεῦ*] Menoeceus, Creontis filius, ut futurum praedixerat supra v. 769 sq. Eteocles, nunc Tiresiam in scenam prodeuntem comitabatur, quem *τέκνον* a Tiresia propter aetatem appellari iam scholiasta recte enucleavit: *Τέκνον Μενοικεῦ*, inquit, *ἀντὶ τοῦ τέκνον ἐμὸν καθ' ἡλικίαν.*

V. 842. *πόση τις*] *Τὶς* ad interrogationem eam significationem affert, quam nos non possumus reddere nisi per adverbia-

πρὸς πατέρα τὸν σόν· ὡς ἐμὸν κάμνει γόνυ,
πυκνὴν δὲ βαίνων ἤλυσιν μόλις περῶ.
ΚΡ. θάρσει· πέλας γάρ, Τειρεσία, φίλοισι σοῖς
ἐξώρμισαι σὸν πόδα· λαβοῦ δ' αὐτοῦ, τέκνον·
ὡς πᾶσ' ἀπήνη πούς τε πρεσβύτου φιλεῖ
χειρὸς θυραίας ἀναμένειν κουφίσματα.
ΤΕΙ. εἶεν, πάρεσμεν· τί με καλεῖς σπουδῇ, Κρέον;
ΚΡ. οὔπω λελήσμεθ'· ἀλλὰ σύλλεξαι σθένος
καὶ πνεῦμ' ἄθροισον, αἶπος ἐκβαλὼν ὁδοῦ.
ΤΕΙ. κόπῳ παρεῖμαι γοῦν Ἐρεχθειδῶν ἄπο

lem notionem, quasi dicas: Wie weit ist's etwa etc., vel quid eiusmodi; conf. Heracl. v. 668 *πόσον τι πλῆθος συμμάχων πάρεστ' ἔχων*; et quae ad eum locum affert Pflugkius.

Ibid. *ἄστεως ὁδός*] I. e. via per urbem in arcem Cadmeam.

V. 846. *ἐξώρμισαι σὸν πόδα*] Nihil impedit, quominus reddamus: 'Promovisti pedem, o Tiresia, prope amicos tuos'. Aeschylus in Choeph. v. 676 *δεῦρ' ἀπεζύγην πόδα*. VALCKEN. Admodum dubia est lectio: *ἐξώρμισαι* liber L praebet, AF habent *ἐξορμίσαι*, Bb *ἐξόρμισαι*. Nauckius conicit *φίλοισιν εἶ ἰσορμίσαι*. Ea quae sequuntur *ὡς πᾶσ' ἀπήνη . . κουφίσματα* quid velint magis perspicitur, si scripsit Euripides *πέλας . . φίλοισιν ὢν ἐκφόρτισαι* (vel *ἐξέρμασαι*) *σὸν πόδα* i. e. 'exonera pedem tuum (sedendo)'.

V. 847 sq. *ὡς πᾶσ' ἀπήνη*] Plerique editores haec corrupta iudicaverunt et post Piersonum et Iacobsium, quorum ille *ὡς παῖς τιθήνης*, hic *ὡς παῖς ἄνηβος* coniecit, Hermannus scripsit *ὡς παῖς ἔτ' ἀπτήν* cl. Hom. Il. IX 323. Sed videntur omnia integra, sententia autem arcessita illa quidem, sed ab Euripidis ingenio non aliena haec esse: 'nam ut quodvis vehiculum non sua sponte, sed per alium exoneratur, sic pes senis si sedendo levari vult manus alienae adminiculum exspectat'.

V. 850. *οὔπω λελήσμεθ'*] Memoria teneo, neque interea, dum tu te colligas, obliviscar.

V. 851. *καὶ πνεῦμ' ἄθροισον*] Haec recte Valckenarius verbis Terenti ex Adelphis III 2, 26 interpretatus est: *Animam recipe,* comparans etiam Herc. v. 626 *σύλλογον ψυχῆς λαβέ*.

Ibid. *αἶπος ἐκβαλὼν ὁδοῦ*] *αἶπος* A habet, ceteri *ἄπος* vel *κᾶπος*. Schol. adnotat: *κᾶπος*: *νῦν τὸν κάματον ἢ τὸ ἐκ τῆς ὁδοῦ ἆσθμα γινόμενον. ἄλλοι δὲ ἄπος* (*αἶπος* correxit Valcken.) *τὸ ὕψος, νῦν δὲ καταχρηστικῶς τὸ μῆκος ὡς καὶ 'αἰπὺς ὄλεθρος'*. Cfr. Hesych. *αἶπος· κάματος ἢ ὑψηλὸς τόπος ἢ ὑλώδης* (quae confusa sunt ex glossis vocabulorum *αἶπος* et *νάπος*). De *αἶπος* significante *δυσχέρειαν* comparavit Hermannus Alc. 500 *σκληρὸς γὰρ ἀεὶ καὶ πρὸς αἶπος ἔρχεται*. Verum cum notio arduitatis huic loco parum conveniat, magna probabilitate Heimsoethius *ἶπος* conicit huic vocabulo, quod gen. masc. vel fem. esse solet, vindicans quod habet Eustathius p. 381, 19 *Εὐριπίδης δὲ ἄπος* (sic) *οὐδετέρως τὸν κάματον ἔφη καὶ ἐπεζάρει Σφὶγξ ἀντὶ τοῦ ἐπεβάρει* comparansque Hesych. *εἶπος· πᾶν βάρος*, Aesch. Prom. 365 *ἰπούμενος ῥίζαισιν Αἰτναίαις ὕπο*, ubi schol. *ἰπούμενος ἀντὶ τοῦ βαρυνόμενος*.

V. 852. *κόπῳ παρεῖμαι γοῦν*] Hoc est: 'Labore quidem certe confectus sum', quae sententia ad h. l. maxime idonea est. Et

δεῦρ' ἐκκομισθεὶς τῆς πάροιθεν ἡμέρας·
κἀκεῖ γὰρ ἦν τις πόλεμος Εὐμόλπου δορός,
οὗ καλλινίκους Κεκροπίδας ἔθηκ' ἐγώ·
καὶ τόνδε χρυσοῦν στέφανον, ὡς ὁρᾷς, ἔχω
λαβὼν ἀπαρχὰς πολεμίων σκυλευμάτων.
ΚΡ. *οἰωνὸν ἐθέμην καλλίνικα σὰ στέφη·*
ἐν γὰρ κλύδωνι κείμεθ', ὥσπερ οἶσθα σύ,
δορὸς Δαναϊδῶν, καὶ μέγας Θήβαις ἀγών.
βασιλεὺς μὲν οὖν βέβηκε κοσμηθεὶς ὅπλοις
ἤδη πρὸς ἀλκὴν Ἐτεοκλῆς Μυκηνίδα·

formulam quidem *κόπῳ παρεῖμαι* recte iam explicavit scholiasta: *ὑπὸ τοῦ κόπου παραλέλυμαι*, in quam rem comparavit Valckenarius dictiones *καμάτῳ, γήρᾳ, νόσῳ παρειμένος* et Euripidis Bacch. v. 635 sq. *Κόπου δ' ὕπο, Διαμεθεὶς ξίφος, παρεῖται*, de *γοῦν* autem particula in responsione vide quae ipsi explicavimus ad Devarium Vol. II p. 352 sq.

V. 853. *ἐκκομισθεὶς*] Studii et exantlati laboris significationem iure agnovit in his compositis Abreschius ad Aeschylum p. 209 (p. 112 sq. ed. Hal.). — *τῆς πάροιθεν ἡμέρας*] Vide Krueg. I 47, 2, 4.

V. 854. *κἀκεῖ γὰρ ἦν τις πόλεμος κτέ.*] *Ἐπίτηδες πρὸς ἔπαινον τῶν Ἀθηναίων ἀνακεχρόνισται, τέσσαρσι γενεαῖς προύχοντος τοῦ Θηβαϊκοῦ πολέμου.* SCHOL. Cfr. Agatharchidem ap. Phot. p. 1332 et Ios. Scaliger. in Animadv. in Euseb. p. 41 A et Chr. G. Heynium ad Apollod. III 15, 4. De bello Eleusiniorum autem vide interpp. ad Thucyd. II, 15. Isocrat. Panegyr. c. 19. Lycurg. in Leocr. c. 24. Pausan. I 38, 3. Apollod. III 15, 4.

V. 855. *οὗ καλλινίκους Κεκροπίδας ἔθηκ' ἐγώ*] De genetivo vide Medeae v. 765 *νῦν καλλίνικοι τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν — γενησόμεσθα* et infra v. 1049 *καλλίνικος ὢν αἰνιγμάτων.*

V. 856 sqq. Utitur toto hoc loco scriptor Alcib. II, qui Platoni adscribitur, p. 151 B in hunc modum: *Ὥσπερ δὲ καὶ ὁ Κρέων Εὐριπίδῃ πεποίηται τὸν Τειρεσίαν ἰδὼν ἔχοντα τὰ στέφη καὶ ἀκούσας ἀπὸ τῶν πολεμίων ἀπαρχὰς αὐτὸν εἰληφέναι διὰ τὴν τέχνην· ‘Οἰωνὸν ἐθέμην, φησί, καλλίνικα σὰ στέφη· ἐν γὰρ κλύδωνι κείμεθ', ὥσπερ οἶσθα σύ’, οὕτω δὲ κἀγὼ παρὰ σοῦ τὴν δόξαν ταύτην οἰωνὸν τίθεμαι. δοκῶ δέ μοι οὐκ ἐν ἐλάττονι κλύδωνι τοῦ Κρέοντος εἶναι, καὶ βουλοίμην ἂν καλλίνικος γενέσθαι τῶν σῶν ἐραστῶν.*

V. 858. *οἰωνὸν ἐθέμην*] De aoristi usu in his formulis, ubi praesens tempus exspectes, vide Hermann. ad Viger. p. 746, 162 et Krueg. II 53, 6, 2. De ipsa autem formula hoc tenendum est, *οἰωνόν* in his locis per se neque in bonam partem neque in malam dici, sed pro sententiae ratione modo hanc, modo illam efficere sententiam. Nam quod hic pro natura loci in bonam partem dicitur, contra in malam accipiendum est in Ione v. 1190 sq. *ὃ δ', ὡς ἐν ἱερῷ μάντεσίν τ' ἐσθλοῖς τραφείς, Οἰωνὸν ἔθετο κἀκέλευσ' ἄλλον νέον Κρατῆρα πληροῦν.* Ac saepe etiam ut Latine ‘accipere omen’, sic Graece *δέχεσθαι τὸν ὄρνιν* dictum est, veluti in Aristoph. Plut. 63. Vide Abresch. ad Aesch. Agam. v. 1662 p. 209 ed. Hal. Wyttenb. Epist. crit. p. 155.

V. 859. *ἐν γὰρ κλύδωνι*] Cfr. Sophoclis Oed. reg. v. 1527 *εἰς ὅσον κλύδωνα δεινῆς συμφορᾶς ἐλήλυθεν* et Aeschyl. Sept. 795,

ἐμοὶ δ' ἐπέσταλκ' ἐκμαθεῖν σέθεν πάρα,
τί δρῶντες ἂν μάλιστα σώσαιμεν πόλιν.
ΤΕΙ. Ἐτεοκλέους μὲν εἵνεκ' ἂν κλῄσας στόμα
χρησμοὺς ἐπέσχον· σοὶ δ', ἐπεὶ χρῄζεις μαθεῖν,
λέξω. νοσεῖ γὰρ ἥδε γῆ πάλαι, Κρέον,
ἐξ οὗ 'τεκνώθη Λάιος βίᾳ θεῶν
πόσιν τ' ἔφυσε μητρὶ μέλεον Οἰδίπουν·
αἵ θ' αἱματωποὶ δεργμάτων διαφθοραὶ
θεῶν σόφισμα κἀπίδειξις Ἑλλάδι.
ἃ συγκαλύψαι παῖδες Οἰδίπου χρόνῳ
χρῄζοντες, ὡς δὴ θεοὺς ὑπεκδραμούμενοι,
ἥμαρτον ἀμαθῶς· οὔτε γὰρ γέρα πατρὶ
οὔτ' ἔξοδον διδόντες ἄνδρα δυστυχῆ
ἐξηγρίωσαν· ἐκ δ' ἔπνευσ' αὐτοῖς ἀρὰς

ubi *κλυδώνιον* similiter dicitur, usitata satis translatione.

V. 865. *Ἐτεοκλέους μὲν εἵνεκ'*] Causam huius invidiae explicavit ipse Eteocles supra v. 772. Propter simile argumentum conferri iubet Barnesius Elisaei vatis in ll. Regum c. 3 v. 14 exemplum.

V. 868. *ἐξ οὗ 'τεκνώθη Λάϊος*] Respexit ad h. l. procul dubio Hesychius: *ἐτεκνώθη· τέκνον ἔσχε*. Ad verbum: 'liberis praeditus est'. Cfr. Suppl. v. 1087 *ἐγὼ γὰρ ἄλλους εἰσορῶν τεκνουμένους κτέ.* et quae nos de vera huius verbi significatione explicavimus ad Herc. v. 7.

V. 869. Recte videtur inter hunc et proximum v. lacunam statuere Kirchhoffius.

V. 870. *αἵ θ' αἱματωποὶ δεργμάτων διαφθοραί*] In eadem causa *τὰς αἱματηρὰς ὀμμάτων διαφθορὰς* dixit Sophocles in Oed. Col. v. 552.

V. 871. *θεῶν σόφισμα*] Si verum vim verbi spectamus, nihil significat aliud nisi quod nos dicamus: eine Witzigung durch die Götter, quod etiam apud nos punitionem in se continet, ac ne quis de ea verbi significatione dubitaret, explicavit poeta rem accuratius eis quae sequuntur verbis: *κἀπίδειξις Ἑλλάδι*, in quam rem recte Valckenarius comparavit Senecam Phoen. v. 320 *Exemplum in ingens regia Stirpe edite.* Bene tamen Herwerdenus excogitavit *θεῶν σωφρόνισμα*.

V. 872. *ἃ συγκαλύψαι παῖδας Οἰδίπου χρόνῳ*] 'Wakefield. Silv. cr. I p. 30 et Nodell. in Ep. cr. ad Heyn. p. 160 coni. *σκότῳ*. *Χρόνῳ συγκρύπτουσι τύχην*, qui id agunt, *ἵν' ἀμνήμων τύχη γένοιτο*, ut loquitur supra v. 64'. A. MATTHIAE.

V. 873. *ὡς δὴ θεοὺς ὑπεκδραμούμενοι*] 'Quasi sic deos, id est consilia deorum vitare possent.' Cfr. Hes. O. D. 105 *οὕτως οὔτι πῃ ἔστι Διὸς νόον ἐξαλέασθαι*, Hom. ε 103 *ἀλλὰ μάλ' οὔπως ἔστι Διὸς νόον αἰγιόχοιο οὔτε παρεξελθεῖν ἄλλον θεὸν οὔθ' ἁλιῶσαι*, Aesch. Prom. 906 *τὰν Διὸς γὰρ οὐχ ὁρῶ μῆτιν ὅπα φύγοιμ' ἄν*.

V. 874 sqq. *οὔτε γὰρ γέρα πατρὶ κτέ.*] Cfr. Proleg. Soph. Oed. R. rec. Wunder. ed. quint. p. 7. Videtur haec Accius in Phoenissis suis amplificata habuisse, si modo huc referendum fragm. IX: *incusant ultro, a fortuna opibusque omnibus desertum abiectum afflictum exanimum expectorant.*

δεινὰς νοσῶν τε καὶ πρὸς ἠτιμασμένος.
ἁγὼ τί οὐ δρῶν, ποῖα δ' οὐ λέγων ἔπη
* * * * * *
εἰς ἔχθος ἦλθον παισὶ τοῖσιν Οἰδίπου.
ἐγγὺς δὲ θάνατος αὐτόχειρ αὐτοῖς, Κρέον·
πολλοὶ δὲ νεκροὶ περὶ νεκροῖς πεπτωκότες
Ἀργεῖα καὶ Καδμεῖα μίξαντες βέλη
πικροὺς γόους δώσουσι Θηβαίᾳ χθονί.
σύ τ' ὦ τάλαινα συγκατασκάπτει πόλι,
εἰ μὴ λόγοις τις τοῖς ἐμοῖσι πείσεται·
ἐκεῖνο μὲν γὰρ πρῶτον ἦν, τῶν Οἰδίπου
μηδένα πολίτην μηδ' ἄνακτ' εἶναι χθονός,
ὡς δαιμονῶντας κἀνατρέψοντας πόλιν.

V. 878. *τί οὐ δρῶν, ποῖα*] Sic recentiores aliquot libri exhibent, veteres *τί δρῶν, ὁποῖα.* Ex scholio *ἁγὼ τί οὐ δρῶν: γρ. δὲ καὶ 'ἐγὼ τί μὴ δρῶν, ποῖα δ' οὐ λέγων ἔπη'* cognoscitur, pristinam lectionem fuisse eam quam recepimus, quae cum hiatu offenderet, alii aliter eam corrigebant frustra; nam neque *τί δρῶν, ὁποῖα* neque *τί μὴ δρῶν, ποῖα* Graeca oratio est; quae autem lectio in cod. Harleiano reperitur *τί δρῶν οὐ, ποῖα* caret iusta verborum collocatione. Itaque cum etiam Porsoni emendatio *τίν' οὐ δρῶν* pluralem insolentem habeat, defendi debet ille hiatus et necessitate et eis locis quibus *τί οὖν* optimi libri tuentur Hec. 820, Aesch. Sept. 208, 704, Pers. 782, Eum. 902, Suppl. 305, Soph. Phil. 100, Ai. 873. — Post hunc versum aliquid intercidisse vidit Kirchhoffius. Tiresias dicere debet: 'ea dictis factisque omnibus prohibere conatus sum; sed nihil aliud effeci quam ut filiis Oedipi odiosus fierem'.

V. 881. *νεκροὶ περὶ νεκροῖς πεπτωκότες*] Valckenarius comparavit Soph. Ai. v. 828 *πεπτῶτα τῷδε περὶ νεορράντῳ ξίφει* et Antig. v. 1240 *κεῖται δὲ νεκρὸς περὶ νεκρῷ.* Quint. Smyrn. *X 168 περὶ κάππεσον ἀλλήλοισιν.* Eadem in vocabulo *νεκρός* variatio mensurae occurrit in Ant. v. modo allato.

V. 884. Ne quis *συγκατασκάψει* sensu passivo corrigat: *συγκατασκάπτει* praesens quod dicitur propheticum est. Nam vati id quod futurum est ut praesens ob oculos versatur. Cfr. Aesch. Ag. 126 *χρόνῳ μὲν ἀγρεῖ Πριάμου πόλιν ἅδε κέλευθος*, quae sunt verba Calchantis.

V. 885. *εἰ μὴ λόγοις τις τοῖς ἐμοῖσι πείσεται*] Sic correxit Porsonus lectionem librorum minus numerosam *εἰ μὴ λόγοισι τοῖς ἐμοῖς τις πείσεται.* — Vim pronominis *τις* agnovit scholiasta: *τίς· ὁ Κρέων. οὐκ ἠβούλετο δὲ εἰπεῖν τοὔνομα, ἵνα μὴ τοῦτον παρόντα λυπήσῃ.*

V. 886. *ἐκεῖνο μὲν γὰρ πρῶτον ἦν*] Recte hoc scholiastae explicant: *ἐκεῖνο μὲν γὰρ ἦν πρῶτον τῇ πόλει ἴαμα.* Sed mox dicit alio iam remedio opus esse, si servare civitatem velit. Non videtur necessaria esse coniectura vel Heimsoethi *ἴαμα μὲν γὰρ πρῶτον ἦν* vel Naucki *ἐκεῖνο μὲν γὰρ ἦν ἄκος.*

V. 888. *δαιμονῶντας*] De numero plurali verbi cum *μηδένα* coniuncto vide quae Pflugkius ad Herc. 79 annotavit.

ἐπεὶ δὲ κρεῖσσον τὸ κακόν ἐστι τἀγαθοῦ,
μί' ἔστιν ἄλλη μηχανὴ σωτηρίας.
ἀλλ' οὐ γὰρ εἰπεῖν οὔτ' ἐμοὶ τόδ' ἀσφαλὲς
πικρόν τε τοῖσι τὴν τύχην κεκτημένοις
πόλει παρασχεῖν φάρμακον σωτηρίας,
ἄπειμι, χαίρεθ'· εἷς γὰρ ὢν πολλῶν μέτα
τὸ μέλλον, εἰ χρή, πείσομαι· τί γὰρ πάθω;
ΚΡ. ἐπίσχες αὐτοῦ, πρέσβυ. ΤΕΙ. μὴ 'πιλαμβάνου.
ΚΡ. μεῖνον, τί φεύγεις; ΤΕΙ. ἡ τύχη σ', ἀλλ' οὐκ ἐγώ.
ΚΡ. φράσον πολίταις καὶ πόλει σωτηρίαν.
ΤΕΙ. βούλει σὺ μέντοι κοὐχὶ βουλήσει τάχα.
ΚΡ. καὶ πῶς πατρῴαν γαῖαν οὐ σῶσαι θέλω;
ΤΕΙ. θέλεις ἀκοῦσαι δῆτα καὶ σπουδὴν ἔχεις;
ΚΡ. εἰς γὰρ τί μᾶλλον δεῖ προθυμίαν ἔχειν;

V. 889. ἐπεὶ δὲ κρεῖσσον τὸ κακόν ἐστι τἀγαθοῦ] Similiter Sophocl. in Philoct. v. 456 Ὅπου δ' ὁ χείρων τἀγαθοῦ μεῖζον σθένει. Ambo communem fontem Homerum habent *Α* 576 ἐπεὶ τὰ χερείονα νικᾷ, ad quem locum vide Eustathium p. 117, 1 nostri loci non immemorem.

V. 892. τοῖσι τὴν τύχην κεκτημένοις] 'Penes quos fortuna est' i. e. 'qui potestatem habent salutis publicae'.

V. 894. Hic totus locus vehementer in memorian vocat Soph. O. R. v. 316 sqq.

V. 894 sq. εἷς γὰρ ὢν πολλῶν μέτα τὸ μέλλον, εἰ χρή, πείσομαι] Similiter Aeschylus Sept. v. 263 Σιγῶ· σὺν ἄλλοις πείσομαι τὸ μόρσιμον. Valckenarius autem sine idonea causa ἢ χρή pro εἰ χρή restitui voluit in his verbis. Nam recte sic dicitur: 'si opus est, si quidem fors ita feret'. Non autem ea dubitatio eo pertinet, utrum Creon filium morti oblaturus esset necne, qua in opinione A. Matthiaeum video fuisse.

V. 895. τί γὰρ πάθω;] De hac formula vide Pflugk. ad Eurip. Hec. v. 614.

V. 896. ἐπίσχες αὐτοῦ, πρέσβυ] Ἐπίσχες αὐτοῦ est 'mane istic', i. e. '*mane in eo quo es loco*'. Sic recte schol. ἤγουν ἔνθα ἵστασαι. Sic Accius apud M. Tullium Disp. Tusc. III 12, 26 dixit *illico istic*, ad quem locum vide explicationem nostram p. 297.

V. 897. μεῖνον, τί φεύγεις;] Haec formula ipsa vi sua saepius habetur apud Graecos poetas, veluti in Euripidis Helena v. 548, ubi totidem literis dicitur: μεῖνον, τί φεύγεις; Hinc facile intellegitur, quam falsa sit Valckenari ratio, qui e quattuor libris h. l. interpolatis rescripsit: μεῖνον, τί φεύγεις μ'; Nam μὲ pronomen ab iis adiectum esse apparet, qui sequentem orationem Tiresiae respicerent. Non est autem priore loco necessarium pronomen, quia in Tiresiae demum mente et oratione nascitur ista oppositio, et is omnino fugiendi notionem arripit, ut istam oppositionem inferat.

V. 899. βούλει σὺ μέντοι, κοὐχὶ βουλήσει τάχα] Θέλεις, φησί, νῦν ἀκοῦσαι, ταχέως δὲ βουλήσῃ μὴ ἀκηκοέναι τὸ μέλλον σοὶ γενήσεσθαι. SCHOL.

V. 900. Hoc θέλω quod θέλεις excipit, molestum est. Itaque cum etiam alibi ut Or. 747 varient libri inter θέλω et ποθῶ, hoc loco scribendum videtur ποθῶ.

ΤΕΙ. κλύοις ἂν ἤδη τῶν ἐμῶν θεσπισμάτων.
πρῶτον δ' ἐκεῖνο βούλομαι σαφῶς μαθεῖν,
ποῦ 'στιν Μενοικεύς, ὅς με δεῦρ' ἐπήγαγεν;
ΚΡ. ὅδ' οὐ μακρὰν ἄπεστι, πλησίον δέ σου.
ΤΕΙ. ἀπελθέτω νυν θεσφάτων ἐμῶν ἑκάς.
ΚΡ. ἐμὸς πεφυκὼς παῖς ἃ δεῖ σιγήσεται.
ΤΕΙ. βούλει παρόντος δῆτά σοι τούτου φράσω;
ΚΡ. κλύων γὰρ ἂν τέρποιτο τῆς σωτηρίας.
ΤΕΙ. ἄκουε δή νυν θεσφάτων ἐμῶν ὁδόν,
[ἃ δρῶντες ἂν μάλιστα σώσαιμεν πόλιν.]
σφάξαι Μενοικέα τόνδε δεῖ σ' ὑπὲρ πάτρας
σὸν παῖδ', ἐπειδὴ τὴν τύχην αὐτὸς καλεῖς.
ΚΡ. τί φής; τίν' εἶπας τόνδε μῦθον, ὦ γέρον;
ΤΕΙ. ἅπερ πέφηνε, ταῦτα κἀνάγκη σ' ὁρᾶν.

V. 905. *ὅς με δεῦρ' ἐπήγαγεν*] Supra v. 770 dixerat Eteocles se huc missurum esse Menoeceum, Creontis filium, Tiresiam vatem adducentem. Is igitur una cum Tiresia in scenam prodiit (vide v. 841 sq.) et sic ipse quoque illum, cuius manum ducebat Manto filia, adduxerat. Hinc apparet, quo iure receperit G. Hermannus errorem codd. F b L *ἀπήγαγεν*.

V. 909. *βούλει φράσω;*] Cfr. *βούλει τράπωμαι;* v. 722.

V. 910. Schol. *ἐὰν γὰρ ἀκούσῃ τὴν σωτηρίαν τῆς πόλεως, τερφθῆναι ἔχει.* De constructione *κλύειν τινός* cfr. Soph. O. C. 307 *κλύων σοῦ*, Ant. 1182 *κλύουσα παιδός*, Lys. XIII § 3 *τῶν πραγμάτων ἁπάντων ἀκοῦσαι.* Sed nescio an, cum ad *κλύων* ex eis quae praecedunt melius subaudiatur *τὰ θέσφατα*, poeta scripserit *τέρποιτο τῇ σωτηρίᾳ* atque his tragicam quae dicitur ironiam subesse voluerit. Nam constructionem *τέρποιτο τῆς σωτηρίας* nemo defenderit eis quae habet Krueg. II 47, 15, 1.

V. 911. Ad formulam *θεσφάτων ἐμῶν ὁδόν* assimilavit Valckenarius Aristoph. Equit. v. 1015 *Φράζευ, Ἐρεχθεΐδη, λογίων ὁδόν* cum annot. L. Kusteri.

V. 912 delevit Kirchhoffius ut ex v. 864 illatum. Exhibet autem liber A *ἃ δρῶντες ἂν μάλιστα σώσαιμεν πόλιν Καδμείων*, ut origo manifesta sit, in ceteris libris forma huic loco apta restituta est: *ἃ δρῶντες ἂν σώσαιτε Καδμείων πόλιν.*

V. 913. Postquam Creon postulaverat a Tiresia, ut quod saluti esset patriae sibi traderet, etiam praesente filio, iam aperte omnia eloquitur vates neque iam ullo modo veretur personam principis.

V. 915. *Γράφεται καὶ οὕτως· Τί φής; ἐμὸν παῖδ' ἕνεκα γῆς σφάξαι θέλεις;* SCHOL. Quae varietas lectionis, forsitan profecta ab histrionibus, mihi deterior recepta scriptura esse videtur, quod pii patris erat ita horrere istam vocem, ut primum ne eloqui quidem vellet.

V. 916. *ἅπερ πέφηνε . . σ' ὁρᾶν*] Sic scripsi partim de Camperi (*πέφηνε*), partim de mea coniectura (*σ' ὁρᾶν*). Libri exhibent *ἅπερ πέφυκε, ταῦτα κἀνάγκη σε δρᾶν*, quae sensu cassa varie tentaverunt viri docti. Valckenarius coniecit *ἅπερ πέπηγε . . σε δρᾶν*, Hermannus *ἅπερ πέφυκε, ταῦτα· κἀνάγκη σε δρᾶν*, Heimsoethius *ἅπερ πέφυκε χρηστά, κἀνάγκη σε δρᾶν.* Ne aptum quidem foret, si nunc

ΚΡ. ὦ πολλὰ λέξας ἐν βραχεῖ λόγῳ κακά.
ΤΕΙ. σοί γ', ἀλλὰ πατρίδι μεγάλα καὶ σωτήρια.
ΚΡ. οὐκ ἔκλυον, οὐκ ἤκουσα· χαιρέτω πόλις.
ΤΕΙ. ἀνὴρ ὅδ' οὐκέθ' αὑτός, ἐκνεύει πάλιν.
ΚΡ. χαίρων ἴθ'· οὐ γὰρ σῶν με δεῖ μαντευμάτων.
ΤΕΙ. ἀπόλωλεν ἀλήθει', ἐπεὶ σὺ δυστυχεῖς;
ΚΡ. ὦ πρός σε γονάτων καὶ γερασμίου τριχός,
ΤΕΙ. τί προσπίτνεις με; δυσφύλακτ' αἴνει κακά.
ΚΡ. σίγα, πόλει δὲ τούσδε μὴ λέξῃς λόγους.
ΤΕΙ. ἀδικεῖν κελεύεις μ'· οὐ σιωπήσαιμεν ἄν.
ΚΡ. τί δή με δράσεις; παῖδά μου κατακτενεῖς;
ΤΕΙ. ἄλλοις μελήσει ταῦτ', ἐμοὶ δ' εἰρήσεται.
ΚΡ. ἐκ τοῦ δ' ἐμοὶ τόδ' ἦλθε καὶ τέκνῳ κακόν;
ΤΕΙ. ὀρθῶς μ' ἐρωτᾷς κεἰς ἀγῶν' ἔρχει λόγων.
δεῖ τόνδε θαλάμαις, οὗ δράκων ὁ γηγενὴς

de necessitate perpetrandi illa Tiresias loqueretur. Apte vero dicit: 'quae manifesta facta, videas necesse est'.

V. 917. λόγῳ scripsit Nauckius. Libri χρόνῳ. Cfr. fragm. 364, 5 βραχεῖ δὲ μύθῳ πολλὰ συλλαβὼν ἐρῶ, Or. 446 βραχὺς λόγος, Aesch. Prom. 505 βραχεῖ δὲ μύθῳ πάντα συλλήβδην μάθε, Soph. Phil. 435 λόγῳ δέ σ' ἐν βραχεῖ τοῦτ' ἐκδιδάξω. Aesch. Prom. 875 ταῦτα δεῖ μακροῦ λόγου εἰπεῖν meliores libri λόγου, deteriores χρόνου, Pers. 713 πάντα .. ἀκούσει μῦθον ἐν βραχεῖ λόγῳ meliores χρόνῳ, deteriores λόγῳ exhibent. Itaque etiam Plat. Gorg. p. 475 D ἐν τῷ ἔμπροσθεν λόγῳ, non ἐν τῷ ἔμπροσθεν scribendum erit pro ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ.

V. 918. Pro μεγάλα Nauckius conicit κεδνά.

V. 920. ἐκνεύει πάλιν· μετατρέπεται, ἐκφέρεται τῆς πρόσθε γνώμης. SCHOL.

V. 921. οὐ γὰρ σῶν με δεῖ μαντευμάτων] Deprimit Creon Tiresiae vaticinia. Nam quae ipse v. 866 χρησμούς, v. autem 908 θεσπίσματα et v. 911 θέσφατα, ea Creon simpliciter μαντεύματα dicit. — De constructione δεῖ μέ τινος vide ad v. 470 annotata. Verba χαίρων ἴθ' leguntur etiam Alc. 811, ἀλλ' ἴθι χαίρων Soph. fragm. 278.

V. 923. ὦ πρός σε γονάτων κτέ.] Statius Theb. X 619 sq. *Nunc humilis genua amplectens, nunc ora canentis Nequidquam reticere rogat.* De verbis πρός σε γονάτων (scil. ἱκετεύω) cfr. v. 1665, Med. 324 μὴ πρός σε γονάτων τῆς τε νεογάμου κόρης, Krueg. II 68, 5, 2 et quod Latini dicunt: *per ego te deos oro.*

V. 924. αἴνει] Sic emendavit vir doctus in Diario class. fasc. IV p. 894 cl. Alc. 2 θῆσσαν τράπεζαν αἰνέσαι θεός περ ὤν. Libri αἰτῇ vel αἰτεῖς.

V. 927. Aptius videtur τί δῆτα δράσεις;

V. 928. ἄλλοις μελήσει ταῦτ'· ὁ Τειρεσίας πρὸς τὸ ἀποκτενεῖς ἀπαντᾷ καί φησιν· ἄλλοις ἔσται τοῦτο διὰ φροντίδος, τὸ φονευθῆναι δηλονότι αὐτόν, ὑπ' ἐμοῦ δὲ εἰρήσεται. SCHOL.

V. 930. κεἰς ἀγῶν' ἔρχει λόγων] Cfr. Androm. v. 234 τί σεμνομυθεῖς κεἰς ἀγῶν' ἔρχει λόγων κτέ.; Suppl. 427 ἐπεὶ δ' ἀγῶνα καὶ σὺ τόνδ' ἠγωνίσω, ἄκου'· ἅμιλλαν γὰρ σὺ προύθηκας λόγων.

V. 931. δεῖ τόνδε θαλάμαις, οὗ δράκων κτέ.] 'In pictura,

ἐγένετο Δίρκης ναμάτων ἐπίσκοπος,
σφαγέντα φόνιον αἷμα γῇ δοῦναι χοὰς
Κάδμου παλαιῶν Ἄρεος ἐκ μηνιμάτων,
ὃς γηγενεῖ δράκοντι τιμωρεῖ φόνον.
καὶ ταῦτα δρῶντες σύμμαχον κτήσεσθ' Ἄρη.
χθὼν δ' ἀντὶ καρποῦ καρπὸν ἀντί θ' αἵματος
αἷμ' ἢν λάβῃ βρότειον, ἕξετ' εὐμενῆ
γῆν, ἥ ποθ' ἡμῖν χρυσοπήληκα στάχυν
σπαρτῶν ἀνῆκεν· ἐκ γένους δὲ δεῖ θανεῖν
τοῦδ' ὃς δράκοντος γέννυος ἐκπέφυκε παῖς.
σὺ δ' ἐνθάδ' ἡμῖν λοιπὸς εἶ σπαρτῶν γένους
ἀκέραιος, ἔκ τε μητρὸς ἀρσένων τ' ἄπο,
οἵ σοί τε παῖδες. Αἵμονος μὲν οὖν γάμοι

quam Philostratus explanat Iconum I c. IV p. 768 *λόγιόν τι ὁ Τειρεσίας λέγει, τεῖνον εἰς Μενοικέα τὸν Κρέοντος, ὡς ἀποθανὼν ἔνθα ἡ χειὰ τοῦ δράκοντος, ἐλευθέρα ἡ πόλις ἐκ τούτου εἴη.* Ut Euripides alibi *σηκοὺς Τροφωνίου* et *θαλάμας Τροφωνίου*, sic in Phoenissis permutat *θαλάμας δράκοντος* et *σηκὸν δράκοντος*; vid. vv. 1010. 1011'. VALCKENARIUS.

V. 934. *Κάδμου παλαιῶν Ἄρεος ἐκ μηνιμάτων*] Quod Valckenari coniecturam *Κάδμῳ* pro *Κάδμου* receperunt Brunckius et Porsonus, genet. *Κάδμου* non cum Matthiaeo defendi debet exemplis ut *εὔγματα Παλλάδος* Soph. Ant. 1185, *διὰ φίλων ὀρρωδίαν* infra v. 1389, sed coniungi cum *γῇ*, quam in rem Nauckius *γῇ Κάδμου χοὰς | δοῦναι* scripsit.

V. 935. *ὃς γηγενεῖ δράκοντι τιμωρεῖ φόνον*] Propterea persequitur Mars caedem draconis, quod eius filius ille dicebatur. De ea re et omnino de dracone isto vide supra v. 657 cum annotatione nostra.

V. 937. *καρποῦ καρπόν*] I. e. pro dracone Tellure nato (*γηγενεῖ* v. 935) aliquem ex Spartis Tellure item natis.

V. 939. *χρυσοπήληκα*] Hoc vocabulum Euripides ab Aeschylo sumpsisse videtur, cuius in Sept. v. 106 Mars dicitur *χρυσοπήληξ δαίμων*.

V. 941. *τοῦδε*, scil. *τοῦ στάχυος σπαρτῶν*. — *δράκοντος γέννυος* i. e. *δράκοντος ὀδόντων*. Verba satis hispida iure reprehendit Schoenius. Videtur autem *γένους* ex *γέννυος* proximi versus ortum esse, et Euripides scripsisse *ἐκ δὲ τοῦδε δεῖ θανεῖν | ἄνδρ' ὃς κτέ.* Haec ante oculos habuisse videtur Accius in Phoen. fr. X: *ab dracontis stirpe armata exortus genere antiquior*, quae Haemoni conveniunt. — Praeterea recte comparaverunt interpretes Stati Theb. X 607 *Martius inferias et saeva efflagitat anguis Sacra, cadat generis quicumque novissimus exstat Viperei: datur hoc tantum victoria pacto*; v. 662 *Terrigenam cuncto patriae pro sanguine poscunt*, tum Hygini fab. LVII, ubi Tiresias respondit: *si quis e draconteo genere superesset et pro patria interiisset, oppidum clade liberari.*

V. 944 sqq. *Αἵμονος μὲν οὖν γάμοι κτέ.*] Haemonis nuptiae mox futurae. — *οὐ . . ἤθεος*, ut desponsatus et ad coniugium designatus. — Versum proximum inutilem nec contra positis *εὐνῆς ἅπτεσθαι, ἔχειν λέχος* satis definitum, quem scholiasta qui de vi vocabuli *ἤθεος* dubitat non

σφαγὰς ἀπείργουσ'· οὐ γάρ ἐστιν ἤϑεος·
[κεἰ μὴ γὰρ εὐνῆς ἥψατ', ἀλλ' ἔχει λέχος·]
οὗτος δὲ πῶλος τῇδ' ἀνειμένος πόλει
ϑανὼν πατρῴαν γαῖαν ἐκσώσειεν ἄν.
πικρὸν δ' Ἀδράστῳ νόστον Ἀργείοισί τε
ϑήσει, μέλαιναν κῆρ' ἐπ' ὄμμασιν βαλών,
κλεινάς τε Θήβας. τοῖνδ' ἑλοῦ δυοῖν πότμοιν
τὸν ἕτερον· ἢ γὰρ παῖδα σῶσον ἢ πόλιν.
τὰ μὲν παρ' ἡμῶν πάντ' ἔχεις· ἡγοῦ, τέκνον,
πρὸς οἶκον. ὅστις δ' ἐμπύρῳ χρῆται τέχνῃ,
μάταιος· ἢν μὲν ἐχϑρὰ σημήνας τύχῃ,
πικρὸς καϑέστηχ' οἷς ἂν οἰωνοσκοπῇ·
ψευδῆ δ' ὑπ' οἴκτου τοῖσι χρωμένοις λέγων
ἀδικεῖ τὰ τῶν ϑεῶν. Φοῖβον ἀνϑρώποις μόνον
χρῆν ϑεσπιῳδεῖν, ὃς δέδοικεν οὐδένα.
ΧΟ. Κρέον, τί σιγᾷς γῆρυν ἄφϑογγον σχάσας;

legisse videtur, expunxit Valckenarius.

V. 948. *ϑανὼν πατρῴαν γαῖαν ἐκσώσειεν ἄν*] Hanc superstitionem atrocia facinora divinitus etiam in posteris puniri et sic conciliari rursus gratiam deorum iam exagitavit Bion ap. Plutarch. de sera numinis vind. p. 561 C, qui dicit: *τὸν ϑεὸν κολάζοντα τοὺς παῖδας τῶν πονηρῶν γελοιότερον εἶναι ἰατροῦ διὰ νόσον πάππου καὶ πατρὸς ἔκγονον ἢ παῖδα φαρμακεύοντος*, atque adeo Euripides ipse apud eundem Plutarchum l. l. p. 556 E dicitur exagitasse deos *τὰ τῶν τεκόντων σφάλματ' εἰς τοὺς ἐκγόνους τρέποντας*. Acceperunt eam opinionem etiam Stoici, qua de re disputavit M. Tullius de nat. deor. III 38, cuius vide interpretes, et Valcken. ad v. 934 (941).

V. 953. *τὰ μὲν παρ' ἡμῶν πάντ' ἔχεις*] *Ἔχεις* quasi *ἀκήκοας* dictum recte interpretati sunt scholiastae. Simile est quod dicitur in Soph. Antig. v. 402 *πάντ' ἐπίστασαι* aut in Philoct. v. 480 *πάντ' ἀκήκοας λόγον*, Gorg. Declam. pro Palam. p. 191, 37 *εἴρηται τὰ παρ' ἐμοῦ καὶ παύομαι.*

V. 954 sq. *ὅστις δ' ἐμπύρῳ χρῆται τέχνῃ, μάταιος*] De voce *ἔμπυρος* vide infra v. 1255. *Ἔμπυρος τέχνη* dicitur *ἐμπυρομαντεία*, de qua Prometheus Aeschyleus (v. 497) dicit: *δυστέκμαρτον εἰς τέχνην ὥδωσα ϑνητοὺς καὶ φλόγωπα σήματα ἐξωμμάτωσα πρόσϑεν ὄντ' ἐπάργεμα.* Hic *ἔμπυρος τέχνη* ad universam artem vaticinantium (*μαντικὴν τέχνην*) pertinet. De ipsa sententia comparavit Valckenarius Soph. Oed. R. 316 *Φεῦ φεῦ· φρονεῖν ὡς δεινόν, ἔνϑα μὴ τέλη λύῃ φρονοῦντι.*

V. 956. *πικρὸς καϑέστηχ' οἷς ἂν οἰωνοσκοπῇ*] Cfr. Aesch. Choeph. 234 *τοὺς φιλτάτους γὰρ οἶδα νῷν ὄντας πικρούς*. Soph. Ai. 1359 *ἦ κάρτα πολλοὶ νῦν φίλοι, καὖϑις πικροί*. Phil. 254 *πικρὸς ϑεοῖς.*

V. 959. *ϑεσπιῳδεῖν*] Annotat Pollux I 17, hoc verbum Euripideum rideri ab Aristophane in Plut. v. 9 *τῷ δὲ Λοξίᾳ, ὃς ϑεσπιῳδεῖ τρίποδος ἐκ χρυσηλάτου κτέ.*

V. 960. *ἄφϑογγον* per prolepsin dicitur ut Aesch. Pers. v. 298 *ἄνανδρον τάξιν ἠρήμου ϑανών*, Soph. Ant. 881 *τὸν δ' ἐμὸν πότμον ἀδάκρυτον οὐδεὶς φίλων στενάζει.*

κἀμοὶ γὰρ οὐδὲν ἧσσον ἔκπληξις πάρα.
ΚΡ. τί δ' ἄν τις εἴποι; δῆλον οἵ γ' ἐμοὶ λόγοι.
ἐγὼ γὰρ οὔποτ' εἰς τόδ' εἶμι συμφορᾶς,
ὥστε σφαγέντα παῖδα προσθεῖναι πόλει.
πᾶσιν γὰρ ἀνθρώποισι φιλότεκνος βίος,
οὐδ' ἂν τὸν αὑτοῦ παῖδά τις δοίη κτανεῖν.
μή μ' εὐλογείτω τἀμά τις κτείνων τέκνα.
αὐτὸς δ', ἐν ὡραίῳ γὰρ ἕσταμεν βίου,
θνήσκειν ἕτοιμος, πατρίδος ἐκλυτήριον.
ἀλλ' εἶα, τέκνον, πρὶν μαθεῖν πᾶσαν πόλιν,

V. 961. *κἀμοὶ γὰρ*] I. e. 'non mirum sane te obmutuisse; nam mihi quoque etc.'.

V. 963. *συμφορᾶς*, infelicitatis i. e. amentiae et perversitatis.

V. 964. *ὥστε σφαγέντα παῖδα προσθεῖναι πόλει*] Est summa acerbitas in hac voce, etiam ipsa oratione conspicua: 'ut caesum filium apponam quasi fruendum civitati'.

V. 967. *μή μ' εὐλογείτω τἀμά τις κτείνων τέκνα*] Eodem modo, quo supra v. 885 Tiresias Creontis personam descripserat tacitus per pronomen *τίς*, hic iam rursus Creon potissimum Tiresiam indicare videtur, a quo nolit laudari ipse, siquidem ille interfici liberos suos vaticinio suo iubeat, quamquam hoc quidem loco etiam latius haec oratio patere poterit, ut omnino Creon se dicat a nullo homine laudari velle, quasi servatorem patriae, si ille liberos suos interfectos cupiat. Quod autem Nauckius conicit *κτείνειν* vel Heusdius *τέκνα τις κτείνοντ' ἐμά*, eo si non omnino sensum versus corrumpi iudicandum est, certe de gravitate sententiae aliquantum detrahitur.

V. 968 sq. Non satis recte hos duo versus intellexisse mihi videtur G. Hermannus, qui miratus est, quod nemo eos suppositicios esse censuerit. Neque enim hac voce Creon hoc significat, se *filii loco* animam suam pro patria *proditurum* esse eo modo, quo Tiresias iusserat aliquem e Spartorum stirpe immolari, quia nec iuvenis ipse erat neque iam ullam istius vaticinationis rationem habet. Sed utpote pius pater, ita detestatur immolationem filii, ut potius ipse pro patria mori velit, quam pati immolari filium suum. Hoc autem pro patria mori pertinet ad pugnam atque liberationem patriae non ab ira Martis, sed ab impetu hostium. Quapropter etiam adiunxit: *ἐν ὡραίῳ γὰρ ἕσταμεν βίου*, quo significat se vires adhuc habere, ut ob liberandam patriam in pugnam atque ad mortem proficisci possit. Hoc si dicit, etiam Menoeceum eius vox non poterat movere, ut nollet fugere, quoniam pater non eius loco mori vellet, sed tantummodo omnia pericula mortis plena pro patria subire ea condicione, uti ne filius immolaretur, ut bona spe esse posset Menoeceus fortasse futurum, ut integer ex illis periculis pater evaderet. Neque vox *ἐκλυτήριον* per se expiationem significat, sed omnino liberationem, quemadmodum usurpata est etiam in Soph. Oed. R. v. 392.

Ibid. *βίου* restituit Lobeckius. Libri *βίῳ*.

V. 969. *θνήσκειν ἕτοιμος*] Nota in hac formula ellipsis verbi substantivi est, etiam apud oratores Graecos, veluti in Luciani Gallo s. somnio § 6 *ἕτοιμος λέγειν* dicitur et alias alia. Vide Krueg. I 62, 1, 5. — Verba *πα-*

ἀκόλαστ' ἐάσας μάντεων θεσπίσματα,
φεῦγ' ὡς τάχιστα τῆσδ' ἀπαλλαχθεὶς χθονός·
λέξει γὰρ ἀρχαῖς καὶ στρατηλάταις τάδε,
πύλας ἐφ' ἑπτὰ καὶ λοχαγέτας μολών·
κἂν μὲν φθάσωμεν, ἔστι σοι σωτηρία·
ἢν δ' ὑστερήσῃς, οἰχόμεσθα, κατθανεῖ.
ΜΕ. ποῖ δῆτα φεύγω; τίνα πόλιν; τίνα ξένων;
ΚΡ. ὅπου χθονὸς τῆσδ' ἐκποδὼν μάλιστ' ἔσει.
ΜΕ. οὔκουν σὲ φράζειν εἰκός, ἐκπονεῖν δ' ἐμέ;
ΚΡ. Δελφοὺς περάσας φεῦγε ΜΕ. ποῖ με χρή, πάτερ;
ΚΡ. Αἰτωλίδ' εἰς γῆν. ΜΕ. ἐκ δὲ τῆσδε ποῖ περῶ;
ΚΡ. Θεσπρωτὸν οὖδας. ΜΕ. σεμνὰ Δωδώνης βάθρα;
ΚΡ. ἔγνως. ΜΕ. τί δὴ τόδ' ἔρυμά μοι γενήσεται;
ΚΡ. πόμπιμος ὁ δαίμων. ΜΕ. χρημάτων δὲ τίς πόρος;
ΚΡ. ἐγὼ πορεύσω χρυσόν.
ΜΕ. εὖ λέγεις, πάτερ.

τρίδος ἐκλυτήριον per appositionem ad θνῄσκειν pertinent.

V. 971. μάντεων] Etsi res ad unum Tiresiam pertinet, recte tamen poeta numerum pluralem posuit, quod sic res patet longius eoque gravior fit oratio. Apposite comparavit Valckenarius Stati Theb. X 717 *Non me ulli monitus nec vatum exorsa furentum Sollicitant manesque movent; sibi callidus ista Tiresias nataeque canat.* Quamquam inde non necessario sequitur Statium, si hunc ipsum Euripidis locum ante oculos habuit, in suo libro μάντεων, non μάντεως invenisse. Nam singulas res non tam accurate reddiderunt veteres in imitatione aliorum scriptorum.

V. 974. πύλας ἐφ' ἑπτὰ καὶ λοχαγέτας μολών] Quod scholiasta ad priorem versum annotavit post illum versum hunc supervacaneum esse, falsus est. Nam hoc denique versu significatur, quemadmodum Menoeceus, nisi properet, per nullam e septem illis portis effugere possit, si Tiresias circum septem portas et singularum cohortium *ductores circumcurrerit.*

V. 977. τίνα ξένων;] Mihi propterea h. l. aptius dici videtur τίνα ξένων quam τίνα ξένον, quoniam prius illud magis indicat Creonti eiusque domui, ut par erat ex stirpe regia oriundae, satis magnum numerum hospitum fuisse, e quibus quem potissimum eligat, iam quaerere videatur Menoeceus.

V. 980. Libri habent ποῖ με χρή, πάτερ, μολεῖν; Corrigitur versus omisso vel φεῦγε vel πάτερ vel μολεῖν. Primum, quod in libro a manus prima omisit, delendum censuit Canterus in Nov. lect. IV 1; πάτερ abest a libro L; μολεῖν eiecit Schoenius. Magis placet μολεῖν abesse quam φεῦγε, quia ita Creontis oratio iusto modo absolvitur.

V. 983. τί δὴ τόδ' ἔρυμα] Sic Musgravius emendavit librorum scripturam τί δῆτ' ἔρυμα. Valckenarius coniecit τί δῆτα ῥῦμα. Illud aptius: 'Quid praesidii mihi inde erit?' 'Deus Dodonaeus defendit ab iniuriis eos qui in finibus eius sunt, ne per vim rapiantur (ῥυσιάζωνται).'

V. 985. ἐγὼ πορεύσω χρυσόν] Πορεύσω pro eo, quod dici poterat ποριῶ, recte interpretatus

χώρει νυν· ὡς σὴν πρὸς κασιγνήτην μολών,
ἧς πρῶτα μαστὸν εἵλκυσ', Ἰοκάστην λέγω,
μητρὸς στερηθεὶς ὀρφανός τ' ἀποζυγείς,
προσηγορήσων εἶμι καὶ σώσων βίον.
ἀλλ' εἶα, χώρει. μὴ τὸ σὸν κωλυέτω.
γυναῖκες, ὡς εὖ πατρὸς ἐξεῖλον φόβον
κλέψας λόγοισιν, ὥσθ' ἃ βούλομαι τυχεῖν·
ὅς μ' ἐκκομίζει, πόλιν ἀποστερῶν τύχης,
καὶ δειλίᾳ δίδωσι. καὶ συγγνωστὰ μὲν
γέροντι· τοὐμὸν δ' οὐχὶ συγγνώμην ἔχει,

est Abreschius ad Aesch. Eumen. v. 235 p. 293 ed. Hal., ut id esset fere idem quod Batavorum geld overmaken vel overzenden (übermachen vel übersenden), et A. Matthiaeus sic: 'ego pecuniam ad te transportandam s. transmittendam curabo'. Nam Valcken. *ἔγωγε πορίσω* scribendum coniecerat (quod Herwerdenus in *ἐγὼ πορίζω* mutavit). Glossatores: *ἀποπέμψω, ἀποστελῶ.*

V. 986. *ὡς* 'nam' vertendum esse vix commemorarem, nisi viderem veteres scholiastas *ὡς πρός* quasi pleonasmo iuncta existimasse, quod est falsissimum.

V. 986 sqq. *σὴν πρὸς κασιγνήτην μολὼν .. προσηγορήσων εἶμι*] Si haec integra sunt, statuendum, post longius enuntiatum interpositum neglegi *μολών*. Hartungius coniecit *προσηγορήσας εἶμι καὶ σώσω βίον* atque *σώσω* recentes nonnulli libri exhibent. Sed videtur pro *μολών* poni debere *ἐγώ*, quod etiam sensus prope requirit. — *προσηγορήσων* est 'vale dicturus'. Varia lectio quam habet scholiasta *ἄλλως· σώσων τὴν πόλιν*, ex v. 997 repetita videtur.

V. 990. *τὸ σόν*] Cfr. *τοὐμόν* v. 995, *τὰ σὰ* v. 1276 et Krueg. I 43, 4, 26. — Verba *μὴ τὸ σὸν κωλυέτω* ambigua sunt. Post haec a scena discessit Creon, quamobrem iam Menoeceus appellans chorum liberius de consilio suo profitetur.

V. 992. *κλέψας λόγοισιν*] 'fictis orationibus decepti (patris)'. Cfr. Soph. Phil. 54 *τὴν Φιλοκτήτου σε δεῖ ψυχὴν ὅπως λόγοισιν ἐκκλέψεις λέγων*. De re vide Statium Theb. X 715 *Fraude patrem tacita subit avertitque timorem.* — De attractione non facta in *ὥσθ' ἃ βούλομαι τυχεῖν* vide supra ad v. 512.

V. 993. *πόλιν ἀποστερῶν τύχης*] Nempe ut per me servetur.

V. 994. *καὶ δειλίᾳ δίδωσι*] Libanius Tom. I p. 171 Menoeceum sic facit loquentem: *Ὁ πατὴρ ὅλος τῆς φύσεώς ἐστι καὶ τὸν παῖδα βούλεται σώζεσθαι, καὶ φυγῆς μοι δίδωσι σύνθημα.* De *συγγνωστά*, ubi *συγγνωστόν* exspectaveris, vide Pflugk. ad Herc. v. 583. Krueg. I 44, 4, 2.

V. 995. *τοὐμὸν δ' οὐχὶ συγγνώμην ἔχει*] *τοὐμόν* non plane idem est quod *ἐγώ*, sed est fere 'mea ratio et condicio', quasi nostro sermone dicas in simili causa: das ist dem Greise zu verzeihen, doch mein Verhältnis verstattet nicht gleiche Nachsicht. Sic in Andromacha v. 235 dicitur: *ὡς δὴ σὺ σώφρων, τἀμὰ δ' οὐχὶ σώφρονα* et v. 1185 *τὸ σὸν δ' ἦν ὧδ' ἂν εὐτυχέστερον.* Vide quae collegit Pflugkius ad Androm. v. 235. Praeterea memorabile est *συγγνώμην ἔχειν* hic ut in Soph. Trach. 328 passivo sensu usurpari, cum alias ut Or. 661, Hipp. 117, Suppl. 251 activam significationem ignoscendi habere soleat.

προδότην γενέσθαι πατρίδος ἥ μ' ἐγείνατο.
ὡς οὖν ἂν εἰδῆτ', εἶμι καὶ σώσω πόλιν
ψυχήν τε δώσω τῆσδ' ὑπερθανεῖν χθονός.
αἰσχρὸν γάρ, οἱ μὲν θεσφάτων ἐλεύθεροι
κοὐκ εἰς ἀνάγκην δαιμόνων ἀφιγμένοι
στάντες παρ' ἀσπίδ' οὐκ ὀκνήσουσιν θανεῖν,
πύργων πάροιθε μαχόμενοι πάτρας ὕπερ·
ἐγὼ δὲ πατέρα καὶ κασίγνητον προδοὺς
πόλιν τ' ἐμαυτοῦ δειλὸς ὣς ἔξω χθονὸς
ἄπειμ'· ὅπου δ' ἂν ζῶ, κακὸς φανήσομαι.
μὰ τὸν μετ' ἄστρων Ζῆν' Ἄρη τε φοίνιον,
ὃς τοὺς ὑπερτείλαντας ἐκ γαίας ποτὲ
σπαρτοὺς ἄνακτας τῆσδε γῆς ἱδρύσατο,
ἀλλ' εἶμι καὶ στὰς ἐξ ἐπάλξεων ἄκρων
σφάξας ἐμαυτὸν σηκὸν ἐς μελαμβαθῆ

V. 996. *ἥ μ' ἐγείνατο*] Ne quis putet hoc de patria terra abundanter dici, commemoro causam ea voce contineri, quamobrem prodere patriam non debeat, quippe cui illa saepe a Graecis oratoribus commemorata *τροφεῖα* solvenda sint.

V. 997 sq. non sine idonea causa delet Herwerdenus. Cfr. 1009 sqq.

V. 998. *τῆσδ' ὑπερθανεῖν χθονός*] Infinitivus hic epexegesin prioris sententiae, *ψυχήν τε δώσω*, continet. De *ὑπερθανεῖν* cum genetivo iuncto vide infra v. 1090 *ὁ γῆς ὑπερθανών*. v. 1313 *γῆς ὄλωλ' ὑπερθανών*. v. 1252 *πόλεως ὑπερμαχεῖς* et quae accurate de ea re explicavit C. Wexius ad Soph. Antig. v. 626 p. 204.

V. 999. *αἰσχρὸν γάρ, οἱ μὲν θεσφάτων ἐλεύθεροι κτέ.*] Quod scholiastae dicunt, omissam esse *εἰ* particulam, falsum est, quamquam etiam poni illa potuit hoc loco. Nunc *αἰσχρόν* eadem ratione qua *κεφάλαιον, τὸ δεινότατον, τὸ λεγόμενον* positum est, ad rem enuntiandam pertinens. Non sine probabilitate tamen scribi iussit Heimsoethius *αἰσχρῶς γὰρ οἱ μὲν κτέ.*

V. 1000. *εἰς ἀνάγκην δαιμόνων*] Fere idem sibi vult, quod infra v. 1762 *αἱ ἐκ θεῶν ἀνάγκαι.*

V. 1001. *στάντες παρ' ἀσπίδ'*] Cfr. Med. 250 *ὡς τρὶς ἂν παρ' ἀσπίδα Στῆναι θέλοιμ' ἂν μᾶλλον ἢ τεκεῖν ἅπαξ*, infra v. 1073 *παρ' ἀσπίδα βέβηκας*, Krueg. I 68, 36, 1.

V. 1004. *δειλὸς ὥς*] Est hoc idem, quasi nostro sermone dicas: wie ein Feigling, ut nullo modo coniectura *δοῦλος ὥς* opus sit.

V. 1006. Ex schol. *τὸν ἥλιόν φησι καὶ τὸν Ἄρην τὸν τοῦ ἐμοῦ φόνου αἴτιον* et *τὸν ἥλιόν φασι δεσπότην τῶν ἄστρων, τὸν ὄντα ἐν τοῖς ἄστροις θεόν* efficit Th. Bartholdus, scholiastas legisse *τὸν μετ' ἄστρων θεόν.*

V. 1009. *στὰς ἐξ ἐπάλξεων ἄκρων*] Usus praepositionis *ἐξ* pronum corporis statum indicat. Similiter infra v. 1223 *Ἐτεοκλέης δ' ὑπῆρξ' ἀπ' ὀρθίου σταθεὶς πύργου* dicitur ex ratione eorum qui suspicientes audiunt contionantem.

V. 1010. *σηκὸν ἐς μελαμβαθῆ*] *Μελαμβαθής* adiectivum significans id, quod altum ac nigrum fundum habet, ad hunc locum est aptissimum, cum plane ine-

δράκοντος, ἔνθ' ὁ μάντις ἐξηγήσατο,
ἐλευθερώσω γαῖαν· εἴρηται λόγος.
στείχω δέ, θανάτου δῶρον οὐκ αἰσχρὸν πόλει
δώσων, νόσου δὲ τήνδ' ἀπαλλάξω χθόνα.
εἰ γὰρ λαβὼν ἕκαστος ὅ τι δύναιτό τις
χρηστὸν διέλθοι τοῦτο κεἰς κοινὸν φέροι
πατρίδι, κακῶν ἂν αἱ πόλεις ἐλασσόνων
πειρώμεναι τὸ λοιπὸν εὐτυχοῖεν ἄν.

(στρ.)

ΧΟ. *ἔβας ἔβας,*
ὦ πτεροῦσσα, γᾶς λόχευμα

ptam sententiam habeat *μελαμβαφῆ*, quod e libris h. l. reponere vellent quidam interpretes. Similiter locutus est Aeschylus Prom. v. 219 sq. *Ταρτάρου μελαμβαθὴς Κευθμὼν καλύπτει τὸν παλαιγενῆ Κρόνον* et Apollon. Rhod. IV 517 *μελαμβαθέος ποταμοῖο* recteque etiam in Sophoclis fragm. 478 nunc scriptum editur: *Ἀκτάς ἀπαίωνάς τε καὶ μελαμβαθεῖς Λιποῦσα λίμνης ἦλθον κτέ.* — De formula *σφάττειν τινὰ εἴς τινα τόπον* diligentissime disseruit, huius quoque loci non immemor, C. Keilius in Anal. epigraph. et onomatol. Lips. 1842 editis p. 30 sq.

V. 1011. *ἔνθ' ὁ μάντις ἐξηγήσατο*] Cfr. supra v. 931 sqq.

V. 1012. *εἴρηται λόγος*] Est fere Latinorum: *dixi*, de quo vide quae ego explicavi ad M. Tulli act. in C. Verrem I cap. 18 § 56, Vol. II p. 690. Similiter ipse Euripides in Oreste v. 1203 *Τήνδ' ἡμῖν ἔχω Σωτηρίας ἔπαλξιν. εἴρηται λόγος*, quod dicitur, ut significetur in hac quam iam diximus sententia nihil iam mutandum videri eamque firmiter obtineri ab eius auctore. Cfr. Aesch. Eum. 710.

V. 1013—1018 aliunde illatos esse censet Scheurleerus de Demetrio Magnete Lugd. Bat. 1858 p. 121, ut videtur, recte. Nam *εἴρηται λόγος* clausulae orationis convenit, qua de re praeter locos ad v. 1012 allatos cfr. Aesch. Ag. 582, Soph. Ai. 480, Phil. 241, et verbis *στείχω δὲ* post *ἀλλ' εἶμι* non bene adnectitur nova sententia. Offendimus etiam in verbo *διέλθοι* v. 1016, quod a scholiasta explicatur per *μεταχειρίζοιτο*, sed pro *ἔλθοι* dictum videtur (*τοῦτο λαβὼν ἔλθοι*).

V. 1013 sq. *θανάτου δῶρον οὐκ αἰσχρὸν πόλει δώσων*] *θανάτου δῶρον*, 'mortis donum', quod negavit A. Matthiaeus intellegi ullo modo posse, dixit Euripides pro eo, quod dici poterat: *θάνατον δῶρον οὐκ αἰσχρὸν πόλει δώσων*, 'mortem meam quasi donum non turpe civitati daturus'.

V. 1015. *εἰ γὰρ λαβὼν ἕκαστος κτέ.*] Similem sententiam in Euripidis Erechtheo Praxitheam in extrema oratione sua posuisse annotavit Valckenarius. Sic enim illa loquitur in fragm. 362 v. 53 sqq. *Ὦ πατρίς, εἴθε πάντες, οἳ ναίουσί σε, Οὕτω φιλοῖεν ὡς ἐγώ· καὶ ῥᾳδίως Οἰκοῖμεν ἄν σε κοὐδὲν ἂν πάσχοις κακόν.*

V. 1019 sqq. *ἔβας, ἔβας· πρὸς οὐδὲν ταῦτα· ἔδει γὰρ τὸν χορὸν οἰκτίσασθαι τὸν θάνατον Μενοικέως ἢ ἀποδέχεσθαι τὴν εὐψυχίαν τοῦ νεανίσκου, ἀλλὰ τὰ περὶ Οἰδίπου καὶ τῆς Σφιγγὸς διηγεῖται τὰ πολλάκις εἰρημένα.* SCHOL. Auctore Aristotele in arte poet. cap. 18, qui universam rationem chori in Euripideis fabulis vituperat his verbis: *τὸν χορὸν ἕνα δεῖ ὑπο-*

νερτέρου τ' Ἐχίδνας,
Καδμείων ἁρπαγά,
πολύφθορος πολύστονος,
μιξοπάρθενος,
δάιον τέρας,
φοιτάσι πτεροῖς
χαλαῖσί τ' ὠμοσίτοις
Διρκαίων ἅ ποτ' ἐκ

λαβεῖν τῶν ὑποκριτῶν καὶ μόριον εἶναι τοῦ ὅλου καὶ συναγωνίζεσθαι, μὴ ὥσπερ Εὐριπίδῃ, ἀλλ' ὥσπερ Σοφοκλεῖ, iam etiam alii critici veteres cum universam chori Euripidei rationem, tum hanc ipsam fabulam reprehenderunt, in quam rem comparaverunt interpretes schol. ad Aristoph. Acharn. v. 442 *Εὐριπίδης εἰσάγει τοὺς χοροὺς οὐ τὰ ἀκόλουθα φθεγγομένους τῇ ὑποθέσει, ἀλλ' ἱστορίας τινὰς ἀπαγγέλλοντας, ὡς ἐν ταῖς Φοινίσσαις*, et qui eodem spectavisse videtur, Accium in didascalic. II apud Nonium p. 178, 22 ed. Merc. *Sed Euripides, qui choros temerius in fabulis* —. De recentioribus vide Grotium in Proleg. 30, Sam. Fr. Nath. Morum in diss. de Euripidis Phoenissis (Lips. 1771), G. Hermannum in praef. p. XXI sq.

V. 1019. *ὦ πτεροῦσσα*] *Πτεροῦσσα* Sphinx absolute hoc loco dicitur, ut in extrema hac stropha *πτεροῦσσα παρθένος*, eoque magis omitti substantivum poterat, quod mox verbis: *γᾶς λόχευμα νερτέρου τ' Ἐχίδνας* magis etiam significatur, quae ista alata sit, et quia quod infra v. 1026 sequitur pronomen relativum aptius cum superiore hac oratione cohaeret, ut haec primaria sententia sit: ‘Venisti, o alata, perniciosa Cadmeorum civitati, quae tollendis adulescentulis Thebis dolores gravissimos attuleris’.

V. 1021. *ἁρπαγά* scripsit Tyrwhittus pro *ἁρπαγᾷ*. Recte annotat Matthiaeus, *ἁρπαγὰ Καδμείων* pro *ἡ ἁρπάζουσα Καδμείους* dictum esse ut v. 1492 *ἁγεμόνευμα νεκροῖσι* pro *ἡ ἡγεμονεύουσα νεκροῖς*.

V. 1023. *μιξοπάρθενος*] Cfr. Origenes contra Cels. I p. 32 *Φέρε δή τινα ἀπιστεῖν περὶ Οἰδίποδος καὶ Ἰοκάστης καὶ τῶν γεννηθέντων ἀπὸ ἀμφοτέρων Ἐτεοκλέους καὶ Πολυνείκους διὰ τὸ προσπεπλέχθαι τῷ λόγῳ τὴν Σφίγγα μιξοπάρθενόν τινα.* — Recentes nonnulli libri *μιξοπάρθενον* habent et arridet *μιξοπάρθενον δάιον τέρας*. Cfr. Aesch. Prom. 352 *δάιον τέρας ἑκατογκάρανον*.

Ibid. *δάϊον τέρας*] Hunc locum aute oculos habuit Hesychius *Δάϊον τέρας· τὸ πολεμικὸν σημεῖον*. Supra v. 806 dicebatur *οὔρειον τέρας*.

V. 1024. *φοιτάσι πτεροῖς*] Dicitur hoc, ut in Oreste v. 270 *μανιάσιν λυσσήμασι*, v. 837 *δρομάσι βλεφάροις*, et fit tantummodo in his casibus, ubi diversitas formae non tantopere exstat, eodem modo, quo Latinorum sermone dicebantur *victricia arma* et similia, quode praecepit Servius ad Verg. Aen. III 54. Sic etiam in Helen. v. 1301 *δρομάδι κώλῳ* habetur, ad quem locum vide quae attulit Pflugkius.

V. 1025. *χαλαῖσί τ' ὠμοσίτοις*] Cfr. Aesch. Sept. 541 *Σφίγγ' ὠμόσιτον*, unde cognoscitur epitheton a Sphinge ad ungues Sphingis translatum esse ratione satis perspicua.

V. 1026 sq. *Διρκαίων ἅ ποτ' ἐκ τόπων*] Haec quemadmodum intellegenda sint, explicavit R.

τόπων νέους πεδαίρουσ'
ἄλυρον ἀμφὶ μοῦσαν
ὀλομέναν τ' Ἐρινὺν
ἔφερες ἔφερες ἄχεα πατρίδι
φόνια· φόνιος ἐκ θεῶν
ὃς τάδ' ἦν ὁ πράξας.
ἰάλεμοι δὲ ματέρων,
ἰάλεμοι δὲ παρθένων
ἐστέναζον οἴκοις·
ἰήιον βοὰν βοάν,
ἰήιον μέλος μέλος
ἄλλος ἄλλ' ἐπωτότυζε
διαδοχαῖς ἀνὰ πτόλιν.
βροντᾷ δὲ στεναγμὸς
ἀχά τ' ἦν ὅμοιος,

Ungerus in Paradoxis Theb. Vol. I p. 97.

V. 1027. De Aeolica forma *πεδαίρειν* cfr. quae ad Herc. 818 disputata sunt.

V. 1028. *ἄλυρον ἀμφὶ μοῦσαν* cum *ἀμφὶ σὰν κιθάραν* Alc. 583 comparat I. Tate apud Monk. ad l. l., quae tamen diversa sunt. *νεβρὸς ἐχόρευσε — ἀμφὶ σὰν κιθάραν* in loco Alcest. est propria vi: 'saltavit circa citharam tuam, ita tamen, ut cithara motus eius moderaretur'; h. l. *ἀμφὶ μοῦσαν ἄλυρον* est pro *σὺν μούσᾳ ἀλύρῳ* ut v. 807 *ἀμουσοτάταισι σὺν ᾠδαῖς*, ita tamen, ut indicetur cantilenam illam per totam actionem, quae verbo indicatur, continuari et eam quasi cingere. Similiter Pind. Ol. X 92 *ἀείδετο δὲ πᾶν τέμενος τερπναῖσι θαλίαις τὸν ἐγκώμιον ἀμφὶ τρόπον*. A. MATTHIAEUS.

V. 1029. *ὀλομέναν τ' Ἐρινύν· φθοροποιόν. ἐπειδὴ φθορᾶς αἰτία ἦν ἡ μοῦσα, διὰ τοῦτο Ἐρινὺν οὐλομένην αὐτὴν λέγει.* SCHOL. Recte delere videtur particulam *τ'* Hartungius. Nam *ἄλυρος μοῦσα*, quae ad aenigmata pertinet, erat *ὀλομένη Ἐρινύς*.

V. 1031. *φόνιος ἐκ θεῶν*] Recte scholiasta: *ὁ ἐκ θεῶν ταῦτα πράξας, οὗτος φόνιος ἦν*, quocirca necesse est intellegi comma, quod vulgo post *θεῶν* ponunt, tollendum esse. De praepositione *ἐκ* cfr. Aristoph. Thesm. 715 *τίς ἄν σοι τίς ἂν ξύμμαχος ἐκ θεῶν ἀθανάτων ἔλθοι*; De sententia vide ad v. 810 annotata.

V. 1037 sq. *ἰήϊον μέλος μέλος ἄλλος ἄλλ' ἐπωτότυζε*] Plene erit *ἄλλος ἄλλο*, non *ἄλλα*: 'lugubre carmen alius aliud querebatur'. *Ἄλλ' ἐπωτότυζε* Battierio auctore Valckenarius restituit. Libri *ἄλλον ἐπωτότυζεν* (*ἐποτότυζε*).

V. 1040. *ἀχά τ'*] Sic pro *ἰαχά τ'* scribendum esse Musgravius vidit. Vide Elmsl. ad Heraclid. v. 752. — De ceteris schol. annotat: *ὁ δὲ στεναγμὸς βροντῇ ἦν ἐφόμοιος.* Quae cum nimis tenuia et a poetica dictione aliena videantur, malim *βροντᾷ* verbum, non dativum nominis indicare et *ἀχά τ' ἦν ὅμαυλος* scribere. Ac videtur Euripides imitatus esse Sophocl. Oed. R. v. 186 *παιὰν δὲ λάμπει στονόεσσά τε γῆρυς ὅμαυλος*. Cfr. etiam Eur. El. 879 *ἀλλ' ἴτω ξύναυλος βοὰ χαρᾷ*.

ὁπότε πόλεος ἀφανίσειεν
ἁ πτεροῦσσα παρθένος τιν' ἀνδρῶν.

(ἀντ.)

χρόνῳ δ' ἔβα
Πυθίαις ἀποστολαῖσιν
Οἰδίπους ὁ τλάμων
Θηβαίαν τάνδε γᾶν
τότ' ἀσμένοις, πάλιν δ' ἄχη·
ματρὶ γὰρ γάμους
δυσγάμους τάλας
καλλίνικος ὢν
αἰνιγμάτων συνάπτει,
μιαίνει δὲ πτόλιν·
δι' αἱμάτων δ' ἀμείβει
μυσαρὸν εἰς ἀγῶνα
καταβαλὼν ἀραῖσι
τέκεα μέλεος. ἀγάμεθ' ἀγάμεθ',
ὃς ἐπὶ θάνατον οἴχεται
γᾶς ὑπὲρ πατρῴας,

V. 1043. *Πυθίαις ἀποστολαῖσιν*] *οὐκ ἐπὶ τὸ ἀνελεῖν τὴν Σφίγγα ἐπέμφθη παρὰ τοῦ Πυθίου Οἰδίπους, ἀλλὰ χρωμένῳ περὶ τῶν γονέων ἀνεῖλεν αὐτῷ ὡς τούτους φονεύσειε. Καὶ ὃς φοβηθεὶς διὰ τὸν χρησμὸν ἀνελθεῖν εἰς Κόρινθον, ἵνα μὴ τὸν δοκοῦντα γονέα Πόλυβον ἀποκτείνῃ, καταλαμβάνει Θήβας.* SCHOL. Nempe Oedipus caede Lai prohibitus quominus Delphos pergeret, cum Lai rhedam Polybo tradidisset, reversus Delphos pervenit indeque cum propter oraculum de matris nuptiis datum vereretur Corinthum redire, Thebas profectus est. Vide supra ad v. 44 sq.

V. 1046. *τότ' ἀσμένοις*] Attulerunt ad hanc constructionem explicandam interpretes Aristoph. Pac. v. 582 *ἀσμένοισιν ἦλθες ἡμῖν*. Soph. Trachin. v. 18 *ἀσμένῃ δέ μοι Ὁ κλεινὸς ἦλθε*. Aesch. Prom. v. 23 *ἀσμένῳ δέ σοι Ἡ ποικιλείμων νὺξ ἀποκρύψει φάος*. Sine pronomine similiter ut h. l. dixit Sophocl. in Oed. Col. v. 1505 *ἄναξ, ποθοῦντι προυφάνης*. Cfr. Krueg. I 48, 6, 4.

Ibid. *πάλιν δ' ἄχη*] Cave *ἄχη* auctore scholiasta, qui *ἀπὸ τοῦ κοινοῦ* suppleri vult *συνάπτει*, pro accusativo habeas. Est is nominativus, ad quem explicandum e superiore oratione, in qua dicitur Oedipus primum Thebanis volentibus venisse, et quidem e verbo *ἔβα* poteris supplere *ἦλθε*.

V. 1047 sq. *γάμους δυσγάμους*] 'innuptas nuptias', quod alias dicitur *γάμος ἄγαμος*, veluti in Helen. v. 690. — Libri *ὁ τάλας*. Articulum delevit Kingius.

V. 1051. *δι' αἱμάτων δ' ἀμείβει*] *Τὴν πόλιν δι' αἱμάτων διαλλάσσει. Τὸ δὲ ἀμείβει ἀμείβεσθαι ποιεῖ, ἐμβαλὼν διὰ καταρῶν τοὺς παῖδας εἰς φιλονεικίαν.* SCHOL. Quamquam alii *τέκεα* obiectum esse verbi *ἀμείβει* volunt, tamen recte scholiasta *ἀμείβει τὴν πόλιν* coniunxisse vide-

Κρέοντι μὲν λιπὼν γόους,
τὰ δ' ἑπτάπυργα κλῇθρα γᾶς
καλλίνικα θήσων.
γενοίμεθ' ὧδε ματέρες
γενοίμεθ' εὔτεκνοι, φίλα
Παλλάς, ἃ δράκοντος αἷμα
λιθόβολον κατειργάσω,
Καδμείαν μέριμναν
ὁρμήσασ' ἐπ' ἔργον,
ὅθεν ἐπέσυτο τάνδε γᾶν συν-
αλλαγαῖσι δαιμόνων τις ἄτα.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ὠή, τίς ἐν πύλαισι δωμάτων κυρεῖ;
ἀνοίγετ', ἐκπορεύετ' Ἰοκάστην δόμων.
ὠὴ μάλ' αὖθις· διὰ μακροῦ μέν, ἀλλ' ὅμως

tur. Nam id censet chorus, fecisse Oedipum, ut civitas piaculo inquinata (*μιαίνει*) iterum sanguine inquinetur item piaculari (*μυσαρόν*).

V. 1057. *Κρέοντι μὲν λιπὼν γόους κτέ.*] Similiter infra v. 1314 loquitur ipse Creon de filio suo: *τοὔνομα λαβὼν γενναῖον, ἀνιαρὸν δ' ἐμοί.* Praeivisse in hac quoque parte Homerum Δ 197 *τῷ μὲν κλέος, ἄμμι δὲ πένθος* recte monuit Valckenarius.

V. 1062. *Προνοίᾳ γὰρ Ἀθήνας λίθῳ τὸν δράκοντα ἀνεῖλεν ὁ Κάδμος, ὡς ἀνωτέρω 'Παλλάδος φραδαῖς'* (v. 667). SCHOL. Recte is *αἷμα* intellexit *φόνον*, non 'progeniem' ut alius scholiasta, qui *δοκεῖ Ἀθηνᾶ συμπρᾶξαι τῷ Κάδμῳ κατὰ τῶν σπαρτῶν* adnotavit.

V. 1063 sq. *Καδμείαν μέριμναν ὁρμήσασ' ἐπ' ἔργον*] Quod dixit scholiasta hoc positum videri pro Cadmo *περιφραστικῶς*, commemoro ea ratione hanc ob causam hic usum videri Euripidem, quod Cadmi quae erat meditatio eam exsequendam curavit Minerva, et sic cum Cadmum adduceret ad perficiendum *consilium* suum, non tam ipsum *hominem*, quam eius meditationem ad agendum adduxisse videatur.

V. 1065 sq. *γᾶν συναλλαγαῖσι* scripsi. Libri habent *γᾶν ἁρπαγαῖσι*. Vulgatur de Battieri coniectura *γαῖαν ἁρπαγαῖσι*. Quid sit *ἁρπαγαῖσι δαιμόνων* vel si *δαιμόνων τις ἄτα* coniunxeris, quid velit simplex *ἁρπαγαῖσι*, haud facile dixeris. Nam quod schol. interpretatur *καὶ γὰρ ἡ Σφὶγξ ἥρπαζεν, ὁ δὲ Μενοικεὺς πέπονθέ τι ὅμοιον ἁρπαγῇ*, nihil valet. De *δαιμόνων συναλλαγαῖς* i. e. 'deorum interventu', ut calamitas divinitus immissa dicatur, cfr. Soph. O. R. 34 *ἀνδρῶν τε πρῶτον ἔν τε συμφοραῖς βίου κρίνοντες ἔν τε δαιμόνων ξυναλλαγαῖς.*

V. 1067. *ὠή, τίς ἐν πύλαισι δωμάτων κυρεῖ;*] Fuerunt, qui cum alias, tum hoc in loco *τὶς — κυρεῖ;* ut id esset: 'num quis est?' scribere vellent, quos recte confutavit Matth. § 487, 6 p. 913 ed. 'II. Nam in domo regia quaeri non potuisse, num quis adesset, sed quis eorum, qui ibi solerent custodire, famulorum adesset.

V. 1069 sq. *διὰ μακροῦ μέν, ἀλλ' ὅμως ἔξελθ'*] *Βραδέως μὲν ἐξέρχῃ, ὅμως δὲ ἔξελθε.* SCHOL.

ἔξελθ', ἄκουσον, Οἰδίπου κλεινὴ δάμαρ,
λήξασ' ὀδυρμῶν πενθίμων τε δακρύων.
ΙΟ. ὦ φίλτατ', οὔ που ξυμφορὰν ἥκεις φέρων
Ἐτεοκλέους θανόντος, οὗ παρ' ἀσπίδα
βέβηκας αἰεὶ πολεμίων εἴργων βέλη;
[τί μοί ποθ' ἥκεις καινὸν ἀγγελῶν ἔπος;]
τέθνηκεν ἢ ζῇ παῖς ἐμός; σήμαινέ μοι.
ΑΓΓ. ζῇ, μὴ τρέσῃς τόδ', ὥς σ' ἀπαλλάξω φόβου.
ΙΟ. τί δ', ἑπτάπυργοι πῶς ἔχουσι περιβολαί;
ΑΓΓ. ἑστᾶσ' ἄθραυστοι, κοὐκ ἀνήρπασται πόλις.
ΙΟ. ἦλθον δὲ πρὸς κίνδυνον Ἀργείου δορός;
ΑΓΓ. ἀκμήν γ' ἐπ' αὐτήν· ἀλλ' ὁ Καδμείων Ἄρης
κρείσσων κατέστη τοῦ Μυκηναίου δορός.
ΙΟ. ἕν εἰπὲ πρὸς θεῶν, εἴ τι Πολυνείκους πέρι
οἶσθ', ὡς μέλει μοι καὶ τόδ', εἰ λεύσσει φάος.

V. 1072. *οὔ που*] Sic emendavit Hartungius. Libri habent *ἦ που*. Cfr. Hel. 135, 600, El. 235, 630, Herc. 1101, Iph. A. 670, Iph. T. 930, Med. 695. Horum locorum compluribus vel *ἦ που* in libris legitur pro *οὔ που* vel ita variant libri, ut alii *οὔ που* (*πω*), alii *ἦ που* habeant. Vide ad Herc. 1101, ad Med. 695.

V. 1075. Annotationem scholiastae *ἐν τοῖς πολλοῖς ἀντιγράφοις οὐ φέρεται ὁ στίχος οὗτος* ad v. 1074 adscriptam ad hunc versum referendam esse vidit Valckenarius. Inutilis est versus post ea quae praecedunt meliusque Iocasta continuat interrogationem de filio. Quod autem Zippererus versum ante v. 1072 transponendum suspicatur, id ipsa annotatione scholiastae dissuadetur.

V. 1077. *μὴ τρέσῃς τόδ'*] Quod formula *μὴ τρέσῃς* saepe sine casu apud Euripidem ponitur, veluti in Alc. 328. Heracl. 654, 715, Porsonus hoc quoque loco restitui id posse putavit, ut pro *τόδ'* scriberetur *τοῦδ'* idque pertineret ad *φόβου*, ut in Eurip. Hec. v. 869 diceretur: *ἐγώ σε θήσω τοῦδ' ἐλεύθερον φόβου* et in Sophoclis fragm. 689 *θάρσει· μέγας σοι τοῦδ' ἐγὼ φόβου μοχλός*. Adde Soph. Oed. R. 1002 *τί δῆτ' ἐγὼ οὐχὶ τοῦδε τοῦ φόβου σ', ἄναξ, . . ἐξελυσάμην;* Id, quamquam postea in cod. Harl. invenit Porsonus, tamen et ipse et ceteri critici iure veriti sunt recipere, cum ceterorum librorum auctoritas ipsa quoque bonam sententiam habeat et pronominis *τοῦδ'* collocatio minus apta ad h. l. esse videatur. Ceterum de tota constructione A. Matthiaeus rectissime praecepit: *ὡς* h. l. non est 'nam', sed dictum ut supra v. 997 *ὡς οὖν ἂν εἰδῆτ', εἶμι καὶ σώσω πόλιν*. Sensus est igitur: 'vivit; ne time, quod dico, ut te hoc timore liberem'.

V. 1078. *ἑπτάπυργοι — περιβολαί*] *Περιβολή* est 'quidquid circumiectum est alicui rei'. Sic in Ione 1133 commemorantur *περιβολαὶ σκηνωμάτων*. Hoc autem loco sunt circumiecti muri, septem turribus, in quibus totidem portae erant, praediti. Hinc *ἑπτάπυργοι* fere idem sibi vult, quod *ἑπτάπυλοι*, quod in cod. L e glossemate falso receptum est.

V. 1080. *ἦλθον*] I. e. *οἱ Θηβαῖοι*, qui facile ex eis quae praecedunt intelleguntur.

V. 1084. *ὡς μέλει μοι καὶ τόδ'*,

ΑΓΓ. ζῇ σοι ξυνωρὶς εἰς τόδ' ἡμέρας τέκνων.
ΙΟ. εὐδαιμονοίης. πῶς γὰρ Ἀργείων δόρυ
πυλῶν ἀπεστήσασθε πυργηρούμενοι;
λέξον, γέροντα τυφλὸν ὡς κατὰ στέγας
ἐλθοῦσα τέρψω, τῆσδε γῆς σεσωμένης.
ΑΓΓ. ἐπεὶ Κρέοντος παῖς ὁ γῆς ὑπερθανὼν
πύργων ἐπ' ἄκρων στὰς μελάνδετον ξίφος
λαιμῶν διῆκε τῇδε γῇ σωτήριον,
λόχους ἔνειμεν ἑπτὰ καὶ λοχαγέτας
πύλας ἐφ' ἑπτά, φύλακας Ἀργείου δορός,
σὸς παῖς, ἐφέδρους θ' ἱππότας μὲν ἱππόταις
ἔταξ', ὁπλίτας δ' ἀσπιδηφόροις ἔπι,
ὡς τῷ νοσοῦντι τειχέων εἴη δορὸς
ἀλκὴ δι' ὀλίγου. περγάμων δ' ἀπ' ὀρθίων
λεύκασπιν εἰσορῶμεν Ἀργείων στρατὸν
Τευμησὸν ἐκλιπόντα· καὶ τάφρου πέλας

εἰ λεύσσει φάος] Sententia horum verborum haec est: 'Nam curae mihi est hoc quoque, salvusne sit Polynices', praeter id quod de Eteocle quaesivi. Falso haec intellexit G. Hermannus, qui *καὶ τόδε* tum demum recte dici posse existimavit, si de uno Polynice iam aliud quaesivisset Iocasta. Quod cum minime reciperet hic locus, scribendum ille putavit: *ὡς μέλει καὶ τοὐδέ μοι λεύσσειν φάος*, coniectura minime necessaria.

V. 1085. *ζῇ σοι ξυνωρὶς εἰς τόδ' ἡμέρας τέκνων*] Cfr. Med. 1145 *πρὶν μὲν τέκνων σῶν εἰσιδεῖν ξυνωρίδα*. Infra v. 1618 *εὔτεκνος ξυνωρίς*. — De locutione *εἰς τόδ' ἡμέρας* vide ad v. 425.

V. 1086. *πῶς γάρ*] Iocasta requirit explicationem eorum quae audivit. Nos eum nexum sententiarum reddimus vocabulis 'ja wie'.

V. 1087. *πυργηρούμενοι*] Idem verbum habes in Aeschyli Sept. v. 22 et rursus apud Euripidem in Oreste v. 762, 1574.

V. 1089. *σεσωμένης* scripsi pro *σεσωσμένης*. Vide Cur. epigraph. p. 60 sq.

V. 1091. *μελάνδετον ξίφος*] Cfr. Hom. *O* 713 *φάσγανα καλὰ μελάνδετα κωπήεντα*, Aesch. Sept. 43 *μελάνδετον σάκος*.

V. 1094. *φύλακας Ἀργείου δορός*] *Ἐπιτηρητὰς καὶ ἀποσοβητὰς τῶν πολεμίων*. SCHOL.

V. 1095. *ἐφέδρους θ'*] *θ'* addidit Valckenarius. — *Ἐφέδρους*, quod in proximo versu nuda praepositione *ἐπί* repetitur, significat subsidiarios.

V. 1097 sq. *ὡς τῷ νοσοῦντι — δι' ὀλίγου*] 'Ut ei parti moenium, quae maxime premeretur ab hostibus, arma auxilio ex propinquo succedere possent.'

V. 1098. *περγάμων δ' ἀπ' ὀρθίων*] Vide Androm. v. 10 cum annot. Pflugk.

V. 1099. *λεύκασπιν Ἀργείων στρατόν*] Cfr. Aesch. Sept. 89 *λευκοπρεπὴς λεώς*, Soph. Ant. 106 *τὸν λεύκασπιν Ἀργόθεν φῶτα βάντα πανσαγίᾳ*.

V. 1100. *Τευμησὸν ἐκλιπόντα*] *Τευμησσός, ὄρος Βοιωτίας, ἀντὶ τοῦ τὴν τῷ Τευμησσῷ παρακειμένην χώραν. ἐπεὶ πῶς ὁρᾶν ἠδύναντο πλέον ἑκατὸν σταδίους τοῦ Τευμησσοῦ ἀφεστηκότος τῶν Θηβῶν; ἢ οὐκ ἐκλιπόντα, ἀλλ' ἤδη καταλιπόντα;* SCHOL. Hoc postremum verius est. Argivo-

δρόμῳ συνῆψεν ἄστυ Καδμείας χθονός.
παιὰν δὲ καὶ σάλπιγγες ἐκελάδουν ὁμοῦ
ἐκεῖθεν ἔκ τε τειχέων ἡμῶν πάρα.
καὶ πρῶτα μὲν προσῆγε Νηίσταις πύλαις
λόχον πυκναῖσιν ἀσπίσιν πεφρικότα

rum exercitus castra ceperat in superiore loco in monte Teumesso, quem nunc reliquerat, ut ad urbem propius accederet. De Teumesso vide praeter Pausaniam lib. IX cap. 19 § 1 et quae ad eum locum annotavit C. G. Siebelis Vol. IV p. 60, Stephanum Byzantium s. v. p. 276, 16 ed. Westerm.

V. 1100 sq. *τάφρον πέλας δρόμῳ συνῆψεν ἄστυ*] *Τάφρος* teli iactum vel etiam longius a muris distabat, unde Adrastus mox repulsum a muris exercitum *ἔξω τάφρου καθῖσεν* v. 1188. Hinc loci huius sententia elucescit, Argivos cum ad *τάφρον* sive intra teli iactum venissent, reliquum spatium cursu confecisse, quo celerius muris succederent. MUSGRAV. *συνῆψεν ἄστυ* scil. *ἑαυτῷ* est: 'urbem sibi contiguam fecit' i. e. 'muris ipsis successit'. Paleius v. 1101 delet, Schenkelius vult *δρόμῳ συνῆνεν ἄστυ*.

V. 1104 sq. *Νηΐσταις πύλαις*] Libri *Νηΐταις*. Apud Aeschylum quoque Sept. ad Theb. 460 libri *Νηΐτισι* et *Νηΐτῃσι*. Hanc vero scripturam Ungerus in Paradoxis Thebanis Vol. I p. 310 sqq. tam docte impugnavit, ut iam non videatur dubitandum esse, quin *Νηΐσται* sive Boeotorum lingua *Νήϊτται* dicta fuerit ea porta. Nam nec *Νηΐται* quid significet, aut qua ratione defendi possit apparet, et maxime verisimile est, quod ille p. 334 et 343 monuit, *Νηΐστας* dictas esse ab situ, sicut *Ὑψίστας*. Praeterea affert, quod apud Pausaniam, apud quem IX 8, 4 libri MSS. *Νῆσας* et *Νήσας* habent, in eiusdem libri c. 25, 1, 4 aliquot codices *Νηϊστῶν* corruptumque ex eo *Νηϊετῶν* praebent, eandemque scripturam apud Statium quoque Theb. VIII 343 in duobus codicibus esse inventam'. [Addidit vir summus in vett. edd. et duobus libris Dresdensibus eandem haberi scripturam. Tum pergit.] 'Statius igitur aperte Neistas testatur'. Aliud argumentum, cui plurimum tribuit Ungerus, non satis firmum est, Hesychii glossa, quae ad hunc ipsum Euripidis versum spectat: *Νηΐσι, ταῖς πύλαις ταῖς πρώταις καὶ τελευταίαις*. Nam codex inter *Νηΐθῃ* et *νήϊον* habet *Νήϊϊ, ταῖς πύλαις*, ut Hesychium appareat apud Euripidem aut *Νηΐταις* aut *Νηΐτταις* scriptum invenisse. Id autem ille interpretatus erat non: *ταῖς πρώταις καὶ τελευταίαις*, sed: *ταῖς κατωτάταις καὶ τελευταίαις*, sicuti paulo inferius *νήϊστα· κατώτατα, ἔσχατα*, et supra *νειάτη· κατωτάτη, ἐσχάτη*. Ab situ etiam portae isti nomen inditum esse vera inter falsas fama prodidit apud scholiastam Euripidis: *ἢ ἀπὸ Νηΐδος τῆς Ἀμφίονος καὶ Νιόβης ἢ ἐπεὶ νέαταί εἰσιν. ὁ δὲ Φερεκύδης ἀπὸ Νηΐδος τῆς Ζήθου θυγατρός*. Similia tradidit Pausanias IX 8, 4. Itylum et Neidem a Zetho et Aedone procreatos memorat etiam scholiastes Homeri ad *τ* 518. Ex his consequitur verum portae istius nomen esse *Νηΐστας*, ut, si quidquam sit, quo quis *Νηΐτας* possit defendere, statuendum sit acceptum id esse a poetis cyclicis, qui quas Boeoti *Νηΐττας* vocabant, cum id pro nomine proprio haberent, ipsi quoque *Νηΐττας* vel *Νηΐτας* appellaverint. G. HERMANN.

V. 1105. *πεφρικότα· ἐξορθούμενον ταῖς ἀσπίσιν, ὡς τό* (Hom. *N* 339) '*Ἔφριξεν δὲ μάχη φθισίμβροτος ἐγχείῃσιν.*' SCHOL.

ὁ τῆς κυναγοῦ Παρθενοπαῖος ἔκγονος,
ἐπίσημ' ἔχων οἰκεῖον ἐν μέσῳ σάκει,
ἐκηβόλοις τόξοισιν Ἀταλάντην κάπρον
χειρουμένην Αἰτωλόν. εἰς δὲ Προιτίδας
πύλας ἐχώρει σφάγι' ἔχων ἐφ' ἅρματι
ὁ μάντις Ἀμφιάραος, οὐ σημεῖ' ἔχων
ὑβρισμέν', ἀλλὰ σωφρόνως ἄσημ' ὅπλα.
Ὠγύγια δ' εἰς πυλώμαθ' Ἱππομέδων ἄναξ
ἔστειχ' ἔχων σημεῖον ἐν μέσῳ σάκει
στικτοῖς Πανόπτην ὄμμασιν δεδορκότα,

V. 1106. *Παρθενοπαῖος*] Vide quae supra ad v. 150 annotavimus.

V. 1110. Cfr. v. 174.

V. 1111. *οὐ σημεῖ' ἔχων κτἑ.*] Cfr. Aeschyli Sept. v. 590 sq. *Τοιαῦθ' ὁ μάντις ἀσπίδ' εὔκυκλον νέμων Πάγχαλκον ηὔδα, σῆμα δ' οὐκ ἐπῆν κύκλῳ.*

V. 1112. *ὑβρισμέν'*] Quia *ὑβρίζειν* significat: 'contumelia afficere aliquem', hoc non solum tum recte dicitur, si cui homini affers contumeliam, verum etiam ita, si rem ita afficis et quasi instruis contumelia, ut ipsa contumeliae vel dicam superbiae ac nimii luxus speciem prae se ferat, ut hoc loco dicuntur *σημεῖα ὑβρισμένα*, tum in Xenophontis Disciplina Cyri lib. II cap. 4 § 5 *ὁ δ' εἰσῄει πρὸς τὸν Κυαξάρην ἐν τῇ Περσικῇ στολῇ, οὐδέν τι ὑβρισμένῃ* et in Aeliani Var. hist. lib. I cap. 31 de donis, quae Persae regi offerunt: *οὐδέν τι τῶν ὑβρισμένων οὐδὲ τῶν ἄγαν πολυτελῶν προσφέρουσιν, ἀλλ' ἢ βοῦς ἢ ὄϊς ἢ δὴ σῖτον καὶ οἶνον ἄλλοι.* Vide quae Hutchinsonus disputavit ad Xenoph. l. l. p. 148 ed. Poppo.

V. 1115. *στικτοῖς Πανόπτην ὄμμασιν δεδορκότα κτἑ.*] Id pertinere ad Argum cum veteres, tum recentiores grammatici facile agnoverunt, sed tamen negavit G. Hermannus recte omissum h. l. videri ipsum Argi nomen. Iniuria, opinor. Nam quamquam alia quadam significatione vocis *πανόπτης* Iuppiter quoque et Sol dicebatur, et fortasse etiam in ipso Argo antiquitus *πανόπτης* vocabulum aliam non habuit significationem atque in Iovis vel Solis persona, tamen eo tempore, quo ista de Argo variis oculis praedito fabula orta et exornata erat, *πανόπτης* alia quadam significatione verbi ita dicebatur, ut eum denotaret, qui variis et in toto corpore sparsis oculis praeditus erat. Hoc igitur praedicatum cum unius illius Argi proprium videri posset, nihil impediebat, quominus quasi nomen proprium usurparetur, praesertim ibi, ubi e totius loci ratione facile agnosceretur propria ista Argi significatio vocis, uti hoc loco e verbis *στικτοῖς ὄμμασιν δεδορκότα* eoque minus, quia iam veteres scriptores hoc confirmare videntur, ut si Apollodorus II 1, 2 dicit *τούτου Ἄργος ὁ Πανόπτης λεγόμενος*, ut recte scripsit Heynius, et in imagine Argi apud Panofkam in commentat. acad. Berol. 1837 de Argo Panopte tab. III 2 depicta litterae *ΠΑΝΟΠ* personam indicant. Cfr. etiam Aristoph. Eccl. 80 *τὴν τοῦ Πανόπτου διφθέραν ἐνημμένος*, ad quem locum schol. adnotavit: *τοῦ τὴν Ἰὼ φυλάττοντος. αἰνίττεται δὲ ὡς ὄντος αὐτοῦ δεσμοφύλακος. ἀναφέρει δὲ τοῦτον ἐπὶ τὸν παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἰνάχῳ Ἄργον.* Sic credo etiam non addito novo, quem voluit Hermannus, versu in voce *Πανόπτης* Argum illum facile agnosci posse. Nam quod scho-

[τὰ μὲν σὺν ἄστρων ἐπιτολαῖσιν ὄμματα
βλέποντα, τὰ δὲ κρύπτοντα δυνόντων μέτα,
ὡς ὕστερον θανόντος εἰσορᾶν παρῆν].
Ὁμολωίσιν δὲ τάξιν εἶχε πρὸς πύλαις
Τυδεύς, λέοντος δέρος ἔχων ἐπ' ἀσπίδι
χαίτῃ πεφρικός· δεξιᾷ δὲ λαμπάδα
Τιτὰν Προμηθεὺς ἔφερεν ὡς πρήσων πόλιν.

liastae ad h. l. hunc *Πανόπτην* appellant *κύνα*, id omissi versus suspicionem non potest movere. Denique quod vir summus e scholiastae verbis: *τῆς Ἀργείας βοός* aliquid praesidii petivit suae rationi, illis verbis *εἰς γὰρ τεκμήριον τῆς πατρίδος σημεῖον στικτὸν ἔφερε τῆς Ἀργείας βοὸς φύλακα* explicat scholiasta, nihil aliud quam quae recordatione v. 1107 addit: *οἰκεῖον δὲ ὁ Ἱππομέδων σημεῖον εἶχεν ἐγγεγραμμένον*. Quocirca necesse est intellegi causam, quamobrem inferas talem versum, qualem interposuit Hermannus: *τῆς Ἰνάχου κύν' Ἄργον Ἀργείας βοός* vel Hartungius: *τὸν τῆς βοός ποτ' Ἄργον Ἀργείας κύνα*, plane nullam esse. Quod autem praeterea in hoc versu notarunt critici *στικτοῖς* vocabulum, id ipsum quoque non ita comparatum est, ut aut falsum per se sit aut Euripidi inde reprehensio parari possit. Nam quod oculi in corpore illius Panoptae quasi puncta varie positi erant, recte dixit poeta *στικτοῖς — ὄμμασιν δεδορκότα*, quod Euripidi non minus hic dicere licuit, quam Aeschylo in Prom. 679 in simili re *πυκνοῖς ὄσσοις δεδορκώς*. Illud enim est 'crebris oculis', hoc 'oculis hic illic quasi interpunctione facta positis'.

V. 1116 sqq. De versibus 1116—1118, quos post Valckenarium Bergkius in suspicionem vocavit, novissime fusius disputaverunt Clemmius in Philol. vol. XXX (1870) p. 137 sqq. et Zippererus l. c. p. 51 sqq. Spurii autem versus cognoscuntur et sensu inepto et ratione grammatica. *Nam emendationes* Heimsoethi et Kirchhoffi quibus utrumque corrigitur, *στικτοῖς πανόπτην ὄμμασιν βοὸς κύνα, Τὰ μὲν σὺν ἄστρων ἐπιτολαῖς δεδορκότα Ἔχοντα, τὰ δ' ἀγρυπνοῦντα δυνόντων μέτα*, neque probabilitatem habent neque omnia sanant. Iam enim dativi *στικτοῖς ὄμμασιν* ratio difficilis est ad explicandum nec res ipsa quae de Hippomedontis clipeo praedicatur, ineptiis caret.

V. 1120. *λέοντος δέρος ἔχων*] Quod pellis suis Tydei, leonis autem Polynicis propria fuisse putabatur, haec ipsa verba Eustathius ad Iliad. *δ* p. 485, 5 errore ad Polynicem transtulit. Vide A. F. Naeki Opusc. philol. Vol. I p. 115 sqq.

V. 1122. *Τιτὰν Προμηθεὺς ἔφερεν, ὡς πρήσων πόλιν*] Cum vett. edd. assumerent *ὡς* particulam ad seq. *πρήσων πόλιν*, recentiores editores ad voc. *Τιτὰν Προμηθεὺς* rettulerunt, quod saepius sic *ὡς* particula a suo nomine distracta est. Quamquam altera ratio, quam iam scholiastas quosdam praeter priorem illam rationem iniisse video, ut *ὡς* ad *πρήσων* assumas, verba autem *Τιτὰν Προμηθεύς* ita ad Tydeum apposita statuas, ut purum putum Prometheum in Tydei persona habeamus, per se falsa non est, quin etiam poeticam magis et faciliorem sententiam habere videtur, cum *ὡς* ad seq. rectissime accedat, ut v. 1155. Ceterum rem paulo aliter adumbravit in Capanei persona Aeschylus Sept. v. 432 sqq. *Ἔχει δὲ σῆμα γυμνὸν ἄνδρα πυρφόρον, Φλέγει δὲ λαμπὰς διὰ χεροῖν ὡπλισμένη· Χρυσοῖς δὲ φωνεῖ γράμμασιν 'πρήσω πόλιν'*. De

ὁ σὸς δὲ Κρηναίαισι Πολυνείκης πύλαις
Ἄρη προσῆγε· Ποτνιάδες δ' ἐπ' ἀσπίδι
ἐπίσημα πῶλοι δρομάδες ἐσκίρτων φόβῳ,
εὖ πως στρόφιγξιν ἔνδοθεν κυκλούμεναι
πόρπαχ' ὑπ' αὐτόν, ὥστε μαίνεσθαι δοκεῖν.
ὁ δ' οὐκ ἔλασσον Ἄρεος εἰς μάχην φρονῶν
Καπανεὺς προσῆγε λόχον ἐπ' Ἠλέκτραις πύλαις·
σιδηρονώτοις δ' ἀσπίδος τύποις ἐπῆν
γίγας ἐπ' ὤμοις γηγενὴς ὅλην πόλιν
φέρων μοχλοῖσιν ἐξανασπάσας βάθρων,
ὑπόνοιαν ἡμῖν οἷα πείσεται πόλις.
ταῖς δ' ἑβδόμαις Ἄδραστος ἐν πύλαισιν ἦν,

Promethei imagine comparavit Musgravius Soph. Oed. Col. v. 56 *ἐν δ' ὁ πυρφόρος θεὸς Τιτὰν Προμηθεύς* et Philostrati vocem: *ἰὼ Προμηθεῦ δᾳδοῦχε καὶ πυρφόρε.* Vide etiam Pausaniae lib. I cap. 30 § 2 cum ann. interpp. Sententiae unius ex scholiastis, qui praeter pellem leonis Prometheum in clipeo pictum fuisse putat, obstat et res ipsa et *δεξιᾷ* in principio positum.

V. 1124 sq. *Ποτνιάδες δ' ἐπ' ἀσπίδι ἐπίσημα πῶλοι, κτέ.*] *Γλαῦκον τὸν Σισύφου φασὶν ἔχειν ἵππους οὕτω λυττώσας, ὡς καὶ αὐτὸν ὕστερον Γλαῦκον καταφαγεῖν. ἔτρεφε δὲ ἐν Ποτνίαις, πόλει τῆς Βοιωτίας, ὅθεν καὶ τοὔνομα ἔσχον αἱ ἵπποι Ποτνιάδες. Εἶχε δὲ αὐτὰς ἐπίσημον Πολυνείκης ἐπὶ τῆς ἀσπίδος ἐν μέσῳ τῷ ὀμφαλῷ χαλκᾶς, οὕτως ὑπὸ μηχανῆς κατεσκευασμένας, ὥστε τοῖς ὑποκάτω τῆς ἀσπίδος ἱμᾶσι κινουμένας δοκεῖν μαίνεσθαι καὶ φόβον ποιεῖν τοῖς ὁρῶσιν.* SCHOL. Ceterum in hoc quoque loco Aeschylum in Sept. v. 491 sqq. praeivisse Euripidi recte iam observavit Valckenarius. — De dativo *φόβῳ* vide ad v. 225.

V. 1126. *εὖ πως*] 'praeclare nescio quo modo'. Cfr. infra v. 1466 *εὖ δέ πως προμηθίᾳ Καθῆστο Κάδμου λαὸς ἀσπίδων ἔπι* et Hippol. 477 *νοσοῦσα δ' εὖ πως τὴν νόσον καταστρέφου.*

Ibid. *στρόφιγξιν ἔνδοθεν κυκλούμεναι*] Machinis quibusdam cum umbone introrsus coniunctis equi circumagebantur sub ipsum umbonem sive circa umbonem.

V. 1131. *γίγας ἐπ' ὤμοις γηγενής*] Lusus in verbo ut supra v. 128 *γίγαντι γηγενέτᾳ προσόμοιος.*

V. 1132. *βάθρων*] Libri *βίᾳ* exhibent, sed A cum *γρ. βάθρων· θεμελίων.*

V. 1133. *ὑπόνοιαν ἡμῖν οἷα πείσεται πόλις*] Poeta indicat, quid spectans Capaneus istud signum in clipeo habuerit. Quocirca necesse est intellegi aptissimum hunc versum esse ac nullo modo pro suppositicio haberi posse, qua in opinione fuit Valckenarius. De ratione grammatica cfr. Or. 1105 *Ἑλένην κτάνωμεν, Μενέλεῳ λύπην πικράν;* et supra ad v. 212 sq.

V. 1134. *ταῖς δ' ἑβδόμαις κτέ.*] De septem Thebarum portis quinque praecipui auctores, Aeschylus, Euripides, Apollodorus, Pausanias, Statius (Hygini enim nullam rationem habemus), non omnino eadem tradunt. Maxima est in Apollodoro difficultas, qui inter Ogygias portas et Oncaïdas aperte distinguit. Oncaïdas et Ogygias easdem portas vocari auctor est Hesychius: *Ὄγκας Ἀθήνας· τὰς Ὠγυγίας πύλας λέγει.* Oncaïdas memorat Aeschylus, non Ogygias; Ogygias, non Oncaïdas Euripides, Pausanias, Statius. Quas omittit Apollodo-

ἑκατὸν ἐχίδναις ἀσπίδ' ἐκπληροῦν γραφῇ
ὕδρας ἔχων λαιοῖσιν ἐν βραχίοσιν
Ἀργεῖον αὔχημ'· ἐκ δὲ τειχέων μέσων
δράκοντες ἔφερον τέκνα Καδμείων γνάθοις.
παρῆν δ' ἑκάστου τῶνδέ μοι θεάματα
ξύνθημα παραφέροντι ποιμέσιν λόχων.
καὶ πρῶτα μὲν τόξοισι καὶ μεσαγκύλοις
ἐμαρνάμεσθα σφενδόναις θ' ἑκηβόλοις
πέτρων τ' ἀραγμοῖς· ὡς δ' ἐνικῶμεν μάχῃ,
ἔκλαγξε Τυδεὺς χὠ σὸς ἐξαίφνης γόνος·
„ὦ τέκνα Δαναῶν, πρὶν κατεξάνθαι βολαῖς,
τί μέλλετ' ἄρδην πάντες ἐμπίπτειν πύλαις,
γυμνῆτες ἱππῆς ἁρμάτων τ' ἐπιστάται“;
ἠχῆς δ' ὅπως ἤκουσαν, οὔτις ἀργὸς ἦν·
πολλοὶ δ' ἔπιπτον κρᾶτας αἱματούμενοι,
ἡμῶν τ' ἐς οὖδας εἶδες ἂν πρὸ τειχέων

rus, Neïtas [Neïstas], ceteri omnes habent. Quid, si ponamus Apollodorum scripsisse primo τὰς Ὠγυγίας ἢ Ὀγκαΐδας, deinde τὰς Νηΐτας suo loco, sed Ὀγκαΐδας omissum, postea in margine repositum, sede sua alterum illud expulisse? Porro Hebdomae non sunt proprium portarum nomen, sed Aeschylus et Euripides, sex portis iam nomine designatis, ultimas commemorare supersederunt. Schol. *Τινές φασι τὰς ἑβδόμας πύλας Βοιωτίας καλεῖσθαι ἀπὸ Βοιωτοῦ, τοῦ Ποσειδῶνος καὶ τῆς σοφῆς Μελανίππης, ἀφ' οὗ πᾶσα καὶ ἡ Βοιωτία ἐκλήθη.* His positis portarum nomina sic distribuo: 1. *Προιτίδες.* 2. *Ἠλέκτραι.* 3. *Νήϊται* [*Νήϊσται*]. 4. *Ὀγκαΐδες ἢ Ὠγύγιαι.* 5. *Βόρραιαι ἢ Ὕψισται ἢ Βοιωτίαι.* 6. *Ὁμολωΐδες.* 7. *Κρηναῖαι ἢ Διρκαῖαι.* PORSONUS. De his vide nunc copiosius disputantem Ungerum in Parad. Theb. Vol. I lib. III p. 253 sqq.

V. 1135. *ἐκπληροῦν*] Sic scripsit Geelius pro eo quod libri habent *ἐκπληρῶν*. Iam construi quidem verba possunt: *ἔχων λ. ἐν βραχίοσιν Ἀργεῖον αὔχημα ὕδρας ἐκπληροῦν ἀσπίδα ἑκατὸν ἐχίδναις γραφῇ.* Sed oratio commoda dici non potest et verba *Ἀργεῖον αὔχημα* in appositione aptiora sunt. Locus videtur interpolatus Euripidesque haec scripsisse: *ἑκατὸν ἐχίδναις ἀσπίδ' ἐκπληρῶν ὕδρας, Ἀργεῖον αὔχημ'.* De re comparaverunt interpretes Vergili Aen. VII 656 sqq.: *Ostentat equos satus Hercule pulchro Pulcher Aventinus clipeoque insigne paternum Centum angues cinctamque gerit serpentibus hydram.* Sili Ital. II 158 sq.: *Centum angues idem Lernaeaque monstra gerebat In clipeo et sectis geminam serpentibus hydram.*

V. 1139. *παρῆν δ' ἑκάστου· παρῆν δὲ ἐμοὶ ἡ ὄψις ἑκάστου τούτων.* SCHOL.

V. 1140. *ποιμέσιν λόχων*] Cfr. Supplic. 674, ubi habentur *ποιμένες ὄχων τετραόρων.*

V. 1143. *πέτρων* scripsi pro *πετρῶν.* Nam *πέτρα* rupis est.

V. 1146. *ἄρδην πάντες*] Cfr. Aristoph. Thesm. 274 *ὄμνυμι τοίνυν πάντας ἄρδην τοὺς θεούς* et quae ad Hec. 887 annotavit Pflugkius.

V. 1150 sq. *ἡμῶν τ' ἐς οὖδας — ἐκπεπνευκότας*] Satis mirari

πυκνοὺς κυβιστητῆρας ἐκπεπνευκότας,
ξηρὰν δ' ἔδευον γαῖαν αἵματος ῥοαῖς.
ὁ δ' Ἀρκάς, οὐκ Ἀργεῖος, Ἀταλάντης γόνος
τυφὼς πύλαισιν ὥς τις ἐμπεσὼν βοᾷ
πῦρ καὶ δικέλλας, ὡς κατασκάψων πόλιν·
ἀλλ' ἔσχε μαργῶντ' αὐτὸν ἐναλίου θεοῦ
Περικλύμενος παῖς λᾶαν ἐμβαλὼν κάρᾳ
ἁμαξοπληθῆ, γεῖσ' ἐπάλξεων ἄπο·
ξανθὸν δὲ κρᾶτα διεπάλυνε καὶ ῥαφὰς
ἔρρηξεν ὀστέων, ἄρτι δ' οἰνωπὸν γένυν
καθῃμάτωσεν· οὐδ' ἀποίσεται βίον

non possum, quod aliquot editores omnium librorum ac scholiastarum auctoritatem *ἐκπεπνευκότας* postposuerunt Marklandi coniecturae ad Suppl. 692, quam probaverat Valckenarius ad Hippol. 822, *ἐκνενευκότας*. Nimirum non viderunt *ἐς οὖδας* coniungendum esse cum *κυβιστητῆρας* ut si dicatur *ἐς οὖδας κυβιστῶντας*. Itaque in memoria librorum omnia integra sunt, *ἐκνενευκότας* autem parum aptum.

V. 1153. *ὁ δ' Ἀρκάς, οὐκ Ἀργεῖος*] Parthenopaeum Arcadia oriundum educatum esse Argis etiam Aeschylus in Sept. v. 548 et ipse Euripides in Suppl. 890 dixerunt. Id hic quoque significatur, sed cum dicat poeta *οὐκ Ἀργεῖος*, suspicio est fuisse, qui eum etiam natum Argis putaverint. G. HERM. Schenkelius interpretatur: 'non Argivus, ut ex vestimento et armis quis suspicetur'. Bene autem Schoenius coniecit *ὁ δ' Ἀρκὰς ὢν κἀργεῖος*, quod Nauckius memoriae librorum magis accommodavit his: *ὁ δ' Ἀρκὰς αὖ κἀργεῖος*. Sic Parthenopaeus in Arcadia natus, educatione Argivus factus agnoscitur.

V. 1154 sq. *βοᾷ πῦρ καὶ δικέλλαν κτέ.*] Id est: 'clamando postulat flammam atque bidentes, quasi eversurus urbem'.

V. 1156 sq. *ἐναλίου θεοῦ Περικλύμενος παῖς*] Apollodorus *Bibl.* III 6, 8 *Ἀμφίδικος δὲ* [*ἀπέκτεινε*] *Παρθενοπαῖον. ὡς δὲ Εὐριπίδης φησί, Παρθενοπαῖον ὁ Ποσειδῶνος παῖς Περικλύμενος ἀπέκτεινε.* Pro nomine *Ἀμφίδικος* apud Pausaniam IX 18, 4 est *Ἀσφόδικος*. A Dryante occisum Parthenopaeum tradit Statius Theb. IX 842 sqq. Euripides Antimachi Thebaidem secutus est, ut colligi potest e Pausaniae l. l. Cfr. schol. ad h. l.: *Πρὸς ταῖς Κρηναίαις πύλαις φησὶ τὸν Παρθενοπαῖον ὑπὸ τοῦ Περικλυμένου λιθοβοληθῆναι Ἀριστόδημος.*

V. 1158. *γεῖσ' ἐπάλξεων ἄπο*] Illud saxum dicitur fuisse pinna a propugnaculis avulsa. In quam rem comparaverunt interpretes Orest. v. 1569 sq. *ἢ τῷδε θριγκῷ κρᾶτα συνθραύσω σέθεν ῥήξας παλαιὰ γεῖσα, τεκτόνων πόνον*, tum Thucyd. III 22 *κατέβαλέ τις — ἀντιλαμβανόμενος ἀπὸ τῶν ἐπάλξεων κεραμίδα*, Lucretium VI 240 *avellere tigna trabesque et monumenta virum demoliri*, Vergilium Aen. II 445 *Turres ac tecta domorum Culmina convellunt*, Statium Theb. X 528 *Saxaque in adversos ipsis avulsa rotabant Moenibus.* Ceterum hic versus in optimo libro omissus a suspicione non alienus est.

V. 1159. *διεπάλυνε· διέσχισε, εἰς λεπτὰ διέχεε.* SCHOL. Iuvabit de propria vi huius verbi comparasse Hom. *K* 7 cum annot. Eustathii p. 698, 52.

V. 1161. *οὐδ' ἀποίσεται βίον*]

τῇ καλλιτόξῳ μητρὶ Μαινάλου κόρῃ.
ἐπεὶ δὲ τάσδ' εἰσεῖδεν εὐτυχεῖς πύλας,
ἄλλας ἐπῄει παῖς σός, εἱπόμην δ' ἐγώ.
ὁρῶ δὲ Τυδέα καὶ παρασπιστὰς πυκνοὺς
Αἰτωλίσιν λόγχαισιν εἰς ἄκρον στόμα
πύργων ἀκοντίζοντας, ὥστ' ἐπάλξεων
λιπεῖν ἐρίπνας φυγάδας· ἀλλά νιν πάλιν,
κυναγὸς ὡσεί, παῖς σὸς ἐξαθροίζεται,
πύργοις δ' ἐπέστησ' αὖθις. εἰς δ' ἄλλας πύλας
ἠπειγόμεσθα, τοῦτο παύσαντες νοσοῦν.
Καπανεὺς δὲ πῶς εἴποιμ' ἂν ὡς ἐμαίνετο;
μακραύχενος γὰρ κλίμακος προσαμβάσεις
ἔχων ἐχώρει, καὶ τοσόνδ' ἐκόμπασε,
μηδ' ἂν τὸ σεμνὸν πῦρ νιν εἰργαθεῖν Διὸς
τὸ μὴ οὐ κατ' ἄκρων περγάμων ἑλεῖν πόλιν.
καὶ ταῦθ' ἅμ' ἠγόρευε καὶ πετρούμενος

Quod Valckenarius docte admodum atque subtiliter disputavit, ambiguitatem in his verbis contineri, quod *βίον*, si legeres *βιόν*, etiam arcum significasset, eamque ambiguitatem, quia sequeretur *τῇ καλλιτόξῳ*, quaesitam Euripidi esse, non accipio. Non enim credo in hunc locum eiusmodi lusum cadere, praesertim cum obscurus admodum esset, nisi alia ratione res significaretur.

V. 1162. *Μαινάλου κόρῃ*] Atalantam Maenali filiam ab Euripide dici agnovit Apollodorus III 9, 2 *Ἡσίοδος δὲ καί τινες ἕτεροι τὴν Ἀταλάντην οὐκ Ἰάσου, ἀλλὰ Σχοινέως εἶπον· Εὐριπίδης Μαινάλου.* Qui communem famam derelinquere noluerunt, scribendum coniecerunt, ut rem recte expedivit Valckenarius, *Μαινάλου χθόνα*, quam lectionis varietatem commemorat scholiasta.

V. 1166 sq. *εἰς ἄκρον στόμα πύργων*] *Εἰς τοὺς τῶν τειχέων ὀδόντας, ἔνθα ἵστανται οἱ ἄνδρες.* SCHOL.

V. 1167. *ἐπάλξεων λιπεῖν ἐρίπνας φυγάδας*] *Τῶν ἐπάλξεων τὰ ἄκρα. Ἄλλως· ἐπάλξεων ἐρίπνας περιφραστικῶς τὰς ἐπάλξεις, καταλιπεῖν φυγάδας γενομένους.* SCHOL.

V. 1169. *κυναγὸς ὡσεί*] *Τοὺς φυγάδας συναθροίζει καὶ συνάγει ὡς ἐπὶ κυνῶν θῆρας φευγόντων.* SCHOL.

V. 1171. *τοῦτο παύσαντες νοσοῦν*] Vide supra v. 1097.

V. 1172. *Καπανεὺς δὲ*] Operae pretium est propter Capanei descriptionem conferre Aeschyli Sept. v. 423 sqq., Sophoclis Antig. v. 129 sqq., tum Statium Theb. lib. X extremo, et eum, qui in Alcimedontem transferens hunc Euripidis locum expressit, Quintum Smyrnaeum XI 450 sqq.

V. 1175. Vide supra ad v. 179 annotata.

V. 1176. *κατ' ἄκρων περγάμων· ἤγουν τῆς ἀκροπόλεως, τὶ παρὰ τῷ πεζῷ λόγῳ κατάκρας.* SCHOL.

V. 1177. *πετρούμενος*] *λίθοις βαλλόμενος.* SCHOL. Bene Valckenarius: 'saxeus quamquam caput petebat imber'. Si Heimsoethius recte emendaret *πυργώματα*, verba *ὑπ' αὐτὴν ἀσπίδ' εἱλίξας δέμας* inutilia forent.

ἀνεῖρφ' ὑπ' αὐτὴν ἀσπίδ' εἰλίξας δέμας,
κλίμακος ἀμείβων ξέστ' ἐνηλάτων βάθρα.
ἤδη δ' ὑπερβαίνοντα γεῖσα τειχέων
βάλλει κεραυνῷ Ζεύς νιν· ἐκτύπησε δὲ
χθών, ὥστε δεῖσαι πάντας· ἐκ δὲ κλιμάκων
ἐσφενδονᾶτο χωρὶς ἀλλήλων μέλη,
κόμαι μὲν εἰς Ὄλυμπον, αἷμα δ' εἰς χθόνα,
χεῖρες δὲ καὶ κῶλ' ὡς κύκλωμ' Ἰξίονος
εἱλίσσετ'· εἰς γῆν δ' ἔμπυρος πίπτει νεκρός.
ὡς δ' εἶδ' Ἄδραστος Ζῆνα πολέμιον στρατῷ,
ἔξω τάφρου καθῖσεν Ἀργείων στρατόν.
οἱ δ' αὖ παρ' ἡμῶν δεξιὸν Διὸς τέρας
ἰδόντες ἐξήλαυνον ἁρμάτων ὄχους
ἱππῆς ὁπλῖται· κεἰς μέσ' Ἀργείων ὅπλα
συνῆψαν ἔγχη, πάντα δ' ἦν ὁμοῦ κακά·

V. 1178. *ὑπ' αὐτὴν ἀσπίδ' εἰλίξας δέμας*] *Ἐναργῶς ἔδειξε τοῦτον ὑπὸ τῇ ἀσπίδι κεκρυμμένον καὶ βαλλόμενον ἄνωθεν, ὁμοίως τῷ* (Hom. *Π* 360) '*Ἀσπίδι ταυρείῃ κεκαλυμμένος.*' SCHOL., qui *εἰλίξας δέμας* recte explicat: *συστείλας τὸ σῶμα.* Recte ad haec Valckenarius: In his Euripides echinum respicit sese spinis suis et aculeis involventem in formam pilae: de echino eadem illa *εἰλίξας δέμας* aequalis Euripidis Ion Chius adhibuit *ἐν Φοίνικι ἢ Καινεῖ* [fragm. 38 p. 573 N.]

V. 1179. *κλίμακος ἀμείβων κτἑ.*] *Ἐνήλατά ἐστι τὰ ὀρθὰ ξύλα, ἔνθα πήγνυνται καὶ ἐλαύνονται τὰ βάθρα τῆς κλίμακος.* SCHOL.

V. 1183. *ἐσφενδονᾶτο χωρὶς ἀλλήλων μέλη*] Recte observavit G. Hermannus haec ultra naturalem vim fulminis esse. 'Ligna, inquit, saxa atque alia rigida sic fulmine disici nemo nescit: hominem vero ad istum modum vi fulminis dissipatum incensumque cum finxit Euripides, *κεραυνοῦ κρεῖσσον ηὕρηκεν βέλος.*' Quamquam autem dici potest, poetam non tam ipsam *naturam* fulminis ante oculos *habuisse* quam iratam personam Iovis, tamen etiam alia satis insulsa sunt, ut recte Nauckius exaggerationem ex interpolatione repetere versusque 1183—1185 expungere videatur.

V. 1184. *κόμαι μὲν εἰς Ὄλυμπον*] Statius l. l. v. 922 *Talia dicentem toto Iove fulmen adactum Corripuit: primae fugere in nubila cristae,* galeam, ni fallor, designans. VALCKEN.

V. 1188. *ἔξω τάφρου καθῖσεν*] De forma *καθῖσεν*, quam L. Dindorfius pro librorum scriptura *καθεῖσεν* restituit, conferas G. Dindorfium ad Aristoph. Ranas v. 93 sq., Imm. Bekkerum ad Thucyd. VI 66 Vol. II p. 419, 6, VII 82 Vol. III p. 129, 1, Ph. Buttmann. in Gr. Gr. ampl. Vol. II part. I p. 152 ed. princ.

V. 1189. *οἱ δ' αὖ παρ' ἡμῶν*] Inutilis est Valckenari suspicio *παρ' ἡμῖν* scribentis. Nam *παρ' ἡμῶν* propter *ἐξήλαυνον* consueta ratione dicitur de qua v. Krueg. I 50, 8, 10.

V. 1191 sq. *ἱππῆς ὁπλῖται,* quasi non *ἐξήλαυνον . . ὄχους,* sed ad utrosque pertinens verbum praecesserit, ut zeugma statuendum sit. — Nisi post v. 1191 versus intercidit, notanda breviloquentia verborum *εἰς . . ὅπλα συνῆψαν ἔγχη.*

ἔθνῃσκον ἐξέπιπτον ἀντύγων ἄπο,
τροχοί τ' ἐπήδων, ἄξονες δ' ἐπ' ἄξοσι,
νεκροί τε νεκροῖς ἐξεσωρεύονθ' ὁμοῦ.
πύργων μὲν οὖν γῆς ἔσχομεν κατασκαφὰς
εἰς τὴν παροῦσαν ἡμέραν· εἰ δ' εὐτυχὴς
ἔσται τὸ λοιπὸν ἥδε γῆ, θεοῖς μέλει.
[καὶ νῦν γὰρ αὐτὴν δαιμόνων ἔσωσέ τις.]
ΧΟ. καλὸν τὸ νικᾶν· εἰ δ' ἀμείνον' οἱ θεοὶ
γνώμην ἔχουσιν, — εὐτυχὴς εἴην ἐγώ.
ΙΟ. καλῶς τὰ τῶν θεῶν καὶ τὰ τῆς τύχης ἔχει·
παῖδές τε γάρ μοι ζῶσι κἀκπέφευγε γῆ.
Κρέων δ' ἔοικε τῶν ἐμῶν νυμφευμάτων
τῶν τ' Οἰδίπου δύστηνος ἀπολαῦσαι κακῶν,
παιδὸς στερηθείς, τῇ πόλει μὲν εὐτυχῶς,
ἰδίᾳ δὲ λυπρῶς. ἀλλ' ἄνελθέ μοι πάλιν,
τί τἀπὶ τούτοις παῖδ' ἐμὼ δρασείετον.

V. 1193. ἀντύγων ἄπο] Ἄντυξ ἡ περιφέρεια τοῦ ἅρματος. ἐνταῦθα ἀντύγων ἄπο ἀντὶ τοῦ ἀπὸ ἁρμάτων. SCHOL.

V. 1194. τροχοί τ' ἐπήδων] 'Absiliebant rotae'.

V. 1194 sq. ἄξονες δ' ἐπ' ἄξοσι] παρὰ τῷ Αἰσχύλῳ (l. τὰ τοῦ Αἰσχύλου) ἐν Γλαύκῳ Ποτνιεῖ· 'ἐφ' ἅρματος γὰρ ἅρμα καὶ νεκρῷ νεκρός, ἵπποι δ' ἐφ' ἵπποις ἦσαν ἐμπεφυρμένοι'. SCHOL. Libri habent ἄξονές τ' . . νεκροὶ δὲ: correxit Fritzschius (ad Aristoph. Ran. v. 1403).

V. 1195. νεκροί τε νεκροῖς κτέ.] Ubi huius enarrat historiae picturam Philostratus Icon. p. 854 νεκροί, inquit, ἐπὶ νεκροῖς, καὶ ἵπποι, ὡς ἔπεσον, καὶ τὰ ὅπλα, ὡς ἀπερρύη τῶν ἀνδρῶν. VALCKEN.

V. 1199. Hunc versum, quem libri ABL habent, ceteri omittunt, ex interpolatione ortum esse existimo, cum non modo sententia non requiratur, sed etiam additus vim aptissimae clausulae εἰ δὲ . . θεοῖς μέλει admodum infringat.

V. 1200. εἰ δ' ἀμείνονα: τινὲς ἀντὶ τοῦ δικαίαν. ὁ δὲ νοῦς· γένοιτο μὲν νικᾶν τοὺς Θηβαίους· εἰ δὲ οἱ θεοὶ τὰ δίκαια κρίνωσι καὶ συμβῇ ἀπολέσθαι τοὺς Θηβαίους, ἀλλ' οὖν ἐγὼ διαφύγοιμι. SCHOL., qui verum sensum, quem ut magis exprimerem lineolam addidi, indicavit. Dicit igitur coryphaeus: 'si autem deis alia potior causa placet, nihil aliud dico quam hoc: utinam ego salva sim'. Cfr. v. 155, 258. Falsam interpretationem alius scholiastae εἰ δὲ καὶ βέλτιον τοῦ νικᾶν βουλεύονται οἱ θεοί, εὐτυχοίην. λέγει δὲ τὸ φιλίαν ἐμβαλεῖν τοῖς ἀδελφοῖς secutus G. Hermannus ἂν requirit et scribit ἂν εἶν ἐγώ, Nauckius εὐτυχὴς εἴην ἔτ' ἄν.

V. 1201. ἔχουσιν] Sic libri EFL. A ἔχουσιν γρ. ἔχοιεν. Bbc ἔχοιεν. Apparet ἔχοιεν propter εἴην positum esse. Ex scholio quod supra attuli Hartungius elicere sibi videtur correctionem ἢν δ' ἀμείνον' . . κρίνωσιν.

V. 1207. ἀλλ' ἄνελθέ μοι· ἀνάδραμε καὶ διήγησαι. SCHOL.

V. 1208. τἀπὶ τούτοις] Vide Matth. § 283. Krueg. I 50, 5, 13. — De verbo δρασείειν vide annot. nostram ad Med. 93.

ΑΓΓ. ἔα τὰ λοιπά· δεῦρ' ἀεὶ γὰρ εὐτυχεῖς.
ΙΟ. τοῦτ' εἰς ὕποπτον εἶπας· οὐκ ἐατέον.
ΑΓΓ. μεῖζόν τι χρῄζεις παῖδας ἢ σεσωμένους;
ΙΟ. καὶ τἀπίλοιπά γ' εἰ καλῶς πράσσω κλύειν.
ΑΓΓ. μέθες μ'· ἔρημος παῖς ὑπασπιστοῦ σέθεν.
ΙΟ. κακόν τι κεύθεις καὶ στέγεις ὑπὸ σκότῳ.
ΑΓΓ. οὐκ ἄν γε λέξαιμ' ἐπ' ἀγαθοῖσί σοι κακά.
ΙΟ. ἢν μή γε φεύγων ἐκφύγῃς πρὸς αἰθέρα.
ΑΓΓ. αἰαῖ· τί μ' οὐκ εἴασας ἐξ εὐαγγέλου
φήμης ἀπελθεῖν, ἀλλὰ μηνῦσαι κακά;

V. 1209. δεῦρ' ἀεί] De hac formula, quae plane respondet Latino ‘hucusque’, vide quae collegit Porsonus ad Orest. 1679 p. 130 ed. Schaef. III.

V. 1210. εἰς ὕποπτον· εἰς ὑπόνοιαν κακοῦ. SCHOL. Cfr. Herc. 1120 τόδ' εἰς ὕποπτον ἤνιξω. Sic enim ibi Dobraeus pro ὡς ὕποπτον scripsit.

V. 1211. μεῖζόν τι χρῄζεις παῖδας ἢ σεσωμένους;] I. e. χρῄζεις παῖδας μεῖζόν τι πράττοντας ἢ σεσωμένους; Cfr. Krueg. I 62, 3, 5. Libri σεσωσμένους: vide ad v. 1089.

V. 1214. ὑπὸ σκότῳ] Cfr. Soph. Phil. 578 τί με κατὰ σκότον ποτὲ διεμπολᾷ λόγοισι πρός σ' ὁ ναυβάτης;

V. 1215. ἀγαθοῖσί σοι restituit Geelius. Libri ἀγαθοῖσι σοῖς. Praeterea Herwerdenus οὐκ ἂν ἐπιλέξαιμ' conicit.

V. 1216. ἢν μή γε φεύγων ἐκφύγῃς πρὸς αἰθέρα] Similis sententia posita est in Oreste v. 1593 ἀλλ' οὔτι χαίρων, ἤν γε μὴ φύγῃς πτεροῖς et apud Herodotum lib. IV cap. 132 ἢν μὴ ὄρνιθες γενόμενοι ἀναπτῆσθε ἐς τὸν οὐρανὸν — οὐκ ἀπονοστήσετε ὀπίσω ὑπὸ τῶνδε τῶν τοξευμάτων βαλλόμενοι. — De verbis φεύγων ἐκφύγῃς conferas Homeri Ξ 81 Βέλτερον, ὃς φεύγων προφύγῃ κακὸν ἠὲ ἁλώῃ. Herodoti IV 23 τοῦτο δέ, ὃς ἂν φεύγων καταφύγῃ ἐς τούτους, ὑπ' οὐδενὸς ἀδικέεται. V 95 ἐν δὲ δὴ καὶ Ἀλκαῖος ὁ ποιητὴς συμβολῆς γενομένης καὶ νικώντων Ἀθηναίων αὐτὸς μὲν φεύγων ἐκφεύγει, τὰ δέ οἱ ὅπλα ἴσχουσι Ἀθηναῖοι et quem credo in his locis delusisse Euripidem Aristophan. in Acharn. v. 177 δεῖ γάρ με φεύγοντ' ἐκφυγεῖν Ἀχαρνέας et in Nub. 167 ἦ ῥᾳδίως φεύγων ἂν ἀποφύγοι δίκην κτέ., quibus in locis omnibus non est tamen merus pleonasmus, sed participium conditionem, verbum finitum actionem designat, ut recte intellexit A. Matthiaeus Gr. Gr. ampl. § 553 p. 1103 sq. ed. II.

V. 1217. Cfr. Aesch. Ag. v. 636 εὔφημον ἦμαρ οὐ πρέπει κακαγγέλῳ γλώσσῃ μιαίνειν et v. 646 sqq. σωτηρίων δὲ πραγμάτων εὐάγγελον ἥκοντα πρὸς χαίρουσαν εὐεστοῖ πόλιν — πῶς κεδνὰ τοῖς κακοῖσι συμμίξω; κτέ.

V. 1218. ἀλλὰ μηνῦσαι κακά] Nescio, quamobrem vituperet Valckenarius scholiastam, quod explicandi causa in altero hoc membro ἀναγκάζεις interposuit. Nam eiusmodi notio e superiore εἴασας assumenda est non minus h. l. quam in Orest. v. 899 Οὗτος κτανεῖν μὲν οὔτε σ' οὔτε σύγγονον Εἴα, φυγῇ δὲ ζημιοῦντας εὐσεβεῖν. Sic dicitur in Soph. Oed. v. 236 τὸν ἄνδρ' ἀπαυδῶ τοῦτον . . μήτ' εἰσδέχεσθαι . ., ὠθεῖν δ' ἀπ' οἴκων πάντας. Vide me in Nov. annal. phil. et paed. Vol. IV p. 427. I. H. Bremium ad Lysiam p. 437 sq. ed. Goth. Matth. § 634, 3 p. 1306 ed. II.

τὼ παῖδε τὼ σὼ μέλλετον, τολμήματα
αἴσχιστα, χωρὶς μονομαχεῖν παντὸς στρατοῦ,
λέξαντες Ἀργείοισι Καδμείοισί τε
εἰς κοινὸν οἷον μήποτ᾽ ὤφελον λόγον.
Ἐτεοκλέης δ᾽ ὑπῆρξ᾽ ἀπ᾽ ὀρθίου σταθεὶς
πύργου, κελεύσας σῖγα κηρῦξαι στρατῷ·
[ἔλεξε δ᾽· ὦ γῆς Ἑλλάδος στρατηλάται]
„Δαναῶν ἀριστῆς, οἵπερ ἤλθετ᾽ ἐνθάδε,
Κάδμου τε λαός, μήτε Πολυνείκους χάριν
ψυχὰς ἀπεμπολᾶτε μήθ᾽ ἡμῶν ὕπερ.
ἐγὼ γὰρ αὐτὸς τόνδε κίνδυνον μεθεὶς

V. 1219 sq. *τολμήματα αἴσχιστα*] Habet quandam ipsius rei amplificationem numerus pluralis in eiusmodi locis. Ceterum v. Krueg. I 57, 10, 10.

V. 1222. *εἰς κοινὸν*] *Λέγειν εἰς κοινόν* est fere idem quod *λέγειν εἰς μέσον*. Vide Orest. 774 *εἰς κοινὸν λέγειν χρή* et Herc. 86 cum annot. Pflugk.

V. 1223. *Ἐτεοκλέης δ᾽ ὑπῆρξ᾽*] Est omnium fere linguarum proprium, ut verba, quae 'initium capere' significent, ubi res et ratio patitur, ponantur de initio sermonis. Etenim ut Graece *ὑπάρχει*, sic Latine *incipit*, Germanice 'er beginnt' et alia id genus multa dicimus, non addito infinitivo *λέγειν* aut *fari* aut 'zu sprechen'. — Mox ad verba *ἀπ᾽ ὀρθίου* videtur spectare Hesychius: *ἀπ᾽ ὀρθίου· ἐπὶ ὑψηλοῦ*. Et *ἐπί* pro *ἀπό* explicandi causa posuerunt librarii in aliquot libris recentibus. Vide supra ad v. 1009.

V. 1224. *κελεύσας σῖγα κηρῦξαι στρατῷ*] Simillimus est locus Hecubae v. 529 sq. *σημαίνει δέ μοι Σιγὴν Ἀχαιῶν παντὶ κηρῦξαι στρατῷ*. Differt autem *σῖγα κηρῦξαι* et *σιγὴν κηρῦξαι*, si vim formulae spectas, sicut nostrum 'Ruhe gebieten' et 'Stillschweigen anbefehlen', quod in altero vox indicentis, in altero res, quae indicitur, spectatur magis.

V. 1225. *ἔλεξε δ᾽· ὦ γῆς κτἑ.*] *Ὁμηρικῶς ἤρξατο* (*Γ* 86)· '*Κέκλυτέ μευ Τρῶες καὶ ἐϋκνήμιδες Ἀχαιοί*'. *Οὗτος δὲ ὁ στίχος ἐν πολλοῖς ἀντιγράφοις οὐ φέρεται*. SCHOL. Videlicet additus est versus ab eis qui illud *ὑπῆρξεν* non 'coepit loqui', sed 'prior prodiit' interpretabantur.

V. 1228. *ψυχὰς ἀπεμπολᾶτε· τὴν ζωὴν ὑμῶν προδίδοτε. ἀπεμπολᾶν δὲ κυρίως ἐστὶ τὸ πιπράσκειν*. SCHOL. Is igitur rectissime intellexit h. l. *ἀπεμπολᾶτε* improprie dici, quod contra alius scholiasta illos exercitus quasi mercede conductos descripsit.

V. 1229. *τόνδε κίνδυνον μεθείς*] Grotius expressit felicissime: 'In me periculum recidat'. Vergili Turnus in Aen. XII 694 *Quacumque est fortuna, mea est: me verius unum Pro vobis foedus luere et decernere ferro.* Nihil hic novandum iudicabit, qui meminerit in Rheso recte scriptum v. 154 *Ἐγὼ πρὸ γαίας τόνδε κίνδυνον θέλω Ῥίψας κατόπτης ναῦς ἐπ᾽ Ἀργείων μολεῖν*, ubi scripsisse potuerat in eandem sententiam: *τόνδε κίνδυνον μεθεὶς θέλω κατόπτης κτἑ.*: sunt enim affinis saepe significationis verba, velut in Hippol. v. 356 *Ῥίψω, μεθήσω σῶμα*. Hel. v. 1396 *μεθεῖναι σῶμ᾽ ἐς οἶδμα πόντιον*. Iam vero *ῥιψοκίνδυνος* Rhesus dicitur *τόνδε κίνδυνον ῥίψας*, Eteocles autem *τόνδε κίνδυνον μεθείς*. 'Periculum' vel 'aleam periculi subire' venusta trans-

μόνος συνάψω συγγόνῳ τὠμῷ μάχην·
κἂν μὲν κτάνω τόνδ', οἶκον οἰκήσω μόνος,
ἡσσώμενος δὲ τῷδε παραδώσω δόμον.
ὑμεῖς δ' ἀγῶν' ἀφέντες Ἀργεῖοι χθόνα
νίσσεσθε, βίοτον μὴ λιπόντες ἐνθάδε,
[σπαρτῶν τε λαὸς ἅλις ὃς κεῖται νεκρός.]"
τοσαῦτ' ἔλεξε· σὸς δὲ Πολυνείκης γόνος
ἐκ τάξεων ὤρουσε κἀπήνει λόγους.
πάντες δ' ἐπερρόθησαν Ἀργεῖοι τάδε
Κάδμου τε λαὸς ὡς δίκαι' ἡγούμενοι.
ἐπὶ τοῖσδε δ' ἐσπείσαντο κἀν μεταιχμίοις

latione dicitur *κίνδυνον* et *κινδύνου κύβον ῥῖψαι* vel *ἀναρρῖψαι*. Vid. Io. Brodaeum in Eurip. Heraclid. 150. Is. Casaubon. ad Sueton. Caes. 32 Dukero citatum in Thucyd. IV 85 et D'Orvillium in Charit. p. 88. Quo spectaret Euripides in Rhesi verbis, hoc minus obscurum, quod paulo diceret inferius v. 183 *ψυχὴν προβάλλοντ' ἐν κύβοισι δαίμονος*. VALCKEN. Geelius interpretatur: 'misso hoc duorum exercituum certamine'. Mallem 'misso hoc periculo *τοῦ ψυχὰς ἀπεμπολᾶν*'. Nauckio in mentem venit *κίνδυνον τεμών*, mihi *κίνδυνον παρείς*, sed F. Polle totum versum eicit, ut videtur, recte.

V. 1230. *μόνος συνάψω*] Non satis recte dixit A. Matthiaeus sibi coniungenda videri hic *αὐτὸς μόνος*. Nam *αὐτὸς . . μόνος συνάψω* hoc sensu dicitur: 'ipse rem decernam, cum solus cum fratre pugnabo'. Itaque eis quae Valckenarius scribi iubet *μόνῳ συνάψω* cl. Heraclid. 807 *μόνος μόνῳ μάχην συνάψας* praeferrem, quae iuvenem eruditum dicit Valckenarius proposuisse: *μόνος συνάψω συγγόνῳ μόνῳ μάχην*.

V. 1232. *δόμον*] Sic L exhibet. Ceteri libri vel *μόνος* (A) vel *μόνος πόλιν* (B) vel *μόνῳ* EF vel *πάλιν* vel *πόλιν* habent. *Horum* *μόνος* ex superiore versu *repetitum*, *μόνῳ* ex correctione, *πόλιν* vel *πάλιν* ex interpretatione natum, ut unum *δόμον* speciem probabilitatis habeat, nisi aliud quid ut *θρόνους* scripsit Euripides.

V. 1233 sq. *Ἀργείαν χθόνα νίσσεσθε*] Similiter Homerus *Γ* 74 *τοὶ δὲ νεέσθων Ἄργος ἐς ἱππόβοτον καὶ Ἀχαιΐδα καλλιγύναικα*.

V. 1235. Hunc versum, quem omisit codex Flor. recens, eiecit Valckenarius. Spurium esse eum cognoscitur et falsis numeris, qui corriguntur in recentibus libris ὅσος pro ὃς posito, et nulla sententiae concinnitate, quam Geelius his restituere conatus est: *σπαρτῶν τε λαὸς πόλιν· ἅλις κεῖνται νεκροί*.

V. 1238. *πάντες δ' ἐπερρόθησαν Ἀργεῖοι τάδε*] Euripides hic et in Hecub. v. 553 *λαοὶ δ' ἐπερρόθησαν* fere circumscripsit Homericum illud *Α* 22 *ἔνθ' ἄλλοι μὲν πάντες ἐπευφήμησαν Ἀχαιοί*. Respicit huc Hesychius: *ἐπερρόθησαν· ἐπήχησαν, ἐπεβόησαν*. Praeterea miror neminem Valckenarium, qui *τάδε* non ad *ἐπερρόθησαν*, sed ad *ἡγούμενοι* referendum putavit, in viam reduxisse. Rectissime enim *ἐπιρροθεῖν* cum eius rei, quam acclamatione tua comprobare velis, accusativo construitur.

V. 1239. *ὡς δίκαι' ἡγούμενοι*] I. e. significantes se ea iusta ducere. Itaque ὡς non abundat.

ὅρκους συνῆψαν ἐμμενεῖν στρατηλάται.
ἤδη δ' ἔκρυπτον σῶμα παγχάλκοις ὅπλοις
δισσοὶ γέροντος Οἰδίπου νεανίαι·
φίλοι δ' ἐκόσμουν, τῆσδε μὲν πρόμον χθονὸς
σπαρτῶν ἀριστῆς, τὸν δὲ Δαναϊδῶν ἄκροι.
ἔσταν δὲ λαμπρὼ χρῶμά τ' οὐκ ἠλλαξάτην
μαργῶντ' ἐπ' ἀλλήλοισιν ἱέναι δόρυ.
παρεξιόντες δ' ἄλλος ἄλλοθεν φίλων
λόγοις ἐθάρσυνόν τε κἀξηύδων τάδε·
„Πολύνεικες, ἐν σοὶ Ζηνὸς ὀρθῶσαι βρέτας
τρόπαιον Ἄργει τ' εὐκλεᾶ δοῦναι λόγον·"
Ἐτεοκλέα δ' αὖ· „νῦν πόλεως ὑπερμαχεῖς,
νῦν καλλίνικος γενόμενος σκήπτρων κρατεῖς."
τάδ' ἠγόρευον παρακαλοῦντες εἰς μάχην.
μάντεις δὲ μῆλ' ἔσφαζον, ἐμπύρους τ' ἀκμὰς

V. 1241. *στρατηλάται*] Sic L et schol. qui in interpretatione habet *οἱ στρατηγοί* additque *ἔνιοι δὲ γράφουσι στρατηλάταις μετὰ τοῦ ι* (lege ς), *ἵνα τοὺς ἄλλους βασιλεῖς καὶ τὰ στρατεύματα ἀκούσωσιν* (lege *ὁρκώσωσιν*) *ἐμμένειν τοῖς ῥηθεῖσιν ὑπ' ἀμφοτέρων*. Ceteri libri *στρατηλάτας*.

V. 1242. *παγχάλκοις ὅπλοις*] Idem Or. 444, *πάγχαλκον αἰχμήν* Heracl. 276.

V. 1246. *ἔσταν*] De hac forma vide ad v. 824. Nauckius *στήτην* posuit.

Ibid. *χρῶμά τ' ἠλλαξάτην*] Cfr. Hom. *N* 279 *τοῦ μὲν γάρ τε κακοῦ τρέπεται χρὼς ἄλλυδις ἄλλῃ*, Bacch. 438.

V. 1247. *μαργῶντ' ἐπ' ἀλλήλοισιν ἱέναι δόρυ*] Recte Muretus in Var. lect. V 17 cum hoc loco composuit Horatianum ex Od. I 15, 27 sq. *Ecce furit te reperire atrox Tydides melior patre.*

V. 1248. *παρεξιόντες δ' ἄλλος ἄλλοθεν φίλων*] Cfr. Orest. 1475 *βοηδρομοῦμεν ἄλλος ἄλλοθεν στέγης* et Iphig. Tauric. 319 *ἄλλος ἄλλοθεν προσκείμενοι.* Etiam solutae orationis scriptores saepenumero hanc inde ab Homero, cuius vide *I* 311, *σ* 231, usitatam formulam admiserunt, quo in genere Luciano in Gall. s. somnio § 18 reddidi e libris optimis: *ὡς εἰκάζοντες ἄλλος ἄλλως ἅπαντες ἐκπλήττωνται κτέ.* Neque aliter dicitur in Luciani Saturnal. § 8 *ἔτι δὲ καὶ θεραπείας τινὰς ἕκαστος ὑποβάλλοντες*. Cfr. quae annotavi ad Luciani Gall. l. l. p. 54 sq.

V. 1249. Libri Bb *λόγοισι θαρσύνοντες ἐξηύδων*, quae scilicet correcta sunt ex *λόγοισι θαρσύνοντε κἀξηύδων*.

V. 1250 sq. *ἐν σοὶ Ζηνὸς ὀρθῶσαι βρέτας τρόπαιον*] *Ἐν σοὶ κεῖται ἀνορθῶσαι τὸ εἴδωλον τὸ νικητήριον· οἱ γὰρ νικῶντες εἴδωλον ἵστασαν τοῦ Διός*. SCHOL. Vide infra v. 1473 et Heraclid. v. 937 cum annotatione Barnesi.

V. 1252. *Ἐτεοκλέα δ' αὖ·*] *Ἀπὸ κοινοῦ τὸ 'ἐθάρσυνόν τε καὶ ἔλεγον'*. SCHOL. Vide v. 1249.

V. 1253. *κρατεῖς*] i. e. 'manet tibi regnum'. Praesens fortius est quam futurum. Sine idonea causa scribit Nauckius *σὺ πόλεως . . σὺ καλλίνικος . . κράτει.*

V. 1255 sq. *ἐμπύρους τ' ἀκμὰς ῥήξεις τ' ἐνώμων κτέ.*] Difficilem hunc locum ita interpretandum existimo, ut haruspices haec tria observitasse dicantur,

ῥήξεις τ᾽ ἐνώμων, ὑγρότητ᾽ ἐναντίαν,
ἄκραν τε λαμπάδ᾽, ἣ δυοῖν ὅρους ἔχει,
νίκης τε σῆμα καὶ τὰ τῶν ἡσσωμένων.
ἀλλ᾽ εἴ τιν᾽ ἀλκὴν ἢ σοφοὺς ἔχεις λόγους
ἢ φίλτρ᾽ ἐπῳδῶν, στεῖχ᾽, ἐρήτυσον τέκνα
δεινῆς ἁμίλλης, ὡς ὁ κίνδυνος μέγας
[καὶ τἄθλα δεινά· δάκρυά σοι γενήσεται

primum *ἐμπύρους ἀκμάς*, i. e. 'firmas et aequabiles ignis altitudines et quasi florem flammae', deinde *ῥήξεις*, 'scissuras flammae', quae dicitur *ὑγρότης ἐναντία*, 'humor contrarius sive infaustus', quia ex illis is humor agnoscitur, denique *ἄκραν λαμπάδα* i. e. summum flammae apicem, in quo iam rursus duae res observari solent, victoriae vel cladis indices, ut poeta memorat. De prioribus illis apte contulit Valckenarius Senecae Orest. 309 sqq. *Utrumne clarus ignis et nitidus stetit, Rectusque purum verticem coelo tulit, Et summam in auras fusus explicuit comam, An latera circa serpit incertus viae, Et fluctuante turbidus fumo labat?* et ex eadem fabula rursus v. 321 sqq. *Sed ecce pugnax ignis in partes duas Discedit et se scindit unius sacri Discors favilla*, tum Stati Theb. X 593 sqq. *Sanguineos flammarum apices geminumque per aras Ignem et clara tamen mediae fastigia lucis Orta docet: tunc in speciem serpentis inanem Ancipiti gyro volvi frangique rubore Demonstrat dubio.* De humore infausto cfr. Soph. Ant. 1006 *ἐκ δὲ θυμάτων Ἥφαιστος οὐκ ἔλαμπεν, ἀλλ᾽ ἐπὶ σποδῷ μυδῶσα κηκὶς μηρίων ἐτήκετο κἄτυφε κἀνέπτυε καὶ μετάρσιοι χολαὶ διεσπείροντο.* Verum non videntur omnia integra esse. Geelius coniecit *ἐμπύρου τ᾽ ἀκμῆς ῥήξεις ἐνώμων*. Scholiastae *ῥήξεις* intellegunt bilis rupturas et nisi lacunosus est locus, fortasse *ῥήξεις* ex interpretatione repetendum scribendumque *χολῆς τ᾽ ἐνώμων ὑγρότητ᾽ ἐναντίαν*, quorum interpretatio repetenda ex hac scholiastae adnotatione: *τῆς κύστεως τὸ στόμα ἐρίῳ δεσμοῦντες ἐπετίθεσαν τῷ πυρὶ καὶ παρετήρουν πῶς ῥαγήσεται καὶ ποῦ τὸ οὖρον ἀκοντίσει. Σοφοκλῆς ἐν Μάντεσι 'τὰς μαλλοδέτας κύστεις'*.

V. 1256. *ἐνώμων*] Cfr. Soph. R. 300 *ὦ πάντα νωμῶν Τειρεσία, διδακτά τε ἄρρητά τε*, Hesych. *νωμῶν· κρίνων.*

V. 1258. *καὶ τὰ τῶν ἡσσωμένων· Ἐνήλλαξε τὸ σχῆμα· εἰ γὰρ πρὸς τὸ σημεῖον ἀπεδίδου, κατὰ γενικὴν ἂν καὶ τοῦτο προὔφερεν· ὁ δὲ ἀφεὶς τὴν ἀπόδοσιν ταύτην 'καὶ τὰ τῶν ἡττωμένων', φησίν, 'ἔχει', ὃ ταὐτὸ δύναται τῷ 'καὶ τῶν ἡττωμένων ἔχει σημεῖον'*. SCHOL. Libri AEFL *τὸ* exhibent.

V. 1259. *ἀλλ᾽ εἴ τιν᾽ ἀλκὴν κτἑ.*] *Ἀλκή* ut saepe alias, sic hic quoque vim eam significat, qua aliquid mali arceas, ut fere Latino 'si quid potes' respondeat, ut dicitur in Terenti Andria II 1, 33 *Nunc si quid potes aut tu aut hic Byrria, Facite, fingite, invenite, efficite, qui detur tibi.* Sic non credo recte de ea voce dubitasse Valckenarium, qui de sententia confert Plutarchi Moral. II p. 1059 A *ἐμὲ πολλῆς — μεστὸν ἥκοντα ταραχῆς, εἴτε τισὶ λόγοις εἴτε ἐπῳδαῖς εἴτε ἄλλον ἐπίστασαι τρόπον παρηγορίας, οὐκ ἂν φθάνοις ἰατρεύων.*

V. 1260 sq. *στεῖχ᾽, ἐρήτυσον τέκνα δεινῆς ἁμίλλης*] Cfr. Senecae Phoeniss. 401 sq. *I, redde amorem fratribus, pacem omnibus, Et impia arma, mater, opposita impedi.*

V. 1262 sq. Hos versus notavit

διссοῖν στερείσῃ τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ τέκνοιν].
ΙΟ. *ὦ τέκνον ἔξελθ', Ἀντιγόνη, δόμων πάρος·*
οὐκ ἐν χορείαις οὐδὲ παρθενεύμασι
νῦν σοι προχωρεῖ δαιμόνων κατάστασις,
ἀλλ' ἄνδρ' ἀρίστω καὶ κασιγνήτω σέθεν
εἰς θάνατον ἐκνεύοντε κωλῦσαί σε δεῖ
ξὺν μητρὶ τῇ σῇ μὴ πρὸς ἀλλήλοιν θανεῖν.
ΑΝ. *τίν', ὦ τεκοῦσα μῆτερ, ἔκπληξιν νέαν*
φίλοις ἀυτεῖς τῶνδε δωμάτων πάρος;
ΙΟ. *ὦ θύγατερ, ἔρρει σῶν κασιγνήτων βίος.*
ΑΝ. *πῶς εἶπας;* *ΙΟ.* *αἰχμὴν ἐς μίαν καθέστατον.*
ΑΝ. *οἲ 'γώ, τί λέξεις, μῆτερ;* *ΙΟ.* *οὐ φίλ', ἀλλ' ἕπου.*
ΑΝ. *ποῖ, παρθενῶνας ἐκλιποῦσ';* *ΙΟ.* *ἀνὰ στρατόν.*
ΑΝ. *αἰδούμεθ' ὄχλον.* *ΙΟ.* *οὐκ ἐν αἰσχύνῃ τὰ σά.*

Valckenarius. 'Alter, inquit, hariolum potius decet quam armigerum Eteoclis. Sed quam belle congruunt haec *στεῖχ', ἐρήτυσον τέκνα δεινῆς ἁμίλλης* ad ista *διссοῖν στερείσῃ τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ τέκνοιν*! Phoenissarum chorus v. 1288 de alterutro sollicita *δίδυμα τέκεα*, inquit, *πότερος ἄρα πότερον αἱμάξει;* in hoc quoque metu subsistere debuerat nuntius.'

V. 1263. *στερείσῃ* restituit Reiskius. Libri *στερήσῃ*.

V. 1265. *οὐκ ἐν χορείαις οὐδὲ παρθενεύμασιν κτἑ.*] Sententiam recte cepit Barnesius: 'Fortuna nostra non talis est, ut choreae et virginalis modestia locum habere possint'. Sic 1276 *οὐκ ἐν αἰσχύνῃ τὰ σά*, 'pudor non convenit fortunae tuae'. Iphig. Aul. 1343 *οὐκ ἐν ἁβρότητι κεῖσαι πρὸς τὰ νῦν πεπτωκότα.* Ion. 1397 *οὐκ ἐν σιωπῇ τἀμά.* Vid. scholion ad v. 1275. A. MATTHIAE. Haec non male disputavit ille, sed h. l. tamen in *παρθενεύμασιν* mihi videtur potissimum de iis rebus cogitandum esse, quas potissimum agunt virgines; pudor ac modestia virginalis postea v. 1276 significantur magis.

V. 1266. *δαιμόνων κατάστασις*] Quod non humano consilio factum est, id dicitur a dis profectum esse, quo in genere dicendi fit, ut di fere pro fortuna appellentur. Hinc factum est, ut scholiastae hic *δαιμόνων* fere *τῆς τύχης, τῆς εἱμαρμένης* explicent, quamquam alio quodam modo *δαιμόνων*, alio *τῆς τύχης* dicitur. Id tamen non debebat G. Hermannus arripere, ut ansam coniecturae *δαίμονος* haberet. Nam etiam scholiastae procul dubio *δαιμόνων* legebant. Cfr. Sophoclis Antigonam v. 157 sq. *νεαραῖσι θεῶν ἐπὶ συντυχίαις.* Oed. reg. v. 34 *ἔν τε δαιμόνων συναλλαγαῖς.* Philoct. v. 1116 *πότμος σε δαιμόνων κτἑ.*, quod G. Hermannus ipse ait idem esse quod *θεία μοῖρα.* Cfr. Krueg. II 47, 5, 1.

V. 1271. *φίλοις*] Numerus pluralis rem quae ad unam Antigonam pertinet ad universum genus familiarium revocat.

V. 1273. *αἰχμὴν ἐς μίαν*] I. e. *εἰς μονομαχίαν* ut in v. 1281 *πρὸ λόγχης* i. q. *πρὸ μάχης.*

V. 1274. *οἲ 'γώ, τί λέξεις*] Vide G. Hermannum ad Vigerum n. 164 p. 747 sq. ed. III.

V. 1276. *αἰδούμεθ' ὄχλον*] Cfr.

ΑΝ. δράσω δὲ δὴ τί; *ΙΟ.* συγγόνων λύσεις ἔριν.
ΑΝ. τί δρῶσα, μῆτερ; *ΙΟ.* προσπίτνουσ' ἐμοῦ μέτα.
ΑΝ. ἡγοῦ σὺ πρὸς μεταίχμι', οὐ μελλητέον.
ΙΟ. ἔπειγ' ἔπειγε, θύγατερ· ὡς ἢν μὲν φθάσω
παῖδας πρὸ λόγχης, οὑμὸς ἐν φάει βίος·
[ἢν δ' ὑστερήσῃς, οἰχόμεσθα, κατθανεῖ]
θανοῦσι δ' αὐτοῖς συνθανοῦσα κείσομαι.

(στρ.)

ΧΟ. αἰαῖ αἰαῖ,
τρομερὰν φρίκᾳ τρομερὰν φρέν' ἔχω·
διὰ σάρκα δ' ἐμὰν
ἔλεος ἔλεος ἔμολε ματέρος δειλαίας.
δίδυμα τέκεα πότερος ἄρα πότερον αἱμάξει,
ἰώ μοι πόνων,
ἰὼ Ζεῦ, ἰὼ γᾶ,
ὁμογενῆ δέραν, ὁμογενῆ ψυχὰν
δι'. ἀσπίδων, δι' εἱμάτων;
τάλαιν' ἐγὼ τάλαινα,
πότερον ἄρα νέκυν ὀλόμενον ἀχήσω;

Iphig. Aul. 1338 *Ὦ τεκοῦσα μῆτερ, ἀνδρῶν ὄχλον εἰσορῶ πέλας.* De verbis *οὐκ ἐν αἰσχύνῃ τὰ σά* vide quae supra adscripsi ad v. 1265.

V. 1281. *ἐν φάει*] I. e. vita mea vita erit, non mors. Opponitur enim *συνθανοῦσα κείσομαι.* Cfr. v. 1339,

V. 1282 ex v. 976 repetitum omiserunt libri bc. In a adscriptum legitur: *ἐν πολλοῖς οὐ φέρεται.*

V. 1286. *διὰ σάρκα δ' ἐμὰν ἔλεος ἔμολε*] Cfr. Bacch. 607 *θαρσεῖτε σαρκὸς ἐξαμείψασαι τρόμον.* De praepositione *διὰ* cum acc. posita cfr. Krueg. II 68, 23, 1.

V. 1288. *δίδυμα τέκεα πότερος ἄρα πότερον*] Quod olim duo in his verbis soloecismos sibi invenire visi sunt veteres interpretes, id hodie bene Graece dictum vel pueri sciunt, et de appositione quidem ibi posita, ubi genetivum exspectaveris, cfr. Krueg. I 47, 28, 3, de genere autem masculino ad neutrum apposito ib. II 58, 1, 1 coll. annot. nostra ad huius fab. v. 214.

V. 1290. Fortasse eidem atque in superiore versu numeri dochmiaci reponendi hic *ἰὼ Ζεῦ, ὦ γᾶ* et in v. antistr. 1302 *στενακτὰν ἀχάν* scripto.

V. 1291. *ὁμογενῆ δέραν*] De duplici accusativo *πότερον ὁμογενῆ δέραν* ex verbo *αἱμάξει* apto vide Krueg. II 46, 16, 3.

V. 1292. *εἱμάτων* scripsi. Libri *αἱμάτων* quod ineptum. Clipeo et vestimentis transfixis vita petitur, ut saepe describit Homerus. Idem video emendavisse Isidorum Hilbergium cl. Xen. Anab. IV 1, 18 *τοξευθεὶς διὰ τῆς ἀσπίδος καὶ τῆς σπολάδος,* IV 2, 28 *τὰ δὲ τοξεύματα ἐχώρει διὰ τῶν ἀσπίδων καὶ διὰ τῶν θωράκων.* Rem non assecuti alii alia coniecerunt, *αἰγανῶν* Reiskius, *ἡμάτων* C. Fr. Hermannus, *ἐγχέων* Geelius, *αἰχμάτων* vocabulum aliunde non cognitum (Nauckius).

V. 1295. *ἀχήσω* pro *ἰαχήσω*

(ἀντ.)

φεῦ δᾶ φεῦ δᾶ,
δίδυμοι θῆρες, φόνιαι ψυχαὶ
δορὶ παλλόμεναι
πέσεα πέσεα δάϊ' αὐτίχ' αἱμάξετον.
τάλανες, ὅ τι ποτὲ μονομάχον ἐπὶ φρέν' ἠλ-
θέτην,
βοᾷ βαρβάρῳ 1301
στενακτὰν ἰαχὰν
μελομέναν νεκροῖς δάκρυσι θρηνήσω.
σχεδὸν τύχα πέλας φόνου·

restituit Elmsleius. Cfr. nostras Cur. crit. p. 12.

V. 1296. *φεῦ δᾶ, φεῦ δᾶ· τὸ δᾶ ἀντὶ τοῦ γῆ Δωρικῶς.* SCHOL. Neque aliter Etym. Magn. p. 60, 8 *Ἀλεῦ δᾶ εἴρηται ὡς φεῦ δᾶ· οἱ γὰρ Δωριεῖς τὴν γῆν Δᾶν λέγουσι —, ὡς καὶ τὸν γνόφον δνόφον· φεῦ δᾶ οὖν φεῦ γῆ.* Ab hac ratione dissentit F. L. H. Ahrens. (Philol. vol. XXIII p. 206), qui *δᾶ* vocativum putat nominis *Δᾶς* quod idem sit atque *Ζᾶς* sive *Ζεύς*. Cfr. Ge. Curtii Elem. Etymol. Gr. p. 605 ed. IV.

V. 1297. *φόνιαι ψυχαί* i. e. *φονῶσαι ψυχαί.*

V. 1298. *δορὶ παλλόμεναι*] *δόρυ κατ' ἀλλήλων πάλλουσαι ἢ ἐπὶ πόλεμον κινηθεῖσαι.* SCHOL. Musgravius *βαλλόμεναι* coniecit.

V. 1299. *πέσεα, πέσεα δάϊ'*] *Πέσος*, quod proprie lapsum significat, plane ut Latinum cadaver, quod dicitur a cadendo, translatum hoc loco est ad id, quod in occisione ad terram accidit, et significat 'corpus morientis', ut haec nascatur sententia: 'Binae bestiae, sanguineae animantes, hastam vibrantes, cadavera, cadavera hostilia illico cruentabunt'. Sensit id scholiasta, qui: *θέλει εἰπεῖν*, inquit, *ὅτι πεσόντες αἱμάξουσι τὰ σώματα. πέσεα οὖν ἀντὶ τοῦ πεσήματα, πτώματα.*

V. 1300. *τάλανες ὅ τι*] Simile exemplum Krueg. I 51, 13, 17 affert ex Platonis Phaedone (p. 58 E) *εὐδαίμων μοι ἀνὴρ ἐφαίνετο καὶ τοῦ τρόπου καὶ τῶν λόγων ὡς ἀδεῶς καὶ γενναίως ἐτελεύτα.*

V. 1302. *στενακτὰν ἰαχὰν* ex edd. vett. revocavit G. Hermannus hiatus vitandi causa. Vulgatur *ἰαχὰν στενακτάν*. In libris *στενακτὰν* vagum est. Nam b c exhibent *ἰαχὰν στενακτάν*, L *στενακτὰν ἐπὶ φρέν' ἠλθέτην βοᾷ βαρβάρῳ ἰαχάν*, ABF omittunt *στενακτάν*.

V. 1303. *μελομέναν νεκροῖς*] Cfr. Iph. T. 643 *κατολοφύρομαι σὲ τὸν χερνίβων ῥανίσι μελόμενον αἱμακταῖς*, Hel. 1161 *νῦν δ' οἳ μὲν Ἅιδᾳ μέλονται κάτω.*

V. 1304 sq. Verba, quae utcunque interpretantur: 'paene fortuna prope caedem est. Discernet rem quae instat lux vel lux praesens', apparet corrupta esse. G. Hermanno et aliis probata est viri docti apud Barnesium emendatio *σχεδὸν τύχα, πέλας φόνος*. At hic usus vocabuli *σχεδὸν* a tragicis alienus est. Praeterea Hermannus *ξίφος* pro *φάος* posuit monens, si haec noctu agerentur, orituram diei lucem simpliciter *φάος* vel *ἡμέρα* dici posse. Videtur vero corruptela ex interpretatione repetenda esse Euripidesque scripsisse: *σχεδὸν τύχας ἐπὶ ξυροῦ κρινεῖ φόνος τὸ μέλλον* i. e. 'iam in ipso discrimine rerum caedes futurum discernet'. Cfr. Soph. Ant. 996

κρινεῖ φάος τὸ μέλλον.
πότμος ἄποτμος ὁ φόνος ἕνεκ' Ἐρινύων.
ἀλλὰ γὰρ Κρέοντα λεύσσω τόνδε δεῦρο συννεφῆ
πρὸς δόμους στείχοντα, παύσω τοὺς παρεστῶτας γόους.

ΚΡΕΩΝ.

οἴμοι, τί δράσω; πότερ' ἐμαυτὸν ἢ πόλιν
στένω δακρύσας, ἣν πέριξ ἔχει νέφος
τοιοῦτον ὥστε δι' Ἀχέροντος ·ἰέναι;
ἐμός τε γὰρ παῖς γῆς ὄλωλ' ὑπερθανών,

φρόνει βεβὼς αὖ νῦν ἐπὶ ξυροῦ τύχης et quae ad hunc locum interpretes annotant.

V. 1306. *πότμος ἄποτμος*] Sic restituit G. Dindorfius. Libri *ἄποτμος ἄποτμος*.

V. 1308. Tironum causa moneo *ἀλλὰ γὰρ λεύσσω .. παύσω* eadem ratione dici atque *ἀλλὰ — λεύσσω γάρ — παύσω*.

Ibid. *συννεφῆ*] De translatione, quae est in hac voce, cfr. Eur. Hippol. v. 173 *στυγνὸν δ' ὀφρύων νέφος αὐξάνεται* cum annot. Valckenari, Soph. Antig. v. 528 cum annot. Wexi, tum Trachin. v. 869, Eur. El. 1077 *εἰ μὲν τὰ Τρώων εὐτυχοῖ, κεχαρμένην, Εἰ δ' ἥσσον' εἴη, συννέφουσαν ὄμματα*, Aesch. Prom. 144. Neque aliter Latini locuti sunt. V. Horati Ep. I 8, 94 *Deme supercilio nubem* cum annot. interpp.

V. 1310. *οἴμοι, τί δράσω; πότερ' ἐμαυτὸν ἢ πόλιν κτἑ.*] Non recte existimavit Valckenarius, quod similitudinem, quae intercedit inter hanc orationem et Soph. Oed. Colon. 1254 *Οἴμοι, τί δράσω; πότερα τἀμαυτοῦ κακὰ Πρόσθεν δακρύσω, παῖδες, ἢ τὰ τοῦδ'*; negavit casu natam esse. Nam haec omnia tam simplicia sunt, ut non mirandum sit, si plures similia verba posuerint.

V. 1311 sq. *ἣν πέριξ ἔχει νέφος κτἑ.*] Non recte isti ceperunt hunc locum, qui in Acherontis commemoratione de ipsa morte ac pernicie cogitarunt. Ea enim imago per se tantummodo spectat ad tenebras, quas, cum summas significare vellent, etiam Latini poetae Acherusias dixerunt, et sic demum facit ad urbis perturbationem declarandam. Cfr. Ennium in M. Tulli Disp. Tusc. I 21, 48 *Acherunsia templa alta Orci, pallida leti, obnubila tenebris loca*, coll. Varr. de ling. Lat. VI 2. Sententiam sine Acherontis mentione expressit Seneca in Phoenissis 394 sq. *Vide, ut atra nubes pulvere abscondat diem, fumoque similes campus in coelum erigat Nebulas* et videndum, ne versus, quem tenebricosa Acherontis mentione nonnihil obscuratum esse queritur Valckenarius in suspicionemque vocavit Kirchhoffius, eidem interpolatori tribui debeat cuius esse v. 1358 videtur. Quod quidem Heimsoethius *οὐρίσαι* coniecit pro *ἰέναι*, id vix rem in melius converterit.

V. 1313. *ἐμός τε γὰρ παῖς κτἑ.*] Iure animadvertit G. Hermannus non satis recte A. Matthiaeum statuisse de anacolutho, quod esset in hac oratione. Neque enim Creontem additurum fuisse: *καὶ Ἐτεοκλῆς τέθνηκε*, id enim usque adhuc ignorasse ipsum, sed calamitatem civitatis deplorare voluisse. De *τὲ γάρ* particulis vide quae

τοὔνομα λαβὼν γενναῖον, ἀνιαρὸν δ' ἐμοί·
ὃν ἄρτι κρημνῶν ἐκ δρακοντείων ἑλὼν
αὐτοσφαγῆ δύστηνος ἐκόμισ' ἐν χεροῖν,
βοᾷ δὲ δῶμα πᾶν· ἐγὼ δ' ἥκω μετὰ
γέρων ἀδελφὴν γραῖαν Ἰοκάστην, ὅπως
λούσῃ προθῆταί τ' οὐκέτ' ὄντα παῖδ' ἐμόν.
τοῖς γὰρ θανοῦσι χρὴ τὸν οὐ τεθνηκότα
τιμὰς διδόντα χθόνιον εὐσεβεῖν θεόν.
ΧΟ. βέβηκ' ἀδελφὴ σή, Κρέων, ἔξω δόμων
κόρη τε μητρὸς Ἀντιγόνη κοινῷ ποδί.
ΚΡ. ποῖ κἀπὶ ποίαν συμφοράν; σήμαινέ μοι.
ΧΟ. ἤκουσε τέκνα μονομάχῳ μέλλειν δορὶ

annotavi ad Devarium Vol. II p. 749 sqq. Parum probabiliter Heimsoethius coniecit *ἐμὸς δὲ παῖς γῆς τῆσδ' ὄλωλ'*.

V. 1314. '*τοὔνομα λαβὼν γενναῖον κτἑ.*] Dilatavit hanc sententiam Statius Theb. XII 76 sqq. *Tu, superum convexa licet coetusque perenni — Credo equidem — virtute colas, mihi flebile semper Numen eris: ponant aras excelsaque Thebae Templa dicent: uni fas sit lugere parenti.*

V. 1315. *κρημνῶν ἐκ δρακοντείων*] Cfr. v. 1010 *σηκὸν ἐς μελαμβαθῆ δράκοντος.*

V. 1317. *βοᾷ δὲ δῶμα πᾶν*] I. e. 'lamentatione (familiarium) tota domus resonat'. Cfr. Iph. T. 367 *αὐλεῖται δὲ πᾶν μέλαθρον.* Alio sensu Aeschylus dixit in Edonis (fragm. 57) *ἐνθουσιᾷ δὴ δῶμα, βακχεύει στέγη.*

V. 1317 sq. *ἐγὼ δ' ἥκω μέτα γέρων ἀδελφὴν γραῖαν κτἑ.*] Quod verba ab eadem radice ducta aptius inter se coniungenda erant, interpositum est *γέρων* ita, ut usitatum quidem orationis cursum interturbet, sed tamen sententiae ratio satis constet. De formula *ἥκειν μετά τινα* vel *μεθήκειν τινά* cfr. Alc. 47 *δάμαρτ' ἀμείψας, ἣν σὺ νῦν ἥκεις μέτα.* Suppl. 670 *ἡμεῖς ἥκομεν νεκροὺς μέτα Θάψαι θέλοντες.* Med. 5 *τὸ πάγχρυσον δέρος Πελίᾳ μετῆλθον.*

V. 1318 sq. *ὅπως λούσῃ προθῆταί τ'*] Cfr. Hec. v. 611 sqq. *ὡς παῖδα λουτροῖς τοῖς πανυστάτοις ἐμὴν Νύμφην τ' ἄνυμφον παρθένον τ' ἀπάρθενον Λούσω προθῶμαί θ'* cum annot. Pflugki.

V. 1320 sq. Versus satis inutiles neque admodum scite eompositi Schenkelio merito suspecti sunt. Melius Sophocles fragm. 350 *χρὴ δὲ τῷ τεθνηκότι τὸν ζῶντ' ἐπαρκεῖν αὐτὸν ὡς θανούμενον.*

V. 1321. *χθόνιον εὐσεβεῖν θεόν*] I. e. *Ἅιδην.* Cfr. Androm. 544 *Ἅιδην χθόνιον καταβήσει* coll. Alc. 237 et Hec. 79 *ὦ χθόνιοι θεοί.* Praeterea de Valckenari sententia *εὖ σέβειν* scribendum hic et fragm. 364, 8 *σαυτὸν εὐσεβεῖν πᾶσιν δίδου*, Aesch. Ag. 338 *εἰ δ' εὐσεβοῦσι τοὺς .. θεούς*, Eum. 1020 *μετοικίαν δ' ἐμὴν εὐσεβοῦντες.* Cfr. Krueg. II 46, 8, 3.

V. 1323. *κόρη τε μητρός*] Nos exspectamus *κόρη τ' ἀδελφῆς* (filia sororis tuae). At cfr. Med. 1157 *πρὶν ἐκ δόμων Μακρὰν ἀπεῖναι πατέρα καὶ παῖδας σέθεν*, Bacch. 1276 *Πενθεὺς (παῖς ἐγένετο τῷ ἐμῷ πόσει) ἐμῇ τε καὶ πατρὸς κοινωνίᾳ*, Iph. T. 567 *ὁ τοῦ θανόντος δ' ἔστι παῖς Ἄργει πατρός;* Sine idonea, ut videtur, causa delet versum Kviçala in Annal. gymn. Austr. 1858 p. 624.

Ibid. *κοινῷ ποδί*] Cfr. Hipp. 1243 *ὑστέρῳ ποδὶ Ἐλειπόμεσθα*,

εἰς ἀσπίδ' ἥξειν βασιλικῶν δόμων ὕπερ.
ΚΡ. πῶς φῄς; νέκυν τοι παιδὸς ἀγαπάζων ἐμοῦ
οὐκ εἰς τόδ' ἦλθον ὥστε καὶ τάδ' εἰδέναι.
ΧΟ. ἀλλ' οἴχεται μὲν σὴ κασιγνήτη πάλαι.
δοκῶ δ' ἀγῶνα τὸν περὶ ψυχῆς, Κρέον,
ἤδη πεπρᾶχθαι παισὶ τοῖσιν Οἰδίπου.
ΚΡ. οἴμοι, τὸ μὲν σημεῖον εἰσορῶ τόδε,
σκυθρωπὸν ὄμμα καὶ πρόσωπον ἀγγέλου
στείχοντος, ὃς πᾶν ἀγγελεῖ τὸ δρώμενον.
ΑΓΓ. ὦ τάλας ἐγώ, τίν' εἴπω μῦθον ἢ τίνας γόους;
ΚΡ. οἰχόμεσθ'· οὐκ εὐπροσώποις φροιμίοις ἄρχει λόγου.

Soph. El. 1104 *κοινόπουν παρουσίαν.*

V. 1326. *εἰς ἀσπίδ' ἥξειν*] Cfr. Heraclid. 819 *μάντεις δ' ἐπειδὴ μονομάχου δι' ἀσπίδος διαλλαγὰς ἔγνωσαν οὐ τελουμένας.* Nauckius suspicatus est poetam scripsisse *ἥξειν ἐς αἰχμήν.*

Ibid. *βασιλικῶν δόμων ὕπερ*] Quod Valckenarius dixit, hic non satis recte dici *ὑπέρ*, quod non defenderent domum patriam, sed decernere vellent, uter eorum acciperet, coniecitque *πέρι*, recte repudiavit A. Matthiaeus. Eadem enim significatio praepositionis est, hoccine consilio an illo de aliqua re pugnes. Comparavit idem Herodot. VII 225 *Ὑπὲρ τοῦ νεκροῦ Λεωνίδεω Περσέων τε καὶ Λακεδαιμονίων ὠθισμὸς ἐγένετο πολλός*, ut utrique ad se corpus traherent.

V. 1328. *οὐκ εἰς τόδ' ἦλθον, ὥστε κτέ.*] *Οὐκ εἰς τόδε ἔφθασα, εἰς τὸ γνωρίσαι, οὐκ ἐπὶ τοῦτο παρεγενόμην, ὥστε καὶ τάδ' εἰδέναι.* SCHOL.

V. 1332. *τὸ μὲν σημεῖον* dicitur, quia obversatur *τὸ δὲ δρώμενον τάχα ἀκούσομαι.* Th. Kockius coniecit *τορὸν σημεῖον.*

V. 1333. *σκυθρωπὸν ὄμμα καὶ πρόσωπον ἀγγέλου*] Saepenumero iam vidimus Euripidem, ut reliquos poetas Graecos, libenter syllabas sono simili et *ab eadem* ductas radice com*ponere,* id quod etiam hoc loco ab eo factum esse libri testantur ac scholiastae. Nam quod Porsonus e Mosqu. D et Barocc. 5 recepit *πρόσοψιν* contra auctoritatem librorum omnium, id mero errore inde ortum videtur, quod syllaba $\overline{\text{πον}}$ pro $\overline{\text{ψιν}}$ legebatur, id quod in altero libro Reg. Societ. (R) factum esse, quod scriptum est *πρόσωψιν*, testatur ipse. Comprobavit tamen cum aliis Porsoni iudicium non probabile G. Hermannus. De hoc genere allitterationis, de qua quaedam significavi ad Med. 476, diligentissime disseruit Ed. Aug. Dillerus in Comment. de consensu, qualis est in vocibus eiusdem originis diversitate formarum copulatis (Misenae 1842).

V. 1335. *γόους* scripsit Porsonus. Libri *λόγους.*

V. 1336. Cfr. Herc. 538 *Ἄπολλον, οἵοις φροιμίοις ἄρχει λόγου,* Tro. 707 *τί δ' ἔστιν; ὥς μοι φροιμίων ἄρχει κακῶν.* Pro *εὐπροσώποις* Hartungius scripsit *εὐστόμοισι* cl. Hesych. *εὔστομον· ἀπὸ μέρους, εὐπρόσωπον.* Quod Valckenarius voluit *οἰχόμεσθα* dari nuntio, quemadmodum in simili causa in Hippolyto 568 chori oratio: *τὸ μέντοι φροίμιον κακὸν τόδε* spectaret ad vocem Phaedrae *ἐξειργάσμεθα*, id recte iam reprobavit A. Matthiaeus, quod dixit *οὐκ εὐπρόσωπα φροίμια*

ΑΓΓ. ὦ τάλας, δισσῶς αὐτῶ· μεγάλα γὰρ φέρω κακά.
ΚΡ. πρὸς πεπραγμένοισιν ἄλλοις πήμασιν· λέγεις
δὲ τί;
ΑΓΓ. οὐκέτ᾽ εἰσὶ σῆς ἀδελφῆς παῖδες ἐν φάει, Κρέον.
ΚΡ. αἰαῖ·
μεγάλα μοι θροεῖς πάθεα καὶ πόλει.
ὦ δώματ᾽ εἰσηκούσατ᾽ Οἰδίπου τάδε
[παίδων ὁμοίαις συμφοραῖς ὀλωλότων];
ΧΟ. ὥστ᾽ ἂν δακρῦσαί γ᾽, εἰ φρονοῦντ᾽ ἐτύγχανεν.
ΚΡ. οἴμοι ξυμφορᾶς βαρυποτμωτάτας,
οἴμοι κακῶν δύστηνος· ὦ τάλας ἐγώ.
ΑΓΓ. εἰ καὶ τὰ πρὸς τούτοισί γ᾽ εἰδείης κακά.

ad exclamationem ὦ τάλας ἐγὼ commode referri, ut in Ionis v. 752 post chori vocem: ἰὼ δαῖμον responderet Creon: τὸ φροίμιον μὲν τῶν λόγων οὐκ εὐτυχές. Tamen G. Hermannus rursus secutus est Valckenarium οἰχόμεσθα nuntio assignantem. Quorum errorem coarguit etiam id, quod nuntius statim repetit: Ὦ τάλας, δισσῶς αὐτῶ, quo satis proditur istam vocem maxime mali ominis indicem fuisse.

V. 1337. μεγάλα γὰρ φέρω κακά] φέρω pro 'affero, nuntio' illustrat Schaeferus ad Sophoclis Ai. 790. A. MATTH.

V. 1838. πρὸς πεπραγμένοισιν ἄλλοις πήμασιν] πρὸς τοῖς πεπραγμένοις τοῦ Μενοικέως λέγει. ἀποφαντικῶς δὲ ἢ ἐρωτηματικῶς. SCHOL. Solent interrogationem statuere, ut interrogandi notam post πήμασιν iam Canterus posuit. Videtur vero sensui melius πρὸς πεπραγμένοισί γ᾽ ἄλλοις πήμασιν convenire (Hartungius πεπραγμένοις γ᾽ ἔτ᾽ ἄλλοις proposuit). Nullo autem modo haerere debebant in ἄλλοις vocabulo, pro quo Porsonus ἄλλα coniecit. Nam Creon dicit: 'et alia quidem mala iam perpetrata sunt, ut ea novis tuis cumulentur'. Cfr. Soph. Ant. 1289 τίν᾽ αὖ λέγεις μοι νέον σφάγιον ἐπ᾽ ὀλέθρῳ γυναικεῖον ἀμφικεῖσθαι μόρον;

V. 1341. μεγάλα μοι θροεῖς πάθεα καὶ πόλει] G. Hermannus, quod stropham et antistropham efficere voluit, hinc versum excidisse ratus vix posse dubitari pronuntiavit, quin talis fuerit: καὶ τῇ ταλαίνῃ μητρὶ συγγόνῳ τ᾽ ἐμῇ, in quo ego viro doctissimo assentiri non possum. Neque enim ulla impietas erga sororem in eo esse potest, si hic Creon eius mentionem nullam facit: immo poeta propterea hic eam non commemorare videtur, ne quid de eo, quod infra v. 1349 narratur, hic significandum sit: tum ista strophica ratio incertissima est.

V. 1343. Versum inutilem et satis ieiunum, quem iam Valckenarius rectius omissum fuisse indicaverat, delevit Geelius.

V. 1344. ὥστ᾽ ἂν δακρῦσαί γ᾽] Sic scripsit Hartungius. Libri A B F L ὥστε δακρῦσαί γ᾽. Ceteri ὥστ᾽ ἐκδακρῦσαί γ᾽, quod ex correctione profectum.

Ibid. εἰ φρονοῦντ᾽ ἐτύγχανεν] Cfr. Aesch. Ag. 37 οἶκος δ᾽ αὐτὸς εἰ φθογγὴν λάβοι, σαφέστατ᾽ ἂν λέξειεν.

V. 1347. εἰ καὶ τὰ πρὸς τούτοισί γ᾽ εἰδείης κακά] Sententia hac nuntii voce indicata plenior haec est: 'Magis id dicas, si etiam scias reliqua praeter haec mala?' Recte hoc intellexerunt scholiastae, qui aut τί ἐρεῖς; aut ἔτι μᾶλλον βοήσῃ τοῦτο explicandi causa subiungunt.

ΚΡ. καὶ πῶς γένοιτ' ἂν τῶνδε δυσποτμώτερα;
ΑΓΓ. τέθνηκ' ἀδελφὴ σὴ δυοῖν παίδοιν μέτα.
ΧΟ. ἀνάγετ' ἀνάγετε κωκυτόν,
ἐπὶ κάρα τε λευκοπήχεις κτύπους [χεροῖν].
ΚΡ. ὦ τλῆμον, οἷον τέρμον', Ἰοκάστη, βίου
γάμων τε τῶν σῶν Σφιγγὸς αἰνιγμοῖς ἔτλης.
πῶς καὶ πέπρακται διπτύχων παίδων φόνος
ἀρᾶς τ' ἀγώνισμ' Οἰδίπου; σήμαινέ μοι.
ΑΓΓ. τὰ μὲν πρὸ πύργων εὐτυχήματα χθονὸς
οἶσθ'· οὐ μακρὰν γὰρ τειχέων περιπτυχαί,
[ὥστ' οὐχ ἅπαντά σ' εἰδέναι τὰ δρώμενα.]
ἐπεὶ δὲ χαλκέοις σῶμ' ἐκοσμήσανθ' ὅπλοις
οἱ τοῦ γέροντος Οἰδίπου νεανίαι,
ἔστησαν ἐλθόντ' εἰς μέσον μεταίχμιον
δισσὼ στρατηγὼ καὶ διπλὼ στρατηλάτα
ὡς εἰς ἀγῶνα μονομάχου τ' ἀλκὴν δορός.

V. 1351. Ex scholio cod. A *κτύπους: τοὺς κτύπους τοὺς ἐκ τῶν χειρῶν γενομένους* cognoscimus scholiastam non legisse *χεροῖν*, quod induxi. Alius schol. annotat: *λευκοπήχεις δ' ἂν λέγοι τοὺς διὰ τῶν λευκοπηχέων χειρῶν, ἵνα ἐκ τοῦ ποιοῦντος τὸ ποιούμενον λέγῃ.*

V. 1353. *αἰνιγμοῖς*] Sic Geelius scripsit pro *αἰνιγμοὺς* (*αἰνιγμούς τ'*). Creon recordatur primam causam malorum, unde nuptiae provenerunt et per nuptias talis vitae finis.

V. 1354. *πῶς καὶ πέπρακται κτέ.*] Recte hanc librorum scripturam defendit Porsonus exemplisque confirmavit, veluti Hecub. 515 *πῶς καί νιν ἐξεπράξατ'; ἆρ' αἰδούμενοι;* 1066 *ποῖ καί με φυγᾷ πτώσσουσι μυχῶν* aliisque locis multis.

Ibid. *διπτύχοιν παίδοιν* scribendum videtur.

V. 1355. *ἀρᾶς τ' ἀγώνισμ' Οἰδίπου*] *Ὁ ἐκ τῆς ἀρᾶς πόλεμος. ἐκ γὰρ τοῦ Οἰδίποδος ταῦτ' ἐνόσουν.*

V. 1357. *καλῶς οὖν καὶ διὰ πιθανῆς ἀφορμῆς τὰ προειρημένα ὑπὸ τοῦ πρώτου ἀγγέλου ἐσιώπησεν.* SCHOL.

V. 1358. *ὥστ' οὐχ ἅπαντά σ' εἰδέναι*] *οὐ μακράν εἰσιν, ὥστε μὴ οὐχὶ πάντα εἰδέναι τὰ δρώμενα· λείπει γὰρ τὸ μή.* SCHOL. Versum inutilem et parum scite compositum cancellis circumscripsi.

V. 1360. Hunc versum ex v. 1243 repetitum Valckenarius histrionibus imputandum censuisset, nisi maluisset v. 1362 ob inanem et frivolam tautologiam expungere. Nobis qualem hic habemus repetitionem, in ea non videtur offendi posse nec sine detrimento narrationis etiam relicto v. 1362 abest subiectum verbi *ἐκοσμήσαντο.*

V. 1362. Versus non eiciendus, sed emendandus videtur, quia aptissima sunt *δισσὼ ξυναίμω καὶ διπλὼ στρατηλάτα*, quae dicis causa proposuit Valckenarius, vel *δισσώ τ' ἀδελφὼ καὶ διπλὼ στρατηλάτα.* Cfr. Aristophanis locum ad v. 1363 annotatum. Heimsoethius coniecit *δισσὼ στρατηγὼ διπτύχοιν στρατευμάτοιν.*

V. 1363. *ὡς εἰς ἀγῶνα μονομάχου τ' ἀλκὴν δορός*] Per *ἀγῶνα* omnino certamen, quod

βλέψας δ' ἐς Ἄργος ἦκε Πολυνείκης ἀράς·
„ὦ πότνι' Ἥρα, σὸς γάρ εἰμ', ἐπεὶ γάμοις
ἔζευξ' Ἀδράστου παῖδα καὶ ναίω χθόνα,
δός μοι κτανεῖν ἀδελφόν, ἀντήρη δ' ἐμὴν
καθαιματῶσαι δεξιὰν νικηφόρον",
αἴσχιστον αἰτῶν στέφανον, ὁμογενῆ κτανεῖν.
[πολλοῖς δ' ἐπῄει δάκρυα τῆς τύχης ὅση,
κἄβλεψαν ἀλλήλοισι διαδόντες κόρας.]
Ἐτεοκλέης δὲ Παλλάδος χρυσάσπιδος
βλέψας πρὸς οἶκον ηὔξατ'· „ὦ Διὸς κόρη,
δὸς ἔγχος ἡμῖν καλλίνικον ἐκ χερὸς

iam inituri fratres sunt, significatur, per vocem vero, quae sequitur, ipsa pugna, quae fit telis et armis, indicatur eaque dicendi copia Graecis, imprimis poetis, maxime propria est. De verbis *μονομάχου τ' ἀλκὴν δορός* cfr. Aristophanem ap. Athen. IV p. 154 E, qui in Phoenissis suis, hunc ipsum Euripidis locum eludens, scripsit: *Εἰς Οἰδίπου δὲ παῖδε, διπτύχω κόρω, Ἄρης κατέσκηψ', ἔς τε μονομάχου πάλης Ἀγῶνα νῦν ἑστᾶσι*, tum huius fab. v. 1325 *μονομάχῳ — δορί*. Heraclid. v. 819 *μονομάχου δι' ἀσπίδος*.

V. 1365. *σὸς γάρ εἰμι*] I. e. mihi licet Argivam Iunonem invocare, quia Argivus factus sum. Cfr. Tro. 23 *νικῶμαι γὰρ Ἀργείας θεᾶς Ἥρας*, Aesch. Suppl. 299 *βοῦν τὴν γυναῖκ' ἔθηκεν Ἀργεία θεός*.

V. 1369. *αἰτῶν* Canterus emendavit. Libri *αἰτῶ*. De participio ad dicentem Polynicem relato cfr. Iph. T. 23 *τὸ καλλιστεῖον εἰς ἔμ' ἀναφέρων* quae interposita sunt orationi Calchantis ab Iphigenia relatae. De verbis *αἴσχιστον στέφανον ὁμογενῆ κτανεῖν* cfr. Tro. 401 *στέφανος οὐκ αἰσχρὸς πόλει καλῶς ὀλέσθαι* et de ratione infinitivi etiam Plat. Crit. p. 45 C *οὐδὲ δίκαιόν μοι δοκεῖς ἐπιχειρεῖν πρᾶγμα, σαυτὸν προδοῦναι, ἐξὸν σωθῆναι*, M. Tulli e lib. de nat. deor. III 24, 63 *Magnam molestiam suscepit et minime necessariam primus Zeno — commenticiarum fabularum reddere rationem.*

V. 1370 sq. Hos versus insulsos et eo poeta dignos qui extremam partem Iphigeniae Aul. (cfr. v. 1577 sqq.) composuit eiecit Valckenarius. De formula *πολλοῖς δ' ἐπῄει δάκρυα* attulit Musgravius Dionys. Hal. p. 642, 34 *ἑαυτῷ μὲν ἐπελθεῖν δάκρυα*, Plut. Mor. p. 1057 *δάκρυα πολλοῖς ἐπῆλθεν*. — De locutione *διαδόντες κόρας* interpretes haec Euripidea attulerunt ex Oreste v. 894 *τὸ δ' ὄμμ' ἀεὶ φαιδρωπὸν ἐδίδου τοῖσιν Αἰγίσθου φίλοις*, v. 1261 *δόχμια νυν κόρας διάφερ' ὀμμάτων*, v. 1265 *ἑλίσσετε νῦν βλέφαρον κόρας, διάδοτε διὰ βοστρύχων πάντῃ*, e Bacch. 1087 *διήνεγκαν κόρας*, e Troasin 117 *διαδοῦναι νῶτον ἄκανθάν τ' εἰς ἀμφοτέρους τοίχους μελέων*, denique huius fab. v. 461 *ὅταν φίλος τις ἀνδρὶ θυμωθεὶς φίλῳ, Εἰς ἓν συνελθὼν, ὄμματ' ὄμμασιν διδῷ*, Musgravius autem excitavit Plutarchi Philopoem. p. 672 (cap. 19) *διαδιδόντες ἀλλήλοις λόγον* et Sull. p. 867 (cap. 35) *ἐκ δὲ τούτων ῥίψεις ὀμμάτων ἐπ' ἀλλήλους ἐγένοντο καὶ παρεπιστροφαὶ συνεχεῖς προσώπων καὶ μειδιαμάτων διαδόσεις*, quibus omnibus illud quidem efficitur, *ἀλλήλοισι διαδόντες κόρας* recte dici, sed inutile *ἔβλεψαν* non defenditur.

V. 1374 sq. *δὸς ἔγχος ἡμῖν .. βαλεῖν*] Incepta oratio paululum

εἰς στέρν' ἀδελφοῦ τῆσδ' ἀπ' ὠλένης βαλεῖν
κτανεῖν θ' ὃς ἦλθε πατρίδα πορθήσων ἐμήν".
ἐπεὶ δ' ἀφείθη πυρσὸς ὣς Τυρσηνικῆς
σάλπιγγος ἠχὴ σῆμα φοινίου μάχης,
ἦξαν δρόμημα δεινὸν ἀλλήλοις ἔπι·
κάπροι δ' ὅπως θήγοντες ἀγρίαν γένυν
ξυνῆψαν, ἀφρῷ διάβροχοι γενειάδας·

immutatur. Nam cum dicit Eteocles *δὸς ἔγχος ἡμῖν καλλίνικον ἐκ χερός*, sentit 'ferri sive volare in pectus fratris'. Postea infert activum *βαλεῖν*, quocum apte coniungit *τῆσδ' ἀπ' ὠλένης*. Quamobrem non assentior Nauckio qui verba *ἐκ χερός* corrupta iudicat, et Heimsoethio qui pro *ἐκ χερός* ponit *εὐθύ νιν*.

V. 1376 etiam supra v. 756 legitur. Utrobique delevit Valckenarius. Nobis hoc loco aptus esse atque concinnitate orationum utriusque fratris etiam requiri videtur. De vocabulo *ἐμὴν* autem argutatur Valckenarius. Nam 'patriam Eteoclis, inquit, vastare desiderasset, quisquis tandem Thebas venisset oppugnatum: quanto rectius morte dignum dixisset, qui suam ipsius patriam veniret vastaturus'. At hic quasi verbis suis *εἰς στέρν' ἀδελφοῦ . . βαλεῖν* ipse perterritus Eteocles impietatem obvolvit salute patriae suae.

V. 1377. *πυρσὸς ὣς*] Acutus et clarus tubae sonitus comparatur cum claro signo facis repente accensae eo aptius quod Graeci poetae etiam dicunt *παιδικοὶ ὕμνοι φλέγοντι*, ut Bacchylides fragm. XIII 12, *παιὰν λάμπει, ἀχὼ τηλεφανής*, ut Sophocles O. R. 186, Phil. 189.

V. 1377 sq. *Τυρσηνικῆς σάλπιγγος*] *μετὰ τὰ Τρωϊκὰ καὶ τὴν εἰς γῆν Ῥωμαίαν Αἰνείου κατοίκησιν Τυρρηνοὶ τὴν σάλπιγγα ἐφεῦρον ἐν τοῖς Ἰταλικοῖς πολέμοις, ὅθεν καὶ Τυρρηνὶς ἡ σάλπιγξ ἐκλήθη.* SCHOL. Tubam Tyrrhenicam quasi heroicis temporibus usitatam finxit Aeschylus in Eum. 567 *διάτορος Τυρσηνικὴ σάλπιγξ*, Sophocles in Ai. 17 *χαλκοστόμου κώδωνος ὡς Τυρσηνικῆς*.

V. 1379. *ἦξαν δρόμημα*] Cfr. Krueg. I 46, 5. Restituenda videtur forma *δράμημα* quam Or. 1005 optimus liber, qui hunc v. forte omisit, exhibet.

V. 1381. *ξυνῆψαν*] Quod olim huic verbo adiectum habebatur in edd. vett. *ἔγχη*, id recte neque libri neque scholiastae agnoscunt. Ac saepe *συνάπτειν* intransitive dicitur, quasi Latine dicas 'congredi'. Ceterum scriptor Chr. Pat. cum Tom. II p. 28 D haec affert: *Κάπροι δ' ὅπως θήγοντες ἀγρίαν γένυν, ὡς ἂν μιμήσωμαί τι τῆς τραγῳδίας, λοξὸν βλέποντες ἐμπύροις τοῖς ὄμμασιν συνῆπτον*, procul dubio hunc ipsum locum ante oculos habuit. Ac posset auctore Valckenario et G. Hermanno alter etiam versus ad amplificandam hanc imaginem recipi in Euripideam orationem, si certum esset hunc unum locum descripsisse illum neque alium fortasse alius poetae aut alius Euripideae fabulae aptum ad suam causam una imitatum esse. Nam quod afferunt Stati Theb. XI 530 *Fulmineos veluti praeceps cum cominus apros Ira tulit, strictisque erexit pectora setis: Igne tremunt oculi lunataque dentibus uncis Ora sonant*, hoc tenendum est, Statium fere semper amplificasse ea quae ex aliorum scriptis imitanda sumpserat, ut non ausus sim cum G. Hermanno verba: *λοξὸν βλέποντες ἐμπύροισιν ὄμμασιν* eius unius auctoritate in ordinem Euripideae orationis recipere. Credo ego Statium potius Homeri locum ex Iliad. XIII 473 *Ὀφθαλμὼ δ' ἄρα οἱ πυρὶ*

ἧσσον δὲ λόγχαις· ἀλλ' ὑφίζανον κύκλοις,
ὅπως σίδηρος ἐξολισθάνοι μάτην.
εἰ δ' ὄμμ' ὑπερσχὸν ἴτυος ἅτερος μάθοι,
λόγχην ἐνώμα στόματι προφθῆναι θέλων.
ἀλλ' εὖ προσῆγον ἀσπίδων κεγχρώμασιν
ὀφθαλμόν, ἀργὸν ὥστε γίγνεσθαι δόρυ.
πλείων δὲ τοῖς ὁρῶσιν ἐστάλασσ' ἱδρὼς
ἢ τοῖσι δρῶσι διὰ φίλων ὀρρωδίαν.
Ἐτεοκλέης δὲ ποδὶ μεταψαίρων πέτρον
ἴχνους ὑπόδρομον, κῶλον ἐκτὸς ἀσπίδος
τίθησι· Πολυνείκης δ' ἀπήντησεν δορί,
πληγὴν σιδήρῳ παραδοθεῖσαν εἰσιδών,
κνήμης τε διεπέρασεν Ἀργεῖον δόρυ·

λάμπετον, αὐτὰρ ὀδόντας Θήγει vel ex Odyss. XIX 446 Φρίξας εὖ λοφιήν, πῦρ δ' ὀφθαλμοῖσι δεδορκώς, qui itidem de apro dicitur, ante oculos habuisse.

V. 1382. ἀλλ' ὑφίζανον κύκλοις] Συνεστέλλοντο ὑπὸ ταῖς ἀσπίσιν. SCHOL.

V. 1384. εἰ δ' ὄμμ' ὑπερσχὸν κτέ.] Εἰ δὲ ἴδοι ὁ ἕτερος τὸ πρόσωπον τοῦ ἄλλου ὑπεράνω τῆς ἀσπίδος, ἐκίνει τὴν λόγχην. SCHOL. Similiter Theocritus idyll. XXII 187 sq. Ἔγχεσι μὲν πρώτιστα τιτυσκόμενοι πόνον εἶχον, Ἀλλήλων εἴ πού τι χροός γυμνωθὲν ἴδοιεν.

V. 1385. στόματι coniunxit cum ἐνώμα scholiasta qui annotavit: τὴν αἰχμὴν τὴν ἑαυτοῦ ἐκίνει κατὰ τοῦ στόματος, προλαβεῖν θέλων αὐτόν, πρὶν καλυφθῆναι δηλονότι. Rectius ut dat. instrumenti coniungitur cum προφθῆναι et de cuspide hastae intellegitur. Cfr. Hom. *O* 389 κατὰ στόμα εἱμένα χαλκῷ (ξυστά), Soph. fr. 157 δορὸς διχόστομον πλᾶκτρον.

V. 1386. κεγχρώμασιν] Hoc Hesychius interpretatur ταῖς περιφερείαις ἢ τοῖς καταστρώμασιν. Idem κερχνώμασι: — καλοῦσι δὲ καὶ τὸν περὶ τὰς ἴτυς τῶν ἀσπίδων κόσμον. Quae antiquior est et magis Attica forma, restituenda fortasse Euripidi. Sic *Κερχνείας*, quod apud Aeschylum Prom. 676 servavit cod. Mediceus, in apographis multis in *Κεγχρείας* est mutatum. DINDORF.

V. 1389. φίλων ὀρρωδίαν] Cfr. Krueg. I 47, 7, 6.

V. 1390. μεταψαίρων] Agnoscit Hesychius, μεταψαίρων μεταφέρων interpretans. Schol. μεταφέρων, μετακινῶν τῷ ποδὶ λίθον.

V. 1391. ἴχνους ὑπόδρομον] Ὑποκάτω του ἴχνους, ἤγουν τοῦ ποδὸς αὐτοῦ, φερόμενον. SCHOL.

V. 1393. πληγὴν σιδήρῳ παραδοθεῖσαν] Quod interpretatur scholiasta: Τόπον δυνατὸν πληγῆναι, si sententiam spectas, falsum non est, sed magis proprie dicas: 'ictum ferro concessum conspicatus'. Ictus enim tum conceditur, si locus patet ad vulnerandum.

V. 1394. κνήμης τε διεπέρασεν Ἀργεῖον δόρυ] De gen. κνήμης cfr. λαιμῶν διῆκε v. 1092 et vide ad v. 26. Si ex libris Bc κνήμην recipitur, διεπέρασεν intransitivam habet vim et Ἀργεῖον δόρυ non alter accusativus est, in qua opinione fuit A. Matthiaeus ad huius fabulae v. 1398 et in Gr. Gr. ampl. § 426, sed nominativus. — Apte Ἀργεῖον attribuitur ad indicandam rem Argivis bene gestam.

στρατὸς δ' ἀνηλάλαξε Δαναϊδῶν ἅπας.
κἀν τῷδε μόχθῳ γυμνὸν ὦμον εἰσιδὼν
ὁ πρόσθε τρωθεὶς στέρνα Πολυνείκους βίᾳ
διῆκε λόγχην, κἀπέδωκεν ἡδονὰς
Κάδμου πολίταις, ἀπὸ δ' ἔθραυσ' ἄκρον δόρυ.
εἰς δ' ἄπορον ἥκων δορὸς ἐπὶ σκέλος πάλιν
χωρεῖ, λαβὼν δ' ἀφῆκε μάρμαρον πέτρον,
μέσον δ' ἄκοντ' ἔθραυσεν· ἐξ ἴσου δ' Ἄρης

V. 1396 sqq. Bene G. Hermannus: 'senserunt perversitatem quidam ex scholiastis et Valckenarius. Quid enim? humerum nudatum videns Eteocles pectus hasta traiecerit? Humerum, credo, si saperet, petebat, non tectum clipeo pectus. Itaque unus scholiastarum: *ἀπὸ τοῦ ὤμου καὶ τὰ στέρνα νοεῖ γυμνούμενα.* Putabat, credo, hoc dici, quod apud Homerum est *κληῖδα παρ' ὦμον* Il. V 146. At id Euripides ineptissime *στέρνα* vocasset, praesertim si diceret *διῆκε λόγχην* vel, ut Porsonus ex coniectura sua scripsit, *διῆκε λόγχῃ*. Et quomodo is, cui pectus hasta traiectum esset, tam parum tanto vulnere, quo prostratum putares, afficiebatur, ut statim non solum ensem stringeret, sed diu etiam depugnaret'. Hae difficultates non tolluntur coniectura vel Geeli *γύμν' ἄνωθεν* vel Hartungi *γύμν' ἐκεῖνος* vel Heimsoethi *γύμν' ὑπ' ὠμόν*. Nec quod Hermannus ipse pro *στέρνα* scripsit *σπερχνά* aptum videtur. Interpolatus est v. 1397 et nisi pro *κἀν τῷδε μόχθῳ*, quae verba etiam in Ion. v. 1196, Hel. 1537 leguntur, scriptum fuit *κἀν τῷδ' ἐκεῖνος*, ipso vocabulo *μόχθῳ* is qui dicitur satis indicatur. Nam vulneratus Eteocles is est qui laborat. Cfr. v. 74, ubi item ex ipsa narrationis serie subiectum cognoscitur. Versus conflatus est ex interpretationibus alia *ὁ πρόσθε τρωθείς* ex v. 1422 sumpta, alia *στέρνα Πολυνείκους* ad *ὠμόν* adscripta, quae interpretationes in libro A *omissione* vocabuli *βίᾳ* manifesto *deprehenduntur.*

V. 1398. Herwerdenus bene *κἀντέδωκεν*; minus bene in v. 1406 *ἀντιβάντ'* (obnixi).

V. 1400 sq. *ἐπὶ σκέλος πάλιν χωρεῖ*] Formulam recte explicat Lex. Seg. p. 72, 31 *χωρεῖν ἐπὶ σκέλος· τὸ ὀπίσω ἀναχωρεῖν μὴ δόντα τοῖς ὑπεναντίοις τὰ νῶτα.* Eodem modo saepe dicitur *ἀναχωρεῖν, ἀπιέναι* vel *ἀνάγειν ἐπὶ πόδα*, veluti in Xenophontis Disciplina Cyri VII 5, 6 *Ἐπεὶ δὲ οὕτω συνεσπειράθησαν, ἀπῄεσαν, ἕως μὲν ἐξικνεῖτο τὰ βέλη ἀπὸ τοῦ τείχους, ἐπὶ πόδα· ἐπεὶ δὲ ἔξω βελῶν ἐγένοντο, στραφέντες κτέ.* coll. ibid. III 3, 69 *Ὡς δ' ἔγνω ὁ Κῦρος τὰ γιγνόμενα —, παρεγγύησεν ἐπὶ πόδα ἀνάγειν ἔξω βελῶν κτέ.* et Exped. Cyr. V 2, 32 *Καὶ αὐτοὶ ἐπὶ πόδα ἀνεχώρησαν βαλλόμενοι οἱ βοηθήσαντες καὶ ἀντιτοξεύοντές τινες τῶν Κρητῶν.* Hoc idem in re navali dici *κρούεσθαι τὴν πρύμναν* annotat et ad h. l. scholiasta et ostendit Arrianus Exped. Alex. V 17, 12 *ὥσπερ αἱ πρύμναν κρουόμεναι νῆες ἐπὶ πόδα ἀνεχώρουν.* Latine id dicitur 'pedem referre', ut apud C. Caesarem de bell. Gall. IV 25, 2 et Curtium IV 16, 5. Vide Kruegerum ad Exped. Cyr. l. l. p. 257. Zeunium ad Discipl. Cyri VII 5, 6.

V. 1401. *λαβὼν δ' ἀφῆκε μάρμαρον πέτρον*] Praeivit in his Hom. Iliad. VII 264 sqq. *Ἀλλ' ἀναχασσάμενος λίθον εἵλετο χειρὶ παχείῃ, Κείμενον ἐν πεδίῳ, μέλανα, τρηχύν τε μέγαν τε· Τῷ βάλεν Αἴαντος δεινὸν σάκος κτέ.*

V. 1402. *μέσον δ' ἄκοντ' ἔθραυσεν*] Permirum est Val-

ἦν, κάμακος ἀμφοῖν χεῖρ' ἀπεστερημένοιν.
ἔνθεν δὲ κώπας ἁρπάσαντε φασγάνων
ἐς ταὐτὸν ἧκον, συμβαλόντε δ' ἀσπίδας
πολὺν ταραγμὸν ἀμφιβάντ' εἶχον μάχης.
καί πως νοήσας Ἐτεοκλῆς τὸ Θεσσαλὸν
εἰσήγαγεν σόφισμ' ὁμιλίᾳ χθονός.
ἐξαλλαγεὶς γὰρ τοῦ παρεστῶτος πόνου,

ckenarium, Brunckium, Porsonum, Hermannum, Dindorfium nulla fere librorum auctoritate recepisse *μέσον τ' ἄκοντ' ἔθραυσεν*, cum hoc fere proprietas sermonis Graeci requirat, ut, ubi effectus eiusmodi actionis indicatur, is ponatur per *δέ* particulam. Sic in Homeri l. l. v. 267 dicitur: *περιήχησεν δ' ἄρα χαλκός* et supra v. 1399 *ἄπο δ' ἔθραυσ' ἄκρον δόρυ* et saepe alias similia.

V. 1403. *ἀμφοῖν χεῖρ' ἀπεστερημένοιν*] Cfr. Krueg. I 52, 4, 2.

V. 1404. *πολὺν ταραγμὸν ἀμφιβάντ' εἶχον μάχης*] Iniuria de huius versus sententia desperavit Valckenarius. Recte enim rem iam expediverat Eustathius ad Iliad. p. 508, 51 *Ὅρα δὲ καὶ τό* [Il. VI 355]· *Πόνος ἀμφιβέβηκεν, ἤγουν κατέλαβε, περιῆλθεν· ὥστε οὐ πάντοτε ἡ λέξις τὸ σκέπειν καὶ βοηθεῖν δηλοῖ, ὡς οὐδὲ . . . . παρ' Εὐριπίδῃ ἐν τῷ· Πολὺν ταραγμὸν ἀμφιβάντ' εἶχον μάχης, ἤγουν ἀμφοτέρωθεν βάντες ἀντιπάλων δίκην κατ' ἀλλήλων.* Dicitur enim *ἀμφιβάντε* de pugnantibus, qui, ut fit, in pugna inter se circumeunt, a loco tamen, in quem congressi sunt, non moventur, ut omnis sententia haec sit: 'magnum pugnae tumultum, dum circumaguntur, efficiebant'. Nullo enim modo *ἀμφιβάντα* hoc legendum est, quam falsam veteris interpretis opinionem, ab aliis iam recte confutatam, miror errorem obiecisse quibusdam lexicographis.

V. 1407 sq. *τὸ Θεσσαλὸν εἰσήγαγεν σόφισμ'*] Thessalos propter calliditatem et malas artes male audivisse pluribus veterum scriptorum locis probat scholiasta ad h. l. in iisque fraudibus hoc etiam strategema fuisse videtur, quod iam commemorat Euripides. Non enim eius grammatici comprobanda oratio videtur, qui apud Eustathium ad Iliad. II p. 251, 5 *Θεσσαλὸν σόφισμα* simpliciter explicavit: *μὴ τοῦτο ἢ ἐκεῖνο, ἀλλ' ἁπλῶς τὸ πανούργημα*, praesertim cum Euripides etiam significet, qua ratione certum hoc artificium a Thessalis accepisse videatur Eteocles.

V. 1408. *ὁμιλίᾳ χθονός*] Nempe hoc pertinet ad *νοήσας*. Iure enim A. Matthiaeus: '*Ὁμιλίᾳ χθονός*, inquit, recte cepisse videtur Musgravius: 'consuetudine terrae', quod in eam fortasse ire consueverat vel in ea aliquamdiu vixerat. Sic Aeschyl. Eum. 406 *καινὴν δ' ὁρῶσα τήνδ' ὁμιλίαν χθονός*, i. e. *τάσδε ὁμιλούσας χθονί*, Furias, quae eodem modo designantur 711 *καὶ μὴν βαρεῖαν τήνδ' ὁμιλίαν χθονὸς Ξύμβουλός εἰμι μηδαμῶς ἀτιμάσαι.* Eodem pertinere censet Musgravius quod Pausanias p. 289, 3 ed. Sylb. scripserit, Eteocli e Thessalia auxilia missa fuisse.

V. 1409. *ἐξαλλαγεὶς*] Porsonus *ἀπαλλαγεὶς* ex Harl., quod est etiam in Flor. 2, 10, 33. Eam esse explicationem exquisitioris scripturae *ἐξαλλαγείς*, quae in ceteris libris est, scholiasta ostendit: *ἐξαλλαγείς, ἀπαλλαγείς, ἀποστὰς τοῦ συστάδην μάχεσθαι.* Thucydides V, 71 *καὶ ἡγεῖται μὲν τῆς αἰτίας ταύτης ὁ*

λαιὸν μὲν εἰς τοὔπισθεν ἀναφέρει πόδα,
πρόσω τὰ κοῖλα γαστρὸς εὐλαβούμενος·
προβὰς δὲ κῶλον δεξιὸν δι' ὀμφαλοῦ
καθῆκεν ἔγχος σφονδύλοις τ' ἐνήρμοσεν.
ὁμοῦ δὲ κάμψας πλευρὰ καὶ νηδὺν τάλας
σὺν αἱματηραῖς σταγόσι Πολυνείκης πίτνει.
ὃ δ' ὡς κρατῶν δὴ καὶ νενικηκὼς μάχῃ,
ξίφος δικὼν εἰς γαῖαν ἐσκύλευέ νιν,
τὸν νοῦν πρὸς αὑτὸν οὐκ ἔχων, ἐκεῖσε δέ.
ὃ καί νιν ἔσφηλ'· ἔτι γὰρ ἐμπνέων βραχύ,
σῴζων σίδηρον ἐν λυγρῷ πεσήματι,
μόλις μέν, ἐξέτεινε δ' εἰς ἧπαρ ξίφος
Ἐτεοκλέους ὁ πρόσθε Πολυνείκης πεσών.
γαῖαν δ' ὀδὰξ ἑλόντες ἀλλήλων πέλας
πίπτουσιν ἄμφω κοὐ διώρισαν κράτος.
ΧΟ. φεῦ φεῦ, κακῶν σῶν, Οἰδίπου, σ' ὅσον στένω·

πρωτοστάτης τοῦ δεξιοῦ κέρως, προθυμούμενος ἐξαλλάσσειν ἀεὶ τῶν ἐναντίων τὴν ἑαυτοῦ γύμνωσιν. Interest autem aliquid: nam ἀπαλλάσσεσθαι est 'plane liberari', ἐξαλλάσσεσθαι autem 'aliquantum se subducere'. G. HERMANN.

V. 1410. λαιὸν μὲν εἰς τοὔπισθεν ἀναφέρει πόδα] Cfr. Theocriti idyll. XXII 197 Ὑπεξαναβὰς ποδὶ Κάστωρ Σκαιῷ. — Libri B F ἀμφέρει, fortasse recte.

V. 1412. προβὰς δὲ κῶλον δεξιόν] De accusativo vide Krueg. II 46, 7, 3.

V. 1418. τὸν νοῦν πρὸς αὑτὸν οὐκ ἔχων, ἐκεῖσε δέ] Cum libri partim πρὸς αὐτόν, partim πρὸς αὑτόν exhiberent et utraque scriptura agnosceretur etiam a glossatoribus, recentiores fere critici ediderunt πρὸς αὐτόν, ut Eteocles sui rationem nullam habuisse videatur, fratrem despoliare cupiens. Mihi tamen hanc ipsam formulam et eos locos, in quibus a veteribus posita est, consideranti veteres scholiastae, quos secutus est Valckenarius, melius πρὸς αὑτόν antetulisse videntur. Simillimus est Sophoclis locus e Trachin. 272 ἄλλοσ' αὐτὸν ὄμμα, θατέρᾳ δὲ νοῦν Ἔχοντ', ad quem scholiasta ἀλλαχόσε τὸν νοῦν ἔχοντα καὶ οὐδὲν δεινὸν πείσεσθαι προσδοκῶντα.

V. 1421. μόλις μέν, ἐξέτεινε δ'] I. e. μόλις μὲν ἐξέτεινε, ἐξέτεινε δέ. Cfr. Soph. Ant. 1105 μόλις μέν, καρδίας δ' ἐξίσταμαι. Aristoph. Nub. 1363 κἀγὼ μόλις μέν, ἀλλ' ὅμως ἠνεσχόμην, Lys. XIII § 85 μὴ ἐπ' αὐτοφώρῳ μέν, ἀπέκτεινε δέ, Plat. Rep. X p. 607 E βίᾳ μέν, ὅμως δὲ ἀπέχονται, Luc. De. di. VIII 1 ἄκων μέν, κατοίσω δέ, Dio Cass. XLIX 1 ἄκων μέν, ὑπέσχετο δ' οὖν.

V. 1423. γαῖαν δ' ὀδὰξ ἑλόντες] Homerus *X* 17 γαῖαν ὀδὰξ εἷλον, ut saepe alias ὀδὰξ ἑλεῖν οὖδας et multa id genus alia dixit.

V. 1425. κακῶν σῶν, Οἰδίπου, σ' ὅσον στένω] Sic recte emendavit G. Hermannus coniecturam Elmslei ad Med. 1202 propositam: κακῶν σῶν, Οἰδίπους, σ' ὅσον στένω. Cfr. Hippol. 1409 στένω σὲ μᾶλλον ἢ 'μὲ τῆς ἁμαρτίας. Aeschyli Prometh. 397 στένω σε τᾶς οὐλομένας τύχας, Προμηθεῦ. Krueg. I 47, 21. In libris hoc loco variae corruptelae se

τὰς σὰς δ' ἀρὰς ἔοικεν ἐκπλῆσαι θεός.
ΑΓΓ. ἄκουε δή νυν καὶ τὰ πρὸς τούτοις κακά.
ἐπεὶ τέκνω πεσόντ' ἐλειπέτην βίον,
ἐν τῷδε μήτηρ ἡ τάλαινα προσπίτνει.
[σὺν παρθένῳ τε καὶ προθυμίᾳ ποδός].
τετρωμένους δ' ἰδοῦσα καιρίους σφαγὰς
ᾤμωξεν· „ὦ τέκν', ὑστέρα βοηδρόμος
πάρειμι." προσπίτνουσα δ' ἐν μέρει τέκνα
ἔκλαι' ἐθρήνει τὸν πολὺν μαστῶν πόνον
στένουσ', ἀδελφή θ' ἡ παρασπίζουσ' ὁμοῦ·
„ὦ γηροβοσκὼ μητρός, ὦ γάμους ἐμοὺς
προδόντ' ἀδελφὼ φιλτάτω." στέρνων δ' ἄπο
φύσημ' ἀνεὶς δύσθνητον Ἐτεοκλῆς ἄναξ
ἤκουσε μητρός, κἀπιθεὶς ὑγρὰν χέρα

habent, in A *οἰδίπου σὸς ὢν στένω γρ. ὅσον στένω*, in B F *οἰδίπου σὸς ὢν στένω*, in F *οἰδίπου (ὅσον* in rasura) *στένω*, in L *οἰδίπου ὅσον στένω*. De forma vocativi *Οἰδίπου* G. Hermannus conferri iubet Fr. Ellendti Lex. Soph. s. h. v.

V. 1428. *ἐπεὶ τέκνω πεσόντ' ἐλειπέτην βίον*] Recte hanc vett. editionum scripturam revocavit G. Hermannus, quam libri A B E F a L satis tuentur. Nam quod aliquot editores scripserunt *ὡς γὰρ πεσόντε παῖδ' ἐλειπέτην βίον* e var. lect. libri A et recentioribus nonnullis libris, quibus accedunt b c *ὡς γὰρ πεσόντε τέκν' ἐλειπέτην βίον*, eam interpolationem esse apparet, ortam illam ex eo, quod *γάρ* explicandi causa adiecto versum restituere vellent critici veteres. Nam quod aliquot libri *ἐλιπέτην* peccant, id nihil huc pertinet.

V. 1429. Bene, quod mox *προσπίτνουσα* in v. 1433 legitur, scripsit Hartungius *προσκυρεῖ* cl. Hesych. *προσκυρεῖ· προσεγγίζει*, quae quidem glossa pertinet ad Aesch. Cho. 13.

V. 1430. Versum, in quo diversissimae res inepte coniunguntur, eiecit Valckenarius addens: 'hic satis erat matrem commemorasse; *ἀδελφή θ' ἡ παρασπίζουσα* suo loco non negligitur v. 1435'. In hoc versu 1435 cum articulum adiunctum habeat *παρασπίζουσα*, significari 'quae comes erat', monet Hermannus.

V. 1431. *τετρωμένους — καιρίους σφαγάς*] De accusativo vide Krueg. I 52, 4, 7.

V. 1433. *προσπίτνουσα δ' ἐν μέρει τέκνα*] Cfr. Krueg. II 48, 11, 5.

V. 1434. Bene Nauckius *τὸν πολὺν μάτην πόνον*.

V. 1436. *οἷον ὀφείλοντες ἐν γήρᾳ τὴν μητέρα θρέψαι καὶ προδόντες τοὺς γάμους τῆς ἀδελφῆς, τουτέστιν οἱ* (lege *τουτέστι μὴ*) *γαμοστολήσαντες*. SCHOL. Nimirum fratrum erat sororem collocare. Cfr. Lys. XVI § 10, Demosth. XL § 19.

V. 1438. *δύσθνητον* A, ceteri *δύστλητον*.

V. 1439. *ὑγρὰν χέρα*] Recte schol. cod. Guelph. *ὑγρὰν διὰ τὴν ἐκ τῆς πληγῆς ἀσθένειαν*. Debilem manum dicit propter imbecillitatem morientis. Falso alii manum madentem sanguine intellexerunt. Cfr. Soph. Ant. 1236 *ἐς δ' ὑγρὸν ἀγκῶν' ἔτ' ἔμφρων παρθένῳ προσπτύσσεται*, Plut. Cat. m. cap. 20 *τοῦ ξίφους ἐκκρουσθέντος ὑπὸ πληγῆς καὶ δι' ὑγρότητα τῆς χειρὸς ἐξολισθόντος*.

φωνὴν μὲν οὐκ ἀφῆκεν, ὀμμάτων δ᾽ ἄπο
προσεῖπε δακρύοις, ὥστε σημῆναι φίλα.
ὃ δ᾽ ἦν ἔτ᾽ ἔμπνους, πρὸς κασιγνήτην δ᾽ ἰδὼν
γραῖάν τε μητέρ᾽ εἶπε Πολυνείκης τάδε·
„ἀπωλόμεσθα, μῆτερ· οἰκτείρω δὲ σὲ
καὶ τήνδ᾽ ἀδελφὴν καὶ κασίγνητον νεκρόν.
φίλος γὰρ ἐχθρὸς ἐγένετ᾽, ἀλλ᾽ ὅμως φίλος.
θάψον δέ μ᾽ ὦ τεκοῦσα καὶ σὺ σύγγονε
ἐν γῇ πατρῴᾳ, καὶ πόλιν θυμουμένην
παρηγορεῖτον, ὡς τοσόνδε γοῦν τύχω
χθονὸς πατρῴας, κεἰ δόμους ἀπώλεσα.
ξυνάρμοσον δὲ βλέφαρά μου τῇ σῇ χερί,
μῆτερ — τίθησι δ᾽ αὐτὸς ὀμμάτων ἔπι —

V. 1440 sq. *ὀμμάτων ἄπο προσεῖπε δάκρυοις*] Cfr. Aesch. Ag. 240 *ἔβαλλ᾽ ἕκαστον θυτήρων ἀπ᾽ ὄμματος βέλει φιλοίκτῳ .. προσεννέπειν θέλουσα.*

V. 1442. *ὃ δ᾽ ἦν ἔτ᾽ ἔμπνους κτέ.*] Non satis recte in horum verborum constructione offensus est Valckenarius. Saepe enim primum persona quaedam per pronomen significatur et in reliqua oratione ipsum ponitur nomen. Sic recte etiam Latine hoc dicas: 'Alter vero adhuc spiritum ducebat et in sororem et matrem natu grandem intuens Polynices haec dixit'. Inutilis est igitur Valckenari emendatio: *ὃς δ᾽ ἦν ἔτ᾽ ἔμπνους, πρὸς κασιγνήτην τ᾽ ἰδὼν κτέ.*, quam ita Brunckius et Porsonus secuti sunt, ut *τ᾽* plane omitterent.

V. 1446. *φίλος γὰρ ἐχθρὸς ἐγένετ᾽, ἀλλ᾽ ὅμως φίλος*] Persimilis est Tibulli oratio III 6, 56 *Perfida, sed quamvis perfida, cara tamen.*

V. 1449 sq. *ὡς τοσόνδε γοῦν τύχω χθονὸς πατρῴας*] Alio quodam modo precatur Oedipus filiis apud Sophoclem in Oed. Col. 790 *χθονὸς λαχεῖν τοσοῦτον ἐνθανεῖν μόνον.* Ut hoc loco, sic Argia uxor de Polynice apud Statium Theb. XII 329 *Proiectus cespite nudo Hoc patriae telluris habet,* quos locos recte comparavit Valckenarius. Praeivit sententiam Aeschylus Sept. 731 *ὠμόφρων σίδαρος χθόνα ναίειν διαπήλας ὁπόσαν καὶ φθιμένοισιν κατέχειν τῶν μεγάλων πεδίων ἀμοίρους.*

V. 1450. *κεἰ δόμους ἀπώλεσα· καὶ εἰ τοὺς δόμους τῆς γῆς, ἀντὶ τοῦ τὴν βασιλείαν, ἀπέβαλον.* SCHOL. — Post hunc versum Teles ap. Stobaeum p. 233, 51 quasi ex Euripidis fabula ponit hunc versum: *Καὶ γῆς φίλοις ὄχθοισι κρυφθῶ καὶ τάφῳ,* quem G. Hermannus ita emendatum: *ἐν γῆς φίλοις ὄχθοισι κρυφθῆναι τάφῳ,* in Euripidis orationem recepit. Hunc ego versum quamquam non nego Euripideum haberi posse, quam in rem docti iam comparaverunt fragmentum Euripidis, quod habetur apud Diogenem Laertium IV 25 *ἐν γῆς φίλοις μυχοῖσι κρυφθῆναι καλόν,* tamen veritus sum in hanc fabulae Euripideae editionem recipere, quia ipse Hermannus non ausus est decernere, utrum ab Euripide an ab histrionibus ille profectus fuerit. Huc accedit, quod sententia per se plena atque absoluta est.

V. 1452. *τίθησι δ᾽ αὐτὸς ὀμμάτων ἔπι*] Similiter orationi interposita est rei narratio Hel. 1560 sqq. *ὦ πέρσαντες Ἰλίου πόλιν, οὐκ .. ἐμβαλεῖτε — φάσγανόν θ᾽ ἅμα πρόχειρον ὤθει*

καὶ χαίρετ᾽· ἤδη γάρ με περιβάλλει σκότος."
ἄμφω δ᾽ ἅμ᾽ ἐξέπνευσαν ἄθλιον βίον.
μήτηρ δ᾽ ὅπως ἐσεῖδε τήνδε συμφοράν,
ὑπερπαθήσασ᾽ ἥρπασ᾽ ἐκ νεκρῶν ξίφος
κἄπραξε δεινά· διὰ μέσου γὰρ αὐχένος
ὠθεῖ σίδηρον, ἐν δὲ τοῖσι φιλτάτοις
θανοῦσα κεῖται περιβαλοῦσ᾽ ἀμφοῖν χέρας.
ἀνῇξε δ᾽ ὀρθὸς λαὸς εἰς ἔριν λόγων,
ἡμεῖς μὲν ὡς νικῶντα δεσπότην ἐμόν,
οἱ δ᾽ ὡς ἐκεῖνον. ἦν δ᾽ ἔρις στρατηλάταις,
οἱ μὲν πατάξαι πρόσθε Πολυνείκη δορί,
οἱ δ᾽ ὡς θανόντων οὐδαμοῦ νίκη πέλοι.
[κἀν τῷδ᾽ ὑπεξῆλθ᾽ Ἀντιγόνη στρατοῦ δίχα.]
οἱ δ᾽ εἰς ὅπλ᾽ ᾖσσον· εὖ δέ πως προμηθίᾳ

— σφάγια τῷ τεθνηκότι; Cfr. supra ad v. 1369.

V. 1453. ἤδη .. σκότος] Hom. E 47 στυγερὸς δ᾽ ἄρα μιν σκότος εἷλεν.

V. 1456. ἥρπασ᾽ ἐκ νεκρῶν ξίφος] Hanc omnium librorum scripturam recte Porsonus et Hermannus revocarunt. Nam quod ἐκ νεκροῦ Aldus et edd. vett. habent, inde natum, quod putabant ab uno tantum petitum fuisse gladium; conf. tamen infra v. 1577 λαβοῦσα νεκρῶν πάρα φάσγανον. Praeterea Homerus Odyss. *K* 277 suspendio Iocastam vitam finivisse scribit: ἁψαμένη βρόχον αἰπὺν ἀφ᾽ ὑψηλοῖο μελάθρου, quem secutus est Sophocles.

V. 1458. ἐν δὲ τοῖσι φιλτάτοις] Schol. γράφεται 'σὺν τέκνοις δὲ φιλτάτοις'.

V. 1461. ἡμεῖς μὲν] Recte scholiasta, cum alii interpretes veteres secus accepissent hunc locum, monuit hanc esse constructionem: ἡμεῖς μὲν ἀνήξαμεν εἰς ἔριν λόγων, ὡς νικῶντα τὸν ἐμὸν δεσπότην. De accusativo quem vocant absoluto conf. Krueg. I 56, 9, 10.

V. 1462 sq. ἦν δ᾽ ἔρις στρατηλάταις, οἱ μὲν κτέ.] Quod verba: ἦν δ᾽ ἔρις στρατηλάταις nihil aliud sibi volunt, nisi hoc: ἤριζον δὲ οἱ στρατηλάται, non solum κατὰ τὸ σημαινόμενον recte accedit nominativus οἱ μέν, verum etiam qui mox sequitur accusativus cum infinitivo πατάξαι πρόσθε Πολυνείκη δορί, quoniam in verbis ἔρις ἦν dicendi notio continetur, recte autem deinceps etiam ὡς — πέλοι eodem modo dicitur. De externa constructionis forma conferas Aeschyl. Prom. 200 sq. Στάσις ἐν ἀλλήλοισιν ὠροθύνετο, Οἱ μὲν θέλοντες ἐκβαλεῖν ἕδρας Κρόνον, Ὡς Ζεὺς ἀνάσσοι δῆθεν, οἱ δὲ τοὔμπαλιν Σπεύδοντες, ὡς Ζεὺς μή ποτ᾽ ἄρξειεν θεῶν. Sophoclis Antig. 259 sq. λόγοι δ᾽ ἐν ἀλλήλοισιν ἐρρόθουν κακοί, Φύλαξ ἐλέγχων φύλακα κτέ. Euripidis Bacch. 1131 sq. ἦν δὲ πᾶσ᾽ ὁμοῦ βοή, ὁ μὲν στενάζων κτέ. Vide P. Elmsl. ad h. l. p. 136 ed. Lips. Pflugk. ad Heracl. v. 40 et quos supra laudavi ad huius fab. v. 283.

V. 1465. Hunc versum, quem non ab Euripide, sed ab interpolatore nimis curioso profectum esse apparet ex v. 1476, expunxit Valckenarius. In proximo versu οἱ δέ milites utriusque exercitus ducibus (στρατηλάταις v. 1462) opponit.

καθῆστο Κάδμου λαὸς ἀσπίδων ἔπι·
κἄφθημεν οὔπω τεύχεσιν πεφραγμένον
Ἀργεῖον εἰσπεσόντες ἐξαίφνης στρατόν.
κοὐδεὶς ὑπέστη, πεδία δ' ἐξεπίμπλασαν
φεύγοντες, ἔρρει θ' αἷμα μυρίον νεκρῶν
λόγχαις πιτνόντων. ὡς δ' ἐνικῶμεν μάχῃ,
οἳ μὲν Διὸς τρόπαιον ἵστασαν βρέτας,
οἳ δ' ἀσπίδας συλῶντες Ἀργείων νεκρῶν
σκυλεύματ' εἴσω τειχέων ἐπέμπομεν.
ἄλλοι δὲ τοὺς θανόντας Ἀντιγόνης μέτα
νεκροὺς φέρουσιν ἐνθάδ' οἰκτίσαι φίλοις.
πόλει δ' ἀγῶνες οἳ μὲν εὐτυχέστατοι
τῇδ' ἐξέβησαν, οἳ δὲ δυστυχέστατοι.

ΧΟ. οὐκ εἰς ἀκοὰς ἔτι δυστυχία
δώματος ἥκει· πάρα γὰρ λεύσσειν
πτώματα νεκρῶν τρισσῶν ἤδη

V. 1467. *ἀσπίδων ἔπι*] Quod Abreschius ad Aesch. Tom. II p. 67 (p. 308 sq. ed. Hal.) affert ex Thuc. VII 79 *παρατεταγμένην οὐκ ἐπ' ὀλίγων ἀσπίδων*, longe alio sensu dicitur.

V. 1468. Dindorfius *πεφαργμένον*. At vide nostras Cur. epigr. p. 44.

V. 1471. *μυρίον* cod. L exhibet. Ceteri fere *μυρίων*. Cfr. Hesych. *μυρίον· πολὺ τῷ πλήθει.*

V. 1473. *οἳ μὲν Διὸς τρόπαιον ἵστασαν βρέτας*] Vide quae ad huius fab. v. 1250 sq. annotavimus.

V. 1476 sq. *τοὺς θανόντας — νεκρούς*] Ne quis in hac formula offendat, caverunt Brunckius ad h. l. et A. Seidlerus apud Wexium ad Sophoclis Antig. v. 513. Sic enim dixit iam Homerus Iliad. Z 409 et Odyss. *Κ* 37 *νεκύων κατατεθνηώτων* et Odyss. *Κ* 490 *νεκύεσσι καταφθιμένοισι*, tum Sophocl. Ant. 515 *ὁ κατθανὼν νέκυς*. Euripides Suppl. 45 sq. *φθιμένων νεκύων*. 524 *νεκροὺς τοὺς θανόντας*. 558 *τοὺς ὀλωλότας νεκρούς* et quae sunt similia.

V. 1477. οἰκτίσαι φίλοις] *φίλοις* libri ABEF, ceteri *φίλους*. Retinui cum novissimis editoribus *φίλοις*, quoniam id explicatu facillimum est. Dicitur enim ut in Andromacha v. 1159 *κομίζομέν νίν σοι κατοιμῶξαι γόοις*, ad quem versum Pflugkius hunc ipsum locum assimilavit. Sed tamen *φίλους* per se falsum non est, ita tamen explicandum, si retiuemus, ut accepit scholiasta cod. Guelph.: *φέρουσι τοὺς θανόντας νεκρούς, ὥστε τοὺς φίλους αὐτῶν οἰκτίσαι καὶ ἐλεῆσαι αὐτοὺς ἀθλίως ἀπολωλότας.*

V. 1478 sq. *εὐτυχέστατοι — δυστυχέστατοι*] Nauckius conicit *δυσποτμώτατοι*. At cfr. Med. 314 sq. *ἠδικημένοι — νικώμενοι*, 408 sq. *ἀμηχανώτατοι — σοφώτατοι*, Soph. Ai. 807 sq. *ἠπατημένη — ἐκβεβλημένη*, 1085 *ἂν ἡδώμεθα — ἂν λυπώμεθα.*

V. 1480 sq. *οὐκ εἰς ἀκοὰς ἔτι δυστυχία — ἥκει*] Cfr. Callimachi hymn. in Del. 179 sq. *ἴδωσι δὲ πίονα καρπὸν Γείτονος αἰθομένοιο καὶ οὐκέτι μοῦνον ἀκουῇ.*

V. 1481. *πάρα γὰρ λεύσσειν*] Vide infra v. 1552 *πάρα γὰρ στενάχειν.*

V. 1482. *πτώματα νεκρῶν*] Cfr. Androm. 652 sq. *οὗ πεσήματα Πλεῖσθ' Ἑλλάδος πέπτωκε δο-*

τάδε πρὸς μελάθροις κοινῷ θανάτῳ
σκοτίαν αἰῶνα λαχόντων.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Οὐ προκαλυπτομένα βοτρυχώδεος
ἁβρὰ παρηίδος οὐδ' ὑπὸ
παρθενίας τὸν ὑπὸ βλεφάροις

ριπετῆ νεκρῶν. Huc spectare Phrynichi praeceptum intellexit Valckenarius: *Πτῶμα ἐπὶ νεκροῦ τιθέασιν οἱ νῦν, οἱ δ' ἀρχαῖοι οὐχ οὕτως, ἀλλὰ πτώματα νεκρῶν ἢ οἴκων*, ad quem locum vide quae Lobeckius annotavit p. 375.

V. 1484. *σκοτίαν αἰῶνα*] Respicit huc Eustathius ad Iliad. IV p. 282, 38 *Οὐ μόνον ἀρσενικῶς, ἀλλὰ καὶ θηλυκῶς ὁ ῥηθεὶς αἰὼν λέγεται τραγικώτερον, οἷον 'σκοτίαν αἰῶνα'.*

V. 1485 sqq. Hoc quod iam sequitur carmen choricum, cuius metricae rationes implicatiores sunt, G. Hermannus in Elem. doctr. metr. p. 773 pro paromoeostropho habuit, in Epitome autem doctr. metr. p. 301 partim pro paromoeostropho, partim pro antistrophico; A. autem Seidlerus de verss. dochm. p. 335 totum in antistrophas praeter unam epodum et trium verborum proodum redigere conatus est. Liberiorem stropharum et antistropharum nexum agnovit G. Hermannus etiam in editione sua. Qui has incertas metrorum descriptiones cognoscere volet, adeat ipsos earum auctores.

V. 1485. *βοτρυχώδεος*] Restituit hanc adiectivi *βοστρυχώδεος*, quod in Euripidis libris et schol., tum in Charmi parodia apud Athen. I p. 4 b habetur, formam G. Hermannus, quomodo etiam Pherecrates apud Pollucem II 27 ex emendatione Th. Bergki dicit: *ὦ ξανθοτάτοις βοτρύχοισι κομῶν.* Cfr. Etym. Magn. p. 205, 32. Apollon. Rhod. II 679. *βοτρυχώδεος* habet etiam cod. Kingi e correctione. Vim huius adiectivi recte explicarunt scholiastae: *βοστρυχώδεος, ἐν ᾗ οἱ βόστρυχοι κεῖνται* et alius: *βοστρυχώδους λέγει διὰ τὸ παρ' αὐτὴν κατιέναι τοὺς βοστρύχους.*

V. 1486. *ἁβρὰ παρηΐδος*] Sententiam huius vocis recte Eustathius ad Odyss. *α* p. 1420, 64 reddidit per verba: *τὴν τοῦ προσώπου ἁβρότητα.* De adiectivo neutri pro substantivo posito cfr. Sophoclis Antig. v. 1209, ubi *ἄσημα βοῆς* dicitur, tum Krueg. II 47, 10, 2. Neque aliter Latini fecerunt, qui non solum 'summa pectoris', 'difficillima artis', verum etiam 'strata viarum', 'amara curarum', 'ficta', vel 'vana rerum' et quae sunt similia, saepius etiam quam Graeci, usurparunt, qua de re vide Heindorfium ad Horati Satir. II 2, 25 p. 258, illum tantummodo in eo errantem, quod Latinos a Graecis eam constructionem petivisse ait. Haec enim ita comparata sunt, ut uterque populus ipse reperisse videatur quae concederet lingua.

V. 1487 sq. *οὐδ' ὑπὸ παρθενίας τὸν ὑπὸ βλεφάροις κτέ.*] Sententia horum verborum haec est: 'neque prae virginali modestia sub palpebris nascentem purpuram, ruborem oris, reverens feror' etc., quibus in verbis rectius, quam Valckenarius fecit, explicavit Huschkius ad Tibullum I 4, 14 *τὸν ὑπὸ βλεφάροις φοίνικα* eum qui est in genis purpureum colorem. Idem bene coniecit *αἰθομένα* de flamma genarum dictum, ita ut *φοίνικα* a verbo *προκαλυπτομένα* aptum foret. Naukius proposuit *καδομένα* coniungens *καδομένα νεκύων.*

φοίνικ', ἐρύθημα προσώπου,
αἰδομένα φέρομαι βάκχα νεκύων,
κράδεμνα δικοῦσα κόμας ἀπ' ἐμᾶς,
στολίδα κροκόεσσαν ἀνεῖσα τρυφᾶς,
ἁγεμόνευμα νεκροῖσι πολύστονον. αἰαῖ, ἰώ μοι.
ὦ Πολύνεικες, ἔφυς ἄρ' ἐπώνυμος, ὤμοι, Θήβαις·
σὰ δ' ἔρις — οὐκ ἔρις, ἀλλὰ φόνῳ φόνος —

V. 1488. *ἐρύθημα προσώπου*] Haec est appositio ad praecedens substantivum, nullo modo cum scholiastis cum genere praepositae vocis confundenda, quamquam scholiasta ipse quoque veram explicationem memorat: *Φοίνικ' ἐρύθημα· τὸν πυρρόν. ἀρσενικῶς δὲ εἶπε τὸν φοίνικα ἐρύθημα ἀντὶ τοῦ οὐδετέρου· ἔδει γὰρ εἰπεῖν· τοὐπὶ βλεφάροις φοινικοῦν ἐρύθημα. Τινὲς δέ· οὐ τὴν ὑπὸ βλεφάροις φοίνιξιν αἰδουμένη, ἥπερ ἐστὶν ἐρύθημα προσώπου.*

V. 1489. *βάκχα νεκύων*] Recte haec explicavit scholiasta: *βακχικὴν μανίαν μαινομένη, ἣν δὲ οἱ νεκροὶ παρέχουσιν, οὐχ ὁ Διόνυσος.* Simili translatione dicitur in Hecub. v. 1076 sq. *πᾷ φέρομαι τέκν' ἔρημα λιπὼν Βάκχαις Ἅιδου διαμοιρᾶσαι.* Dicit autem hoc, quod quasi bacchans mulier parum velata ac dimissis comis fertur.

V. 1491. *στολίδα κροκόεσσαν ἀνεῖσα τρυφᾶς*] *Στολίδα τρυφᾶς*, quod de Porsoni coniectura in *στολίδος τρυφάν* mutandum videtur, nihil aliud est nisi *στολίδα τρυφεράν*, 'vestem delicatulam' (vide Krueg. II 47, 5, 2). Fuit enim 'croceo colore vestis' non communis Graecarum mulierum, qua in opinione fuit Musgravius, sed si quando lautius et splendidius se ornarent, ut regiae puellae Antigonae conveniret. Apparet hoc ex Aristophanis Lysistr. 42 sqq. *τί δ' ἂν γυναῖκες φρόνιμον ἐργασαίατο Ἢ λαμπρόν, αἳ καθήμεθ' ἐξηνθισμέναι, Κροκωτοφοροῦσαι καὶ κεκαλλωπισμέναι.* Illud rectius Musgrav., quod adiunxit *ἀνεῖσα*, 'demittens', proprie dici. Moris enim fuisse, quoties planctus editurae essent feminae, sinum vestis stringere, superiorem eius partem ad pedes demittere, coll. Senecae Troad. 68 *Paret exsertos Turba lacertos: veste remissa Substringe sinus uteroque tenus Pateant artus* et Theocrit. XV 134 *λύσασαι δὲ κόμαν καὶ ἐπὶ σφυρὰ κόλπον ἀνεῖσαι, Στήθεσι φαινομένοις, λιγυρᾶς ἀρξώμεθ' ἀοιδᾶς.*

V. 1492. *ἁγεμόνευμα νεκροῖσι πολύστονον*] *Ἁγεμόνευμα* est, quasi Latine 'ductamentum' dicas, res, quae ad ducendum facit vel in qua posita est ductio. Itaque Antigona proprie hoc dicit hac voce, se rem mortuis esse, in qua consisteret pompae ductio. More autem haec substantiva a re ad personas translata sunt, eodemque modo dicuntur *συγκοιμήματα* in Androm. 1273, *κήδευμα* in Oreste v. 477, *παίδευμα* in Electr. 887 et *παιδεύματα* in Hippol. 11, *συγγένεια* supra v. 290, *νυμφεῖα* in Sophoclis Antig. v. 568, *κήδευμα* in O. R. v. 85 et alia alias. Vide Porson. ad Or. 1051, Matth. § 429.

V. 1494. *ὦ Πολύνεικες, ἔφυς ἄρ' ἐπώνυμος*] Cfr. quae supra ad v. 636 sq. et ad Soph. Ai. 430 annotavimus. Tum pro *ὤμοι, Θῆβαι*, Hermannus vidit scribendum esse *ὤμοι, Θήβαις.*

V. 1495. *σὰ δ' ἔρις οὐκ ἔρις κτἑ.*] Sententiam horum verborum recte perspexit scholiasta: *Ἡ ἔρις, φησίν, οὐκ αὐτὸ μόνον ἄχρι φιλονεικίας τὸ τέλος ἔσχεν, ἀλλ' ἄχρι φόνων ἐπαλλήλων προελθοῦσα ἄρδην τὸν πάντα οἶκον τοῦ Οἰδίποδος ἀπώλεσεν.* Et

Οἰδιπόδα δόμον ὤλεσε κρανθεῖσ'
αἵματι δεινῷ, αἵματι λυγρῷ.
τίνα προσῳδὸν
ἢ τίνα μουσοπόλον στοναχὰν ἐπὶ
δάκρυσι δάκρυσιν, ὦ δόμος ὦ δόμος,
ἀνακαλέσομαι,
τρισσὰ φέρουσα τάδ' αἵματα σύγγονα,
ματέρα καὶ τέκνα, χάρματ' Ἐρινύος;
ἃ δόμον Οἰδιπόδα πρόπαρ ὤλεσε,
τᾶς ἀγρίας ὅτε
δυσξύνετον ξυνετὸς μέλος ἔγνω
Σφιγγὸς ἀοιδοῦ σῶμα φονεύσας.

de voce *φόνος φόνῳ* i. e. 'caedes caedi adiuncta' cfr. Or. 1257 *μή τις πήματα πήμασιν ἐξεύρῃ*, Hel. 195 *ἔμολε δάκρυα δάκρυσί μοι φέρων*, Soph. El. 235 *τίκτειν ἄταν ἄταις*, Ai. 866 *πόνος πόνῳ πόνον φέρει*, O. R. 175 *ἄλλον δ' ἂν ἄλλῳ προσίδοις .. ὅρμενον*.

V. 1496 sq. Cum Hermanno ex recentiore libro *κρανθεῖσ'* recepi pro *κρανθείς*, quia iurgium sanguine perpetratum ex iurgio factum est caedes, ut participium ad *ἔρις* referri debeat. Hiatus vitandi causa atque etiam aequabilitatis quam inter v. 1485—1497 et v. 1570—1581 intercedere statuit gratia scripsit Hermannus *ὤλεσεν αἵματι δεινῷ κρανθεῖσ', αἵματι λυγρῷ*. At sic evertitur gravitas repetitae vocis *αἵματι δεινῷ, αἵματι λυγρῷ*, ut hoc nomine vel Hartungi *αἵματι δαΐῳ, αἵματι λυγρῷ* vel Heimsoethi coniectura (*χρανθένθ'*) *αἵμασι δεινοῖς, αἵμασι λυγροῖς* praeferenda videatur.

V. 1498. *προσῳδόν* non est, ut scholiasta interpretatur, *θρῆνον*, sed de homine qui accinat neniis intellegendum, ut mox *τίνα μουσοπόλον στοναχάν* idem fere significat quod *τίνος μουσοπόλου στοναχάν*. Cfr. v. 1515 sqq. Scholiasta in memoriam vocat Hom. Ω 720 *παρὰ δ' εἷσαν ἀοιδοὺς θρήνων ἐξάρχους, οἵ τε στονόεσσαν ἀοιδὴν οἱ μὲν ἄρ' ἐθρήνεον, ἐπὶ δὲ στενάχοντο γυναῖκες.* — Hermannus cum hic ex recentibus libris *δὲ* recepit (*τίνα δὲ προσῳδόν*) et in v. 1501 *ἀνακαλέσωμαι* scripsit, numeros versuum 1498—1500 versibus 1501—1503 aequavit.

V. 1502. *αἵματα σύγγονα* qui pro *σώματα σύγγονα* restituit Musgravius interpretatur 'caedes consanguineas' afferens Aesch. Cho. 650. Eum. 254. Kirchhoffius *φέρουσα πεσήματα* coniecit, de quo vide ad v. 1482, Rauchensteinius *φέρουσ' ἅμα σώματα.*

V. 1505. *πρόπαρ*] Sic scripsi ex cod. Mosqu. pro vulgato *πρόπαν*, quod recte dubitavit G. Hermannus num pro adverbio satis usitatum esset. *πρόπαρ* pertinet ad sequens *ὅτε*, quia inde ab eo tempore iam culpam contraxit Oedipus, quo die aenigma Sphingis solvit. Cfr. v. 1353.

V. 1506. *δυσξύνετον ξυνετός*] Est lusus in verbis ut in Iph. T. 1092 *εὐξύνετον ξυνετοῖσι βοάν*. Apposite ad h. l. affert Valckenarius Dionis Chrysost. orat. X p. 151 A *Τὸν Οἰδίπουν οἱ Ἕλληνες οἴονται .. συνετὸν πάντων μάλιστα, μόνον .. λῦσαι τὸ αἴνιγμα τῆς Σφιγγός.*

V. 1507. *Σφιγγὸς ἀοιδοῦ σῶμα φονεύσας*] Quia genetivus *Σφιγγὸς ἀοιδοῦ* tam ad superiorem orationem pertinet, quam ad posteriorem, recte recentiores in-

ἰώ μοι, πάτερ,
τίς Ἑλλὰς ἢ βάρβαρος ἢ
τῶν προπάροιθ' εὐγενετᾶν ἕτερος
ἔτλα κακῶν τοσῶνδ'
αἵματος ἁμερίου
τοιάδ' ἄχεα φανερά;
[τάλαιν' ὡς ἐλελίζει].
τίς ἄρ' ὄρνις ἢ δρυός ἢ ἐλάτας
ἀκροκόμοις ἀμφὶ κλάδοις
ἑζομένα μονομάτορος ὀδυρμοῖς·

terpretes sustulerunt interpunctionem. Ceterum *σῶμα φονεύσας* recte iam scholiasta explicat: *ἀντὶ τοῦ φόνου καὶ ἀναιρέσεως γενόμενος αὐτῇ αἴτιος.*

V. 1508. *ἰώ μοι, πάτερ*] Haec verba nullo modo coeptum orationis cursum impediunt et ut mera interiectio interponuntur. Nam infra demum v. 1530 vere patrem appellat Antigona.

V. 1509. *τίς Ἑλλὰς ἢ βάρβαρος κτέ.*] Scholiastarum unus pessime: *τίς Ἑλλάς, ἤτοι Ἑλληνικὴ γῆ, ἢ βαρβαρική, ἢ τίς ἕτερος τῶν προπάροιθεν εὐγενῶν, αἵματος καὶ γένους ὑπάρχων ἀνθρωπείου.* Videtur ille eo ad hanc interpretationem adductus esse, quod non recte distingui putaret Graecos et barbaros et qui mortalium olim nobiles fuissent. At Euripides, cum *τίς Ἑλλὰς ἢ βάρβαρος* dixit, viros voluit intellegi, a quibus recte distinguuntur qui olim umquam nobiles vel Graecorum vel barbarorum fuerunt. G. HERMANNUS. *Ἑλλάς* pro masculino agnoverunt reliqui scholiastae. Cfr. Antiatticistam Bekkeri p. 97, 4 *Ἑλλάς· ὁ ἀνήρ. Σοφοκλῆς Αἴαντι Λοκρῷ.* Soph. Trach. 1060 *οὔθ' Ἑλλὰς οὔτ' ἄγλωσσος*, infra in v. 1569 *μαστὸν ἱκέτιν* et quae supra ad v. 1024 annotata sunt.

V. 1512. *αἵματος ἁμερίου*] Vid. Soph. Antig. v. 789 cum annot. interpp. Nauckius conicit *σπέρματος ἁμερίου | τοσῶνδ' ἔτλα κακῶν.*

V. 1514 sqq. Verba *τάλαιν' ὡς ἐλελίζει*, quibus sensu cassis ut aliquid eliceretur, in libro L *ἐλελίζω* scriptum est, a sede sua mota in hunc ordinem redigenda sunt: *τίς ἄρ' ὄρνις ἢ δρυὸς εἴτ' ἐλάτας ἀκροκόμοις ἀμφὶ κλάδοις ἀλαίνουσ' ἐλελιζομένα μονομάτορ' ὀδυρμὸν ἐμοῖς ἄχεσι συνῳδός*; (scil. *ἐστι*). De *ἢ — εἴτε* cfr. Alc. v. 114 sq., Soph. Ai. v. 177 sq. De praepositionis *ἀμφὶ* usu Krueg. II 68, 30, 2. *Μονομάτορ' ὀδυρμόν* (adiciens *ἵησιν*) iam Nauckius invenit; nobis accusativus ab *ἐλελιζομένη* pendet. Propter vicina *ἐμοῖς ἄχεσι* abiit *ὀδυρμόν* in *ὀδυρμοῖς*; bene autem lugubris cantus avis pullis orbatae vocatur *μονομάτωρ ὀδυρμός*. De sententia denique cfr. Hel. 1107 *σὲ τὰν ἐναυλείοις ὑπὸ δενδροκόμοις ἀναβοάσω, σὲ τὰν ἀοιδοτάταν ὄρνιθα μελῳδὸν ἀηδόνα δακρυόεσσαν, ἐλθὲ διὰ ξουθᾶν γενύων ἐλελιζομένα θρήνοις ἐμοῖς ξυνῳδός*, Aristoph. Av. 210 *λῦσον δὲ νόμους ἱερῶν ὕμνων οὓς διὰ θείου στόματος θρηνεῖς τὸν ἐμὸν καὶ σὸν πολύδακρυν Ἴτυν ἐλελιζομένη διεροῖς μέλεσιν γέννος ξουθῆς*, Catull. LXV 13 *Qualia sub densis ramorum concinit umbris Daulias, absumpti fata gemens Ityli* et quibus locis verbum *ἀλαίνουσα* illustratur, Aesch. Suppl. 62 *κιρκηλάτας ἀηδόνος, ἅτ' ἀπὸ χώρων ποταμῶν τ' ἐργομένα πενθεῖ νέον οἶκτον ἠθέων*, Ag. 1142 *οἷά τις ξουθὰ ἀκόρετος βοᾶς φοιταλέαις* (sic enim pro *φεῦ*

ἐμοῖς ἄχεσι συνῳδός;
αἴλινον αἰάγμασιν ἃ
τοῖσδε προκλαίω μονάδ' αἰῶ-
να διάξουσα τὸν ἀεὶ χρόνον ἐν
λειβομένοισιν δάκρυσιν [ἰαχήσω].
τίν' ἐπὶ πρῶτον ἀπὸ χαίτας
σπαραγμοῖς ἀπαρχὰς βάλω;
ματρὸς ἐμᾶς διδύ-
μοισι γάλακτος παρὰ μαστοῖς
ἢ πρὸς ἀδελφῶν
οὐλόμεν' αἰκίσματα νεκρῶν;
ὀτοτοτοῖ λεῖπε σοὺς δόμους,
ἀλαὸν ὄμμα φέρων,
πάτερ γεραιέ, δεῖξον,

ταλαίναις scribendum esse alias docui) *φρεσὶν Ἴτυν Ἴτυν στένουσ' .. ἀηδών*, Soph. El. 148 *Ἴτυν, αἰὲν Ἴτυν ὀλοφύρεται ὄρνις ἀτυζομένα.*

V. 1519. *ἅ*, quod est idem quod *ἥ* hoc loco neque cum nonnullis scholiastis pro neutro habendum, recte refertur ita ad superiorem orationem, quia in voce *ἐμοῖς ἄχεσι* primae personae significatio satis aperta inest. — Ante *αἴλινον* Hermannus addidit *αἰαῖ*, ut versus 1519—22 versibus 1539—42 adaequaret idque perficitur facillime, si praeterea de Naucki coniectura *αἰῶ* in v. 1520 pro *αἰῶνα* ponitur (cfr. Aesch. Cho. 350 et Bekk. Anecd. p. 363, 17 *αἰῶ τὸν αἰῶνα κατὰ ἀποκοπὴν Αἰσχύλος*) et ex recentibus libris *δακρύοισιν* recipitur. Ceterum ante *αἴλινον* alteram interiectionem ut *αἰαῖ* vel *ἰώ* vel *αἴλινον* intercidisse, comprobatur eo quod *αἰάγμασι τοῖσδε* ad eas interiectiones pertinet. Cfr. Aesch. Pers. 124 *ὀᾶ, τοῦτ' ἔπος γυναικοπληθὴς ὅμιλος ἀπύων*, Ag. 1334 *μηκέτ' ἐσέλθῃς, τάδε φωνῶν*, Eum. 510 *τοῦτ' ἔπος θρεούμενος, ἰὼ δίκα. Προκλαίω* dicit Antigona, quia in antecessum vitam futuram lamentatur.

V. 1520 sq. *μονάδ' αἰῶνα· ἀντὶ τοῦ μονάδα βίον, ὀρφανόν, μονήρη βίον, μεμονωμένον, ἔρημον.* SCHOL.

V. 1522. *ἰαχήσω*] Delevi quod libri addunt *ἰαχήσω*, quod ab interpolatore additum est, qui plena distinctione post *προκλαίω* posita in codice suo *μόνα δ'* (ut est in A aliisque multis) pro *μονάδ'* scriptum videbat ideoque verbum aliquod desiderabat ad sententiae integritatem. DINDORF.

V. 1524. *ἐπὶ τίνα πρῶτον ἐπιθῶ τὰς τρίχας ἀπαρχὰς τοῖς σπαραγμοῖς, ἐπὶ τῆς μητρὸς ἢ ἐπὶ τῶν ἀδελφῶν; ἔθος γὰρ ἦν τοῖς ἀρχαίοις τὰς κόμας ἀποκείρεσθαι ἐπὶ τοῖς τεθνηκόσιν.* SCHOL.

V. 1525. *σπαραγμοῖς* Aldina: *σπαραγμοῖσιν* codices.

V. 1526. Quod *ἐν* ante *διδύμοισι* libri veteres habent, natum est ex interpretatione praepositionis *παρά*.

V. 1527. Dactylos continuat Dindorfius, cum conicit *διδύμοις γάλατος*, de qua forma ipse dixit in Thesauro, vel *διδύμοισι γαλακτούχοις*. Eadem causa Paleius *γαλακτοφόροις* scribendum suspicatus est. De genetivo *γάλακτος* cfr. quae ad v. 801 annotavimus, ut quod Schenkelius

Οἰδιπόδα, σὸν αἰῶνα μέλεον, ὃς ἐπὶ
δώμασιν ἀέριον σκότον ὄμμασι
σοῖσι βαλὼν ἕλκεις μακρόπνουν ζόαν.
κλύεις, ὦ κατ' αὐλὰν ἀλαίνων γεραιὸν
πόδ' ἢ δεμνίοις
δύστανος ἰαύων;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τί μ', ὦ παρθένε, βακτρεύμασι τυ-
φλοῦ ποδὸς ἐξάγαγες εἰς φῶς
λεχήρη σκοτίων ἐκ θαλάμων
οἰκτροτάτοισιν δακρύοισιν,
πολιὸν αἰθέρος ἀφανὲς εἴδωλον ἢ
νέκυν ἔνερθεν ἢ

coniecit *γάλακτος παρὰ παγαῖς* non videatur esse necessarium.

V. 1533 sq. *ἐπὶ δώμασιν*] Nauckius conicit *ἐν δώμασιν*, probabilius scripsit Hermannus *ἐπὶ δάκρυσιν*. Cfr. v. 330 et de *ἐπὶ δάκρυσιν* Soph. El. 108 *ἐπὶ κωκυτῷ*.

V. 1534 sq. *ὄμμασι βαλών*] Cfr. Aesch. Sept. 1048 *χώραν τήνδε κινδύνῳ βαλεῖν*, Soph. Phil. 67 *λύπην πᾶσιν Ἀργείοις βαλεῖς*.

V. 1535. *ζόαν* restituit Dindorfius obsecutus eis quae Elmsleius ad Med. 946 docuit tragicos forma *ζωά* non usos esse. Praeterea Nauckius *μακρόπονον* scripsit; at *μακρόπνουν ζόαν* est *μακρόβιον ζόαν* sive *μακρὸν βίον*, quod qua ratione dicatur cognoscere licet ex Aesch. Prom. 449 *τὸν μακρὸν βίον ἔφυρον*, 537 *τὸν μακρὸν τείνειν βίον ἐλπίσι*. Nos 'das liebe lange Leben'.

V. 1537. *πόδ' ἢ* scripsi pro *πόδα*. Id enim sensus necessario requirit. Idem Schoenium coniecisse video. Fortasse *ἢ 'ν δεμνίοις* praestat. De formula *ἀλαίνειν πόδα* vide ad v. 1412.

V. 1539. Poeta *τραγικώτατος* ad miserationem commovendam cumulat miserias. Nec tamen improbandum quod de extrema fabulae parte iudicavit is qui scripsit quae supra p. 5 leguntur: *ὅ τε ἐπὶ πᾶσι μετ' ᾠδῆς ἀδολέσχου φυγαδευόμενος Οἰδίπους προσέρριπται διὰ κενῆς*. Sed cum non simul et cum fratre sepeliri (v. 1658, 1745 sq.) et cum patre exulare possit Antigona, nescio an omnia inde a v. 1582 posteriore tempore addiderit aliquis *διασκευαστής* qui Sophoclearum fabularum Antigonae et Oed. Colonei argumenta complecti volebat, etiam nemor eorum quae lusit Aristophanes Ran. v. 1183 sqq. (cfr. v. 1597 sqq.). V. 1703 sqq. quidem non ante, sed post Oed. Col. doctam scripti esse videntur et v. 1758—63 ita imitantur Sophoclis Oed. R. v. 1524 sqq., ut Euripidi non possint tribui.

V. 1543 sq. *πολιὸν αἰθέρος ἀφανὲς εἴδωλον κτἑ.*] Tres hae imagines, quibus miseram suam condicionem iam adumbrat Oedipus, nullo modo indigent particula comparationis indice, immo multo aptior sermo est, si ea omissa quasi iusta appositio haec omnia ponuntur. Ceterum *πολιόν* non ad *μὲ* referas, sed ad *αἰθέρος ἀφανὲς εἴδωλον*.

V. 1544. *νέκυν ἔνερθεν*] Non satis accurate scholiasta *νέκυν καταχθόνιον* explicat. Est mortuus quasi ab inferis procedens,

πτανὸν ὄνειρον;
ΑΝ. δυστυχὲς ἀγγελίας ἔπος οἴσει,
ὦ πάτερ, οὐκέτι σοι τέκνα λεύσσει
φάος οὐδ' ἄλοχος, παραβάκτροις
ἃ πόδα σὸν τυφλόπουν θεραπεύμασιν αἰὲν ἐμόχθει,
ὦ πάτερ, ὤμοι.
ΟΙ. ὤμοι ἐμῶν παθέων· πάρα γὰρ στενάχειν τάδ', ἀυτεῖν
τρισσαὶ ψυχαὶ ποίᾳ μοίρᾳ
πῶς ἔλιπον φάος, ὦ τέκνον, αὔδα.
ΑΝ. οὐκ ἐπ' ὀνείδεσιν οὐδ' ἐπιχάρμασιν,

quod nos dicamus: einen Toten aus der Unterwelt, eadem qua Graeci ratione.

V. 1545. *πτανὸν ὄνειρον*] Cfr. Aeschyl. Agam. v. 82 *ὄναρ ἡμερόφαντον ἀλαίνει*, et quem hunc ipsum Euripidis locum ante oculos habuisse putat Valckenarius, Apollon. Rhod. II 197 sq. *ἀκήριον ἠΰτ' ὄνειρον, Βάκτρῳ σκηπτόμενος*, et infra v. 1722 *ὥστ' ὄνειρον ἰσχύν* et Eurip. fragm. 25 v. 2 *Γέροντές ἐσμεν οὐδὲν ἄλλο πλὴν ὄχλος Καὶ σχῆμ', ὀνείρων δ' ἕρπομεν μιμήματα.* — Seidlerus *ποτανὸν* coniecit.

V. 1546—1550 Hermannus respondentes fecit versibus 1555—59 bis (in v. 1547 et in v. 1550) *ὦ πάτερ* pro *πάτερ* posito et in v. 1557 post *βρίθων* de Seidleri coniectura *φονίοισι* addito.

V. 1546. *οἴσει*] Sine necessitate Battierius *εἴσει*. Librorum scriptura recte explicata est a Valckenario: 'tristem nuntium accipies'.

V. 1548. *παραβάκτροις*] Sic, quemadmodum Reiskius scribendum coniecit, ut id ad *θεραπεύμασιν* referretur essetque cura, quae ad baculum pedem sustinens praestaretur, scriptum habent aliquot libri. Receperunt praeter Porsonum Seidlerus et Hermannus. Ceteri libri *παρὰ βάκτροις* scriptum exhibent, quod per se falsum non est, sed elegantius illud.

V. 1549. *πόδα τυφλόπουν*] Cfr. Bacch. 167 *κῶλον ταχύπουν*, Suppl. 1197 *τρίπους χαλκόπους*. Accusativum autem *πόδα σὸν τυφλόπουν* a voce *παραβάκτροις θεραπεύμασιν ἐμόχθει* suspensum recte ita explicavit A. Matthiaeus, quod dixit *θεραπεύμασιν ἐμόχθει* ad sententiam idem esse quod *ἐθεράπευε*, hinc accusativum additum esse *πόδα σὸν τυφλόπουν*, coll. Erfurdt. ad Soph. Antig. v. 212 ed. min. Comparare licet Demosthenicam locutionem *τεθνάναι τῷ φόβῳ Θηβαίους* et quae supra ad v. 167 annotata sunt.

V. 1551. *πάρα γὰρ στενάχειν τάδ', ἀυτεῖν*] Molesto asyndeto offensus Hermannus verba *γὰρ στενάχειν τάδ'* expunxit. Nauckius scripsit *πάρα γὰρ στενάχειν, πάρα δ' ἄζειν*. Cfr. Bekk. Anecd. 348, 7 *ἄζειν τὸ στένειν Σοφοκλῆς*, Hesych. *ἄζειν· στενάζειν ἢ ἐκπνεῖν διὰ στόματος*. Hoc *ἄζειν* non videtur addere iustam exaggerationem. Malim *πάρα δ' αὔειν* (eiulare). Cfr. Aesch. Sept. 186 *αὔειν, λακάζειν*. Geelius coniecit *στοναχαῖς τάδ' ἀυτεῖν*.

V. 1553 sq. *ποίᾳ μοίρᾳ, πῶς ἔλιπον κτἑ.*] Animum vehementem decent geminata *ποίᾳ μοίρᾳ, πῶς*, ut Hec. 695. A. MATTHIAE.

V. 1555. *οὐκ ἐπ' ὀνείδεσιν οὐδ' ἐπιχάρμασιν· οὐκ ἐπιχαί-*

ἀλλ' ὀδύναισι λέγω· σὸς ἀλάστωρ
ξίφεσιν βρίθων
καὶ πυρὶ καὶ σχετλίαισι μάχαις ἐπὶ παῖδας ἔβα
σούς,
ὦ πάτερ, ὤμοι.
ΟΙ. αἰαῖ. ΑΝ. τί τάδε καταστένεις;
ΟΙ. τέκνα. ΑΝ. δι' ὀδύνας ἔβας,
εἰ τὰ τέθριππά γ' ἔθ' ἅρματα λεύσσων
ἀελίου τάδε σώματα νεκρῶν
ὄμματος αὐγαῖς σαῖς ἐπενώμας.
ΟΙ. τῶν μὲν ἐμῶν τεκέων φανερὸν κακόν·
ἁ δὲ τάλαιν' ἄλοχος τίνι μοι, τέκνον, ὤλετο
μοίρᾳ;
ΑΝ. δάκρυα γοερὰ φανερὰ πᾶσι τιθεμένα,
τέκεσι μαστὸν
ἔφερεν ἔφερεν ἱκέτις ἱκέτιν ὀρομένα.

ρουσα οὐδὲ ὀνειδίζουσα λέγω νῦν τοῦτο, ἀλλ' ὀδυνωμένη καὶ συναλγοῦσα τὴν ψυχήν. SCHOL. Ἐπίχαρμα eam laetitiam significat, quae ex alterius malo nascitur, quam Graeci saepe ὕβριν dicunt, veluti infra v. 1592 dicitur: καὶ τάδ' οὐχ ὕβρει λέγω, Οὐδ' ἐχθρὸς ὢν σοι κτέ. De praepositione ἐπὶ cfr. Soph. Ant. 759 οὐ . . χαίρων ἐπὶ ψόγοισι δεννάσεις ἐμέ. Veteres editiones et aliquot libri ἐπὶ χάρμασιν, quod non videtur praeferendum.

V. 1556. σὸς ἀλάστωρ cod. Kingianus e correctione. Ceteri ὁ σὸς ἀλάστωρ.

V. 1559 sq. ὦ πάτερ, ὤμοι. ΟΙΔ. αἰαῖ] Sic scripsit Hermannus. Libri multa hic turbant et Antigonae fere ὦ πάτερ, cetera Oedipodi tribuunt.

V. 1560. Dicit Antigona: 'cur haec luges, quae tantummodo audis?' GEEL. F. Polle Hartungium secutus τί delet, quia parum apta sit interrogatio, et in v. proximo particula ἂν ex recentibus libris recepta scribit δι' ὀδύνας δ' ἂν ἔβας, ut Antigona orationem verbis τάδε καταστένεις inceptam persequatur.

V. 1561. δι' ὀδύνας ἔβας] Μειζόνως ἂν ὠδυνήθης, εἰ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχων ὁρῶντας καθεώρας τούτους κειμένους νεκρούς. SCHOL. De forma dicendi vide quae ad v. 20 annotata sunt.

V. 1562. ἔθ' pro ἐς scripsit Hermannus.

V. 1567. δάκρυα . . τιθεμένα] I. e. δακρύουσα πᾶσι φανερῶς.

V. 1568 sq. τέκεσι μαστὸν ἔφερεν] Attulit in eam rem Valckenarius Hecubae exemplum et Hectoris ex Iliad. XXII 79 sqq. μήτηρ δ' αὖθ' ἑτέρωθεν ὀδύρετο δακρυχέουσα, Κόλπον ἀνιεμένη, ἑτέρηφι δὲ μαζὸν ἀνέσχεν. Aeschyl. Choeph. v. 896 sqq. Ἐπίσχες, ὦ παῖ, τόνδε δ' αἴδεσαι, τέκνον, Μαστόν, πρὸς ᾧ σὺ πολλὰ δὴ βρίζων ἅμα Οὔλοισιν ἐξήμελξας εὐτραφὲς γάλα, tum Charitonis lib. III p. 52 ed. Dorv. ἡ μήτηρ προτείνουσα τὰς θηλάς· τέκνον, φησί, τάδε τ' αἴδεο καί μ' ἐλέησον, coll. Bergl. ad Alciphr. p. 131.

Ibid. ἱκέτιν optimus liber A praebet, ceteri ἱκέταν (ἱκέτην). Metri causa poeta formam ἱκέτιν usurpavit eadem ratione qua Ἑλλάς in v. 1509. Hermannus quia feminini in τις desinentis cum masculino

ηὗρε δ᾽ ἐν Ἠλέκτραισι πύλαις τέκνα
λωτοτρόφον κατὰ λείμακα
λόγχαις κοινὸν ἐνυάλιον
μάτηρ, ὥστε λέοντας ἐναύλους,
μαρναμένους ἐπὶ τραύμασιν, αἵματος
ἤδη ψυχρὰν λοιβὰν φονίαν,
ἂν ἔλαχ᾽ Ἅιδας, ὤπασε δ᾽ Ἄρης·
χαλκόκροτον δὲ λαβοῦσα νεκρῶν πάρα φάσγανον εἴσω
σαρκὸς ἔβαψεν, ἄχει δὲ τέκνων ἔπεσ᾽ ἀμφὶ τέκνοισιν.
πάντα δ᾽ ἐν ἄματι τῷδε συνάγαγεν,
ὦ πάτερ, ἁμετέροισι δόμοισιν ἄχη θεὸς
ὃς τάδε τελευτᾷ.

ΧΟ. πολλῶν κακῶν κατῆρξεν Οἰδίπου δόμοις
τόδ᾽ ἦμαρ· εἴη δ᾽ εὐτυχέστερος βίος.

ΚΡΕΩΝ.

οἴκτων μὲν ἤδη λήγεθ᾽, ὡς ὥρα τάφου
μνήμην τίθεσθαι· τῶνδε δ᾽, Οἰδίπου, λόγων
ἄκουσον· ἀρχὰς τῆσδε γῆς ἔδωκέ μοι
Ἐτεοκλέης παῖς σός, γάμων φερνὰς διδοὺς

nomine coniuncti vix reperiatur exemplum, ἴκτορ᾽ scripsit. — Ὀρομένα i. e. 'concitato gressu accedens' idem liber cum scholiasta exhibet, ceteri αἰρομένα.

V. 1572. *κοινὸν ἐνυάλιον· ὃν πρὸς ἄλληλα δηλονότι ἐμαχέσαντο τὰ τέκνα πόλεμον.* SCHOL. Legendum videtur *λέοντε συναύλω.*

V. 1573. *ἐναύλους· συνοίκους ἢ ἐν ἐπαύλει μαχομένους.* SCHOL.

V. 1574. *ἐπὶ τραύμασιν*] *Τουτέστιν ἐπὶ τῷ θανατῶσαι ἀλλήλους.* SCHOL.

V. 1574 sq. *αἵματος . . φονίαν*] Est appositio ad universam causam effectum rei indicans. Vide ad v. 212 sq.

V. 1577 sq. *φάσγανον εἴσω σαρκὸς ἔβαψεν*] De constructione attulit Valckenarius Eur. Electr. v. 1222 sq. *φασγάνῳ κατηρξάμαν Ματέρος ἔσω δέρας μεθείς,* de usu autem verbi *βάπτειν* Abresch. ad Aeschyl. p. 528 (p. 272 sq. ed. Hal.) et similitudines Latinae linguae has: Senecae Agam. 972 *iugulo iuvat Mersisse ferrum.* Herc. in Oeta 991 *seu tibi iugulo placet Mersisse ferrum.*

V. 1581. Porsonus *ὃς ταῦτα τελευτᾷ*, Hermannus *ὅστις τᾶδε τελευτᾷ*, Hartungius *ὃς τάδε τᾶδε τελευτᾷ.*

V. 1582 sq. delet Geelius non temere. Nam nec sententia *πολλῶν .. ἦμαρ* admodum vera nec quod optatur *εἴη δ᾽ εὐτυχέστερος βίος* satis grave. Sed in hac parte fabulae fortasse universa non Euripidea alienum fuerit singula ab Euripidis ingenio abiudicare.

V. 1587. *παῖς σός*] Hanc omnium librorum scripturam, recte receptam a Valckenario, mutavit G. Hermannus cum edd. vett. *σὸς παῖς* scribens, quod,

Αἵμονι κόρης τε λέκτρον Ἀντιγόνης σέθεν.
οὔκουν σ' ἐάσω τήνδε γῆν οἰκεῖν ἔτι·
σαφῶς γὰρ εἶπε Τειρεσίας οὐ μή ποτε
σοῦ τήνδε γῆν οἰκοῦντος εὖ πράξειν πόλιν.
ἀλλ' ἐκκομίζου. καὶ τάδ' οὐχ ὕβρει λέγω
οὐδ' ἐχθρὸς ὢν σός, διὰ δὲ τοὺς ἀλάστορας
τοὺς σοὺς δεδοικὼς μή τι γῆ πάθῃ κακόν.
ΟΙ. *ὦ μοῖρ', ἀπ' ἀρχῆς ὥς μ' ἔφυσας ἄθλιον*
[καὶ τλήμον', εἴ τις ἄλλος ἀνθρώπων ἔφυ·]
ὃν καὶ πρὶν εἰς φῶς μητρὸς ἐκ γονῆς μολεῖν,
ἄγονον Ἀπόλλων Λαΐῳ μ' ἐθέσπισε
φονέα γενέσθαι πατρός· ὦ τάλας ἐγώ.

si diceretur *παῖς σός*, quia *σός* sub ictu esset, nimium hoc efferretur, Oedipi filium, non alius intellegi. Permirum est doctos, etiam post explosam Bentlei rationem in Latinis fabulis, numquam tamen desinere confundere sonum metricum cum grammatico. Nam *παῖς σός* non minus recte hic dicitur, quam Latine 'filius tuus' in simili causa, qua verborum collocatione minime effertur pronomen possessivum, quod contra est, si dicas *σὸς παῖς*, 'tuus filius'.

V. 1587 sq. *γάμων φερνὰς διδοὺς Αἵμονι*] Non satis recte ex hoc loco collegit Eustathius ad Iliad. p. 639, 36, *φερνάς* etiam de eo dici, quod viro in nuptias daretur. Nam Eteocles, qui desponderat sororem, tamquam sororis dotem regnum Haemoni, si sibi quid accidisset, concesserat. Ceterum verba sunt parum dilucida nec satis artificiosa.

V. 1590. *σαφῶς γὰρ εἶπε Τειρεσίας κτέ.*] Pertinet ad hunc locum fragm. XII Acci Phoenissarum: *Iussit proficisci exilium quovis gentium, Ne scelere tuo Thebani vastescant agri.*

V. 1590 sq. *οὐ μή ποτε . . εὖ πράξειν πόλιν*] Cfr. Soph. Phil. 611 *ἐθέσπισε . . ὡς οὐ μή ποτε πέρσοιεν*, quo loco Elmsleius *πέρσειαν* proposuit. Nimirum in enuntiato secundario *οὐ μὴ* vim suam non retinet et a simplici negatione ex grammatica ratione non differt. Vide etiam Krueg. I 53, 7, 6.

V. 1592. *καὶ τάδ' οὐχ ὕβρει λέγω*] Vide quae modo diximus ad v. 1555.

V. 1596, in quo verba *εἴ τις ἄλλος ἀνθρώπων ἔφυ* ceteris non esse accommodata cognovit Valckenarius, ab Apitzio spurius iudicatus est. Legitimam loquendi rationem fuisse: *καὶ τλήμον', εἴ τιν' ἄλλον ἀνθρώπων ποτέ* monuit Matthiaeus.

V. 1597. *ὃν καὶ πρὶν εἰς φῶς μητρὸς ἐκ γονῆς μολεῖν*] Quod Porsonus in pronomine relativo *ὃν* propterea offensus est, quod mox, quasi non praecessisset *ὃν*, diceretur *Λαΐῳ μ' ἐθέσπισεν*, hic locus satis eo defenditur quod alterum pronomen ad *μολεῖν*, alterum ad *ἐθέσπισε φονέα γενέσθαι* pertinet. Itaque nihil causae est cur de Kirchhoffi coniectura *Λαΐῳ 'τεθεσπίκει* scribamus.

V. 1598. *ἄγονον Ἀπόλλων Λαΐῳ μ' ἐθέσπισεν*] Si verum est quod statuit Valckenarius, ridere Aristophanem in persona Aeschyli Ran. v. 1183 sqq. *Μὰ τὸν Δί' οὐ δῆτ', ἀλλὰ κακοδαίμων φύσει, Ὅντινά γε, πρὶν φῦναι μέν, ἀπόλλων ἔφη Ἀποκτενεῖν τὸν πατέρα, πρὶν καὶ γεγονέναι κτέ.* hanc tautologiam Euripidis, qua, postquam dixisset: πρὶν εἰς φῶς *μητρὸς ἐκ*

ἐπεὶ δ' ἐγενόμην, αὖθις ὁ σπείρας πατὴρ
κτείνει με νομίσας πολέμιον πεφυκέναι·
χρῆν γὰρ θανεῖν νιν ἐξ ἐμοῦ· πέμπει δέ με
μαστὸν ποθοῦντα θηρσὶν ἄθλιον βοράν·
οὗ σῳζόμεσθα. Ταρτάρου γὰρ ὤφελεν
ἐλθεῖν Κιθαιρὼν εἰς ἄβυσσα χάσματα,
ὅς μ' οὐ διώλεσ', ἀλλὰ δουλεῦσαί τέ μοι
δαίμων ἔδωκε Πόλυβον ἀμφὶ δεσπότην·
κτανὼν δ' ἐμαυτοῦ πατέρ' ὁ δυσδαίμων ἐγὼ
εἰς μητρὸς ἦλθον τῆς ταλαιπώρου λέχος,
παῖδάς τ' ἀδελφοὺς ἔτεκον, οὓς ἀπώλεσα,
ἀρὰς παραλαβὼν Λαΐου καὶ παισὶ δούς.
οὐ γὰρ τοσοῦτον ἀσύνετος πέφυκ' ἐγὼ
ὥστ' εἰς ἔμ' ὄμματ' εἴς τ' ἐμῶν παίδων βίον
ἄνευ θεῶν του ταῦτ' ἐμηχανησάμην.
εἶεν· τί δράσω δῆθ' ὁ δυσδαίμων ἐγώ;

γονῆς μολεῖν, mox repetiverit *ἄγονον*, quod ad sententiam nihil aliud contineret, recte quidem Aristophanes, ut poeta comicus, id fecit, sed Graeci tamen, si quando rem quampiam magis efferre vellent, saepius hoc modo locuti sunt. Neque enim plane otiosum est *ἄγονον* hoc loco, sed rem, quae indicata alio modo erat, significat magis, quasi nostra lingua dicas: das Geschick machte mich, noch ehe ich das Licht der Welt sah, den Ungeborenen schon unglücklich. Neque enim verbum *ἄγονον* aliam hoc loco significationem recipit. Argutiae sunt quidquid de hoc nomine loquuntur scholiastae.

V. 1600. Sine necessitate Nauckius *αὖθις* in *αὐτός* mutavit.

V. 1601. *κτείνει* de conatu dicitur.

V. 1601 sq. *πεφυκέναι*] Libri A B *δυσδαίμονα γρ. πεφυκέναι*, b c *πεφυκέναι*, F L *δυσδαίμονα*. Nauckius verba *πεφυκέναι· χρῆν γὰρ θανεῖν νιν ἐξ ἐμοῦ* expunxit addens dici debuisse non *χρῆν γὰρ θανεῖν νιν ἐξ ἐμοῦ*, sed *ἐφοβεῖτο γὰρ μὴ ἐξ ἐμοῦ θάνοι*.

V. 1603. *ἄθλιον* non ut opinatus est Valckenarius ad *με*, sed ad *βοράν* pertinet.

V. 1604—7 deleverunt Hartungius et Dindorfius. Sane quae dira Cithaeroni imprecatur Oedipus, aliquid incommodi habent; et verba *δουλεῦσαι Πόλυβον ἀμφὶ δεσπότην* a veritate abhorrent; denique particula *τὲ* post *δουλεῦσαι* infulta molesta est. Nam etsi dici potest loquenti obversari *δουλεῦσαί τέ μοι δαίμων ἔδωκε κτανεῖν τε πατέρα κτἑ.*, postea autem orationem mutari, ut etiam *δὲ* pro *τὲ* inferatur, tamen sic fit hispida oratio et ab Euripidis elegantia aliena. Caesar in coniect. crit. Marb. 1871 proposuit *δούλοισιν φέρειν*.

V. 1604. *οὗ* i. e. *ἔνθα*. Hermannus exspectat *ᾧ* iniuria. — Quia *σῳζόμεσθα* ut infortunium pronuntiatur, eis quae sequuntur causa adfertur. Inde ratio particulae *γὰρ* explicanda.

V. 1611. *ἀρὰς παραλαβὼν Λαΐου*] *Κατάρας παρὰ τοῦ Λαΐου λαβὼν ἀντὶ τοῦ κληρονομήσας καὶ πρὸς τοὺς παῖδας παραπέμψας. Ἀρὰς δὲ λέγει τὰς παρακολουθούσας τῷ γένει αὐτῶν ἀπὸ τοῦ Πέλοπος, οὐχ ὡς αὐτῷ ὁ*

τίς ἡγεμών μοι ποδὸς ὁμαρτήσει τυφλοῦ;
ἥδ' ἡ θανοῦσα; ζῶσά γ' ἂν σάφ' οἶδ' ὅτι.
ἀλλ' εὔτεκνος ξυνωρίς; ἀλλ' οὐκ ἔστι μοι.
ἀλλ' ἔτι νεάζων αὐτὸς εὕροιμ' ἂν βίον;
πόθεν; τί μ' ἄρδην ὧδ' ἀποκτείνεις, Κρέον;
ἀποκτενεῖς γάρ, εἴ με γῆς ἔξω βαλεῖς.
οὐ μὴν ἑλίξας γ' ἀμφὶ σὸν χεῖρας γόνυ
κακὸς φανοῦμαι· τὸ γὰρ ἐμόν ποτ' εὐγενὲς
οὐκ ἂν προδοίην, οὐδέ περ πράσσων κακῶς.
ΚΡ. σοί τ' εὖ λέλεκται γόνατα μὴ χρῴζειν ἐμά,
ἐγώ τε ναίειν σ' οὐκ ἐάσαιμ' ἂν χθόνα.
νεκρῶν δὲ τῶνδε τὸν μὲν εἰς δόμους χρεὼν
ἤδη κομίζειν, τόνδε δ', ὃς πέρσων πόλιν
πατρίδα σὺν ἄλλοις ἦλθε, Πολυνείκους νέκυν
ἐκβάλετ' ἄθαπτον τῆσδ' ὅρων ἔξω χθονός.

Λάϊος κατηράσατο, ἐπεὶ οὐδὲ φέρεταί τι τοιοῦτον ἀπὸ τοῦ Λαΐου πρὸς τὸν Οἰδίποδα, ἀλλ' ὡς ὁ Πέλοψ Λαΐῳ κατηράσατο δυσθυμήσας ἐπὶ τῇ υἱοῦ αὐτοῦ Χρυσίππου ἁρπαγῇ, ἣν ἡρπάξατο ὁ Λάϊος. SCHOL. A Dindorfio versus secluditur; sed nisi item v. 1612—14 de Schenkeli sententia damnantur, ille necessarius videtur.

V. 1618. Kirchhoffius conicit *ἀλλ' οὐκ ἔστ' ἔτι.*

V. 1619. *ἀλλ' ἔτι νεάζων . . βίον*] I. e. *ἀλλ' ἔτι νεάζω ὥστε αὐτὸς εὑρεῖν βίον;* Iniuria verba *ἔτι νεάζων* corrupta iudicat Nauckius.

V. 1620. *πόθεν;*] Recte hoc scholiasta per *οὐδαμῶς* explicavit. Saepe enim formulae *πόθεν; πόθεν γάρ; πόθεν δέ;* nihil aliud in se continent, nisi vehementiorem quandam negationem, qua de re vide Hemsterhusium et Iacobitzium ad Luciani Timonem § 8, tum Krueg. I 51, 17, 13.

V. 1621 eiecit Kirchhoffius.

V. 1622. De sententia Valckenarius comparavit Statium Theb. XI 688 sq. *An exspectas, ut pronus supplice dextra Sternar et immitis domini vestigia quaeram?*

V. 1624. *οὐδέ περ πράσσων κακῶς*] Cfr. Aesch. Cho. 504 *οὕτω γὰρ οὐ τέθνηκας οὐδέ περ θανών,* Suppl. 399 *οὐκ ἄνευ δήμου τάδε πράξαιμ' ἂν οὐδέ περ κρατῶν,* Aristoph. Ach. 221 *μὴ γὰρ ἐγχάνοι ποτὲ Μηδέ περ γέροντας ὄντας ἐκφυγὼν Ἀχαρνέας* et quae ego dixi ad Devarium Vol. II p. 723 et G. H. Schaeferus ad Demosthenem 100, 10 in App. Vol. I p. 520.

V. 1625. *χρῴζειν* invidiose dicitur ut Med. 497 *μάτην κεχρῴσμεθα κακοῦ πρὸς ἀνδρός.*

V. 1626. Libri AFbc *ἐγὼ δὲ,* L *ἐγώ.*

V. 1628 sq. *ὃς πέρσων πόλιν πατρίδα σὺν ἄλλοις ἦλθε*] Cfr. Aesch. Sept. 1013 *Πολυνείκους νεκρὸν ἔξω βαλεῖν ἄθαπτον, ἁρπαγὴν κυσίν, ὡς ὄντ' ἀναστατῆρα Καδμείων χθονός,* Soph. Ant. 198 *Πολυνείκη λέγω, ὃς γῆν πατρῴαν καὶ θεοὺς τοὺς ἐγγενεῖς, φυγὰς κατελθών, ἠθέλησε μὲν πυρὶ πρῆσαι κατ' ἄκρας κτἑ.* Itaque sententia aptissima videtur. At *πόλιν πατρίδα* dici nequit et *σὺν ἄλλοις,* pro quo Kingius *σὺν ὅπλοις,* ut est in v. 511, proposuit, ineptum est. Nam quod Valckenarius *σὺν ἄλλοις* tutari sibi visus est allato loco Herc. v. 1163 sqq. *ἥκω σὺν*

κηρύξεται δὲ πᾶσι Καδμείοις τάδε,
„ὃς ἂν νεκρὸν τόνδ' ἢ καταστέφων ἁλῷ
ἢ γῇ καλύπτων, θάνατον ἀνταλλάξεται.“
[ἐᾶν δ' ἄκλαυτον ἄταφον, οἰωνοῖς βοράν.]
σὺ δ' ἐκλιποῦσα τριπτύχους θρήνους νεκρῶν
κόμιζε σαυτήν, Ἀντιγόνη, δόμων ἔσω
καὶ παρθενεύου τὴν ἰοῦσαν ἡμέραν
μένουσ' ἐν ᾗ σε λέκτρον Αἵμονος μένει.
ΑΝ. ὦ πάτερ, ἐν οἵοις κείμεθ' ἄθλιοι κακοῖς.
ὥς σε στενάζω τῶν τεθνηκότων πλέον·
οὐ γὰρ τὸ μέν σοι βαρὺ κακῶν, τὸ δ' οὐ βαρύ,

ἄλλοις, οἳ παρ' Ἀσωποῦ ῥοὰς μένουσιν ἔνοπλοι γῆς Ἀθηναίων κόροι κτέ., ratio est diversa. Has ob causas Porsonus expunctis verbis δ' ὃς . . ἦλθε reliquit τὸν δὲ Πολυνείκους νέκυν. Nos nihil delevimus ea quam ad v. 1582 sq. commemoravimus causa.

V. 1632. καταστέφων] Cfr. Soph. Ant. 431 χοαῖσι τρισπόνδοισι τὸν νέκυν στέφει. Aliter scholiasta: εἰώθασι γὰρ στέφειν τοὺς νεκρούς.

V. 1634. Hunc versum ex Soph. Ant. 29 sq. ἐᾶν δ' ἄκλαυτον ἄταφον οἰωνοῖς γλυκὺν θησαυρόν, εἰσορμῶσι πρὸς χάριν βορᾶς illatum nulloque nexu cum praecedentibus iunctum eiecit Valckenarius.

V. 1635. ἐκλιποῦσα τριπτύχους θρήνους νεκρῶν] Recte hanc scripturam plurimorum librorum in annotatione defendit A. Matthiaeus, cum ipse auctore Valckenario edidisset: τριπτύχων θρήνους νεκρῶν, ut est in recentibus pluribus. Comparavit Orest. 988 ποτανὸν δίωγμα πώλων. Brunck. ad Trach. 508. Musgrav. ad Oed. reg. 1273. Lobeck. ad Ai. 9. Vid. quae supra ad v. 30 annotavimus ipsi.

V. 1637 sq. τὴν ἰοῦσαν ἡμέραν μένουσ'] τὴν ἰοῦσαν B, ceteri libri τὴν εἰσιοῦσαν vel ἐπιοῦσαν. 'Edidi,' inquit Porsonus, 'e lib. Put. ἰοῦσαν, nec puto ἐπιοῦσαν ἡμέραν, utpote sermoni propius, dicturos tragicos, librarios autem facillime scripturos. Sic pro τῆς ἐπιούσης ἐλπίδος Aristoph. Thesm. 870 citat scholiastes ad Hecub. 225 τῆς ἐπιούσης ἡμέρας. Sed, ubi verbum ἐπιοῦσαν adhibent tragici, ἡμέραν circumlocutione exprimunt, ut Med. 352 εἴ σ' ἡ 'πιοῦσα λαμπὰς ὄψεται θεοῦ. Rhes. 331 πέποιθα· δείξει τοὐπιὸν σέλας θεοῦ. Noster apud Stobaeum CXXII p. 499 Grot. οἳ τὴν ἐπιστείχουσαν ἡμέραν ἰδεῖν Ποθοῦσ'. In Rheso 991 et verbum et nomen variatur ἡμέραν ἐλευθέραν Ἀκτῖνα τὴν στείχουσαν ἡλίου φέρειν. Sic ἡλίου τέλλοντος pro ἀνατέλλοντος dixit Sophocles Electr. 699.' Omnino cum in Graeca oratione, tum in Latina verba simplicia, quo magis eorum significatio in quoque loco exstaret, saepe per verba composita explicata sunt. Geelius τὴν τελοῦσαν ἡμέραν coniecit. — Pro μένουσ', post quod μένει molestum, Heimsoethius μίμνουσ' proposuit. Dindorfius duos versus eiecit.

V. 1639. ἄθλιοι] Sic ἀθλίοις emendavit Barnesius.

V. 1641. τὸ μὲν σοι βαρὺ κακῶν, τὸ δ' οὐ βαρύ, ἀλλ' εἰς ἅπαντα] De hac formula cfr. Phocyl. fragm. 1 p. 445 ed. III Bgk. Λέριοι κακοί, οὐχ ὃ μέν, ὃς δ' οὔ, πάντες, Aesch. Pers. 802 συμβαίνει γὰρ οὐ τὰ μέν, τὰ δ' οὔ, Soph. Oed. C. 1671 οὐ τὸ μέν, ἄλλο δὲ μή, Herod. II 37 οὐκ ὃ μέν, ὃ δ' οὔ, ἀλλὰ

ἀλλ' εἰς ἅπαντα δυστυχὴς ἔφυς, πάτερ.
ἀτάρ σ' ἐρωτῶ τὸν νεωστὶ κοίρανον·
[τί τόνδ' ὑβρίζεις πατέρ' ἀποστέλλων χθονός;]
τί θεσμοποιεῖς ἐπὶ ταλαιπώρῳ νεκρῷ;
ΚΡ. Ἐτεοκλέους βουλεύματ', οὐχ ἡμῶν τάδε.
ΑΝ. ἄφρονά γε, καὶ σὺ μῶρος ὃς ἐπίθου τάδε.
ΚΡ. πῶς; τἀντεταλμέν' οὐ δίκαιον ἐκπονεῖν;
ΑΝ. οὔκ, ἢν πονηρά γ' ᾖ κακῶς τ' εἰρημένα.
ΚΡ. τί δ'; οὐ δικαίως ὅδε κυσὶν δοθήσεται;
ΑΝ. οὐκ ἔννομον γὰρ τὴν δίκην πράσσεσθέ νιν.
ΚΡ. εἴπερ γε πόλεως ἐχθρὸς ἦν οὐκ ἐχθρὸς ὤν.
ΑΝ. οὔκουν ἔδωκε τῇ τύχῃ τὸν δαίμονα;
ΚΡ. καὶ τῷ τάφῳ νυν τὴν δίκην παρασχέτω.
ΑΝ. τί πλημμελήσας, τὸ μέρος εἰ μετῆλθε γῆς;
ΚΡ. ἄταφος ὅδ' ἁνήρ, ὡς μάθῃς, γενήσεται.
ΑΝ. ἐγώ σφε θάψω, κἂν ἀπεννέπῃ πόλις.
ΚΡ. σαυτὴν ἄρ' ἐγγὺς τῷδε συνθάψεις νεκρῷ.
ΑΝ. ἀλλ' εὐκλεές τοι δύο φίλω κεῖσθαι πέλας.
ΚΡ. λάζυσθε τήνδε κεἰς δόμους κομίζετε.
ΑΝ. οὐ δῆτ', ἐπεὶ τοῦδ' οὐ μεθήσομαι νεκροῦ.
ΚΡ. ἔκριν' ὁ δαίμων, παρθέν', οὐχ ἃ σοὶ δοκεῖ.

πάντες, Plat. Rei p. l. V p. 47 B *οὐ τῆς μέν, τῆς δ' οὔ, ἀλλὰ πάσης.*

V. 1644, quia plane neglegitur in responso Creontis, recte suppositicium iudicavit Valckenarius. Hermannus de Io. Siebelisi coniectura *εἰ τόνδ' ὑβρίζεις* scripsit.

V. 1646. *Ἐτεοκλέους βουλεύματ'*] Cfr. supra v. 775 sqq.

V. 1647. *ἐπίθου*] Sic BL, ceteri *ἐπείθου*. Hermannus *ὃς πείθει*, Nauckius *εἰ πείθει* sine necessitate.

V. 1648. *τἀντεταλμένα*] I. e. moribundi hominis mandata.

V. 1652. *εἴπερ γε . . οὐκ ἐχθρὸς ὤν*] 'Sane si urbis inimicus erat sine inimicitiis' ironice dicit Creon. Nauckius, qui pro *οὐκ ἐχθρὸς ὢν* scripsit *ἐχθαρτέος*, particulam *γὲ* neglexisse videtur.

V. 1653. Sententiam verborum *satis obscurorum* hanc esse putant: 'submisit igitur fortunae genium suum' vel potius 'obtulit igitur animam suam fortunae'. Hartungius *ἔδωκε* in *ἔτισε* mutavit, Nauckius temptavit *ἔδωκε τὴν δίκην θανὼν πόλει*; quibus F. Polle versum proximum accommodavit his: *καί νυν ἀδελφῷ τὴν δίκην παρασχέτω.*

V. 1654. *καὶ τῷ τάφῳ· ἤγουν ἐν τῷ τάφου μὴ τυχεῖν τιμωρηθήτω.* SCHOL.

V. 1654 sq. abesse malit Nauckius.

V. 1657. *ἀπεννέπῃ*] Fortasse ex hoc loco Hesychius: *ἀπεννέπῃ· ἀπαγορεύσῃ.*

V. 1658. *σαυτὴν ἄρ' ἐγγὺς τῷδε συνθάψεις νεκρῷ*] Similiter Sophocles in Aiace v. 1089 sq. *Καί σοι προφωνῶ τόνδε μὴ θάπτειν, ὅπως Μὴ τόνδε θάπτων αὐτὸς εἰς ταφὰς πέσῃς.*

V. 1659. Cfr. Soph. Ant. 73 *φίλη μετ' αὐτοῦ κείσομαι φίλου μέτα.*

ΑΝ. κἀκεῖνο κέκριται, μὴ ἐφυβρίζεσθαι νεκρούς.
ΚΡ. ὡς οὔτις ἀμφὶ τῷδ' ὑγρὰν θήσει κόνιν.
ΑΝ. ναὶ πρός σε τῆσδε μητρὸς Ἰοκάστης, Κρέον.
ΚΡ. μάταια μοχθεῖς· οὐ γὰρ ἂν τύχοις τάδε.
ΑΝ. σὺ δ' ἀλλὰ νεκρῷ λουτρὰ περιβαλεῖν μ' ἔα.
ΚΡ. ἓν τοῦτ' ἂν εἴη τῶν ἀπορρήτων πόλει.
ΑΝ. ἀλλ' ἀμφὶ τραύματ' ἄγρια τελαμῶνας βαλεῖν.
ΚΡ. οὐκ ἔσθ' ὅπως σὺ τόνδε τιμήσεις νέκυν.
ΑΝ. ὦ φίλτατ', ἀλλὰ στόμα γε σὸν προσπτύξομαι.
ΚΡ. οὐκ εἰς γάμους σοὺς συμφορὰν κτήσει γόοις.
ΑΝ. ἦ γὰρ γαμοῦμαι ζῶσα παιδὶ σῷ ποτε;
ΚΡ. πολλή γ' ἀνάγκη· ποῖ γὰρ ἐκφεύξει λέχος;
ΑΝ. νὺξ ἄρ' ἐκείνη Δαναΐδων μ' ἕξει μίαν.
ΚΡ. εἶδες τὸ τόλμημ' οἷον ἐξωνείδισεν;
ΑΝ. ἴστω σίδηρος ὅρκιόν τέ μοι ξίφος.

V. 1663. Cfr. Hom. χ 412 *οὐχ ὁσίη κταμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι*, Archil. fragm. 64 p. 700 ed. III Bgk. *οὐ γὰρ ἐσθλὰ κατθανοῦσι κερτομέειν ἐπ' ἀνδράσι*, Soph. Ai. 1344 *ἄνδρα δ' οὐ δίκαιον, εἰ θάνῃ, βλάπτειν τὸν ἐσθλόν, οὐδ' ἐὰν μισῶν κυρῇς*, Eur. El. 902 *νεκροὺς ὑβρίζειν, μή με τις φόγῳ βάλῃ*, fragm. 176 *θάνατος γὰρ ἀνθρώποισι νεικέων τέλος ἔχει κτέ.*

V. 1664. *ὡς οὔτις . . θήσει*] Cfr. ad v. 625. — *ὑγρὰν* quodam modo per prolepsin dicitur. Nam pulvis udus fit inferiis (*χοαῖς*).

V. 1665. *πρός σε τῆσδε μητρός*] Vide ad v. 923.

V. 1666. *τύχοις τάδε*] Vide Krueg. II 47, 14, 4.

V. 1667. *ἀλλὰ*] Cfr. v. 498, 946, Krueg. I 69, 4, 5.

V. 1667. *σύ δ' ἀλλὰ*] Falso Valckenarius *σύ γ' ἀλλὰ* maluit. Vide quae diximus ad Devarium Vol. II p. 381.

V. 1668. *τῶν ἀπορρήτων πόλει*] Eandem constructionem habes in Sophoclis Antig. v. 44 *ἀπόρρητον πόλει*. V. Matth. § 395.

V. 1672. Bene Kirchhoffius coniecit *οὐ μὴ 's γάμους σοὺς συμφορὰν κτήσει γόοις*; de qua dicendi ratione vide Krueg. I 53, 7, 5. At videtur *οὐκ* ex v. 1670 repetitum esse poetaque vel *σὺ δ' εἰς* vel quod Rauchensteinius proposuit, *ἀλλ' εἰς γάμους . . γόοις* scripsisse.

V. 1674. *πολλή γ' ἀνάγκη*] Hanc recentium librorum scripturam iure dixit graviorem esse A. Matthiaeus, quam veterum librorum vulgatam olim *πολλή σ' ἀνάγκη*, quasi Latine dicas: 'Et quidem magna est necessitas'. Vide imprimis G. Hermannum ad Soph. Trach. v. 294 p. 64 sq.

V. 1675. *νὺξ ἄρ' ἐκείνη*] De *ἄρα* satis explicatum est ad Devarium Vol. II p. 187 sqq. De re ipsa comparavit Valckenarius Senecae Herc. fur. 500 *Deest una numero Danais: explebo nefas* et eiusdem Herc. in Oeta v. 948 *Vacat una Danais: has ego explebo vices.*

V. 1677. *ὅρκιόν τέ μοι*] Quod Valckenarius cod. Cant. scripturam *ὅρκιον δέ μοι* probarat, quam schol. explicaret: *γινωσκέτω τὸ ξίφος, ὅρκος γάρ μοι τὸ ξίφος αὐτό*, quae est etiam apud Eustathium p. 809, 15, cum idem p. 92, 11 vulgatam tueatur, recte G. Hermannus: Eodem redit vulgata, cuius haec

ΚΡ. τί δ' ἐκπροθυμεῖ τῶνδ' ἀπηλλάχθαι γάμων;
ΑΝ. συμφεύξομαι τῷδ' ἀθλιωτάτῳ πατρί.
ΚΡ. γενναιότης σοι, μωρία δ' ἔνεστί τις.
ΑΝ. καὶ ξυνθανοῦμαί γ', ὡς μάθῃς περαιτέρω.
ΚΡ. ἴθ', οὐ φονεύσεις παῖδ' ἐμόν, λίπε χθόνα.
ΟΙ. ὦ θύγατερ, αἰνῶ μέν σε τῆς προθυμίας.
ΑΝ. ἀλλ' εἰ γαμοίμην, σὺ δὲ μόνος φεύγοις, πάτερ;
ΟΙ. μέν' εὐτυχοῦσα, τἄμ' ἐγὼ στέρξω κακά.
ΑΝ. καὶ τίς σε τυφλὸν ὄντα θεραπεύσει, πάτερ;
ΟΙ. πεσὼν ὅπου μοι μοῖρα κείσομαι πέδῳ.
ΑΝ. ὁ δ' Οἰδίπους ποῦ καὶ τὰ κλείν' αἰνίγματα;
ΟΙ. ὄλωλ'· ἓν ἦμάρ μ' ὤλβισ', ἓν δ' ἀπώλεσεν.
ΑΝ. οὔκουν μετασχεῖν κἀμὲ δεῖ τῶν σῶν κακῶν;
ΟΙ. αἰσχρὰ φυγὴ θυγατρὶ σὺν τυφλῷ πατρί.
ΑΝ. οὐ σωφρονούσῃ γ', ἀλλὰ γενναίᾳ, πάτερ.

sententia est: 'Testor ferrum et per quem iuro ensem'.

V. 1680. *μωρία δ' ἔνεστί τις*] Recte dixit G. Hermannus hic τὶς magis augere, quam minuere.

V. 1682. *λίπε χθόνα*] Quod Valckenarius et Porsonus de coniectura, G. Hermannus e Flor. 10 recepit *λεῖπε*, minus aptum ad hunc locum est. Nam *λίπε* ad praesentem actionem momento temporis absolutam, non ad durantem statum pertinet. — De sententia dici debet, facile Creontem consilium mutare. Sed universa haec altercatio Euripidis artem non prae se fert.

V. 1683. *ὦ θύγατερ, αἰνῶ μέν σε κτἑ.*] *Ὦ θύγατερ, ἐπαινῶ μέν σε ἕνεκα τῆς προθυμίας, οὐ θέλω δὲ σὲ τοῦτο ποιῆσαι· τοῦτο γὰρ συνυπακούεται.* SCHOL. Sic *αἰνεῖν*, *ἐπαινεῖν* aliis locis continet nihil aliud nisi deprecationem. Hinc fit, ut Antigona inferat: *ἀλλ' εἰ γαμοίμην.*

V. 1684. *ἀλλ' εἰ . . φεύγοις, πάτερ;*] I. e. 'At quid, si ego nubam, tu vero solus exules? Unde victum et cultum habebis?'

V. 1685. *τἄμ' ἐγὼ στέρξω κακά*] Cfr. Iph. T. 687 *εὔφημα φώνει· τἀμὰ δεῖ φέρειν ἐμέ.*

V. 1688. *ὁ δ' Οἰδίπους ποῦ καὶ τὰ κλείν' αἰνίγματα;*] Hanc orationem ad excitandum Oedipi animum maxime idoneam fuisse iam Plutarch. Moral. Tom. II p. 72 C agnovit. Vide quem praeterea comparavit Herc. v. 1414 *ὁ κλεινὸς Ἡρακλῆς ποῦ κεῖνος ὤν;* et Suppl. 127 *Τὸ δ' Ἄργος ὑμῖν ποῦ 'στίν; ἢ κόμποι μάτην;* tum Senecae Phoeniss. v. 77 sq. *Sed flecte mentem: pectus antiquum advoca, victasque magno robore aerumnas doma.*

V. 1689. *ἓν ἦμάρ μ' ὤλβισ', ἓν δ' ἀπώλεσεν*] Similitudines ex utroque sermone multas attulerunt interpretes, in his Sosiphanis fragm. 3 *Βροτοί, τί σεμνύνεσθε ταῖς ἐξουσίαις, Ἃς ἕν τ' ἔδωκε φέγγος, ἕν τ' ἀφείλετο* et Ovidi Fast. II 235 sq. *Una dies Fabios ad bellum miserat omnes, Ad bellum missos perdidit una dies.*

V. 1691. Cfr. Soph. O. C. 747 *τὴν* (Antigonam) *ἐγὼ τάλας οὐκ ἄν ποτ' ἐς τοσοῦτον αἰκίας πεσεῖν ἔδοξ', ὅσον πέπτωκεν ἥδε δύσμορος ἀεί σε κηδεύουσα καὶ τὸ σὸν κάρα πτωχῷ διαίτῃ, τηλικοῦτος, οὐ γάμων ἔμπειρος, ἀλλὰ τοὐπιόντος ἁρπάσαι.*

V. 1692. *οὐκ αἰσχρὰ ἡ φυγὴ τῇ σωφρονούσῃ, ἀλλὰ καὶ γεν-*

ΟΙ. προσάγαγέ νύν με, μητρὸς ὡς ψαύσω σέθεν.
ΑΝ. ἰδού, γεραιᾶς φιλτάτης ψαῦσον χερί.
ΟΙ. ὦ μῆτερ, ὦ ξυνάορ' ἀθλιωτάτη.
ΑΝ. οἰκτρὰ πρόκειται, πάντ' ἔχουσ' ὁμοῦ κακά.
ΟΙ. Ἐτεοκλέους δὲ πτῶμα Πολυνείκους τε ποῦ;
ΑΝ. τώδ' ἐκτάδην σοι κεῖσθον ἀλλήλοιν πέλας.
ΟΙ. πρόσθες τυφλὴν χεῖρ' ἐπὶ πρόσωπα δυστυχῆ.
ΑΝ. ἰδού, θανόντων σῶν τέκνων ἅπτου χερί.
ΟΙ. ὦ φίλα πεσήματ' ἄθλι' ἀθλίου πατρός.
ΑΝ. ὦ φίλτατον δῆτ' ὄνομα Πολυνείκους ἐμοί.
ΟΙ. νῦν χρησμός, ὦ παῖ, Λοξίου περαίνεται.
ΑΝ. ὁ ποῖος; ἀλλ' ἦ πρὸς κακοῖς ἐρεῖς κακά;
ΟΙ. ἐν ταῖς Ἀθήναις κατθανεῖν μ' ἀλώμενον.
ΑΝ. ποῦ; τίς σε πύργος Ἀτθίδος προσδέξεται;
ΟΙ. ἱερὸς Κολωνός, δώμαθ' ἱππίου θεοῦ.
ἀλλ' εἶα, τυφλῷ τῷδ' ὑπηρέτει πατρί,
ἐπεὶ προθυμεῖ τῆσδε κοινοῦσθαι φυγῆς.
ΑΝ. ἴθ' εἰς φυγὰν τάλαιναν· ὄρεγε χέρα φίλαν,
πάτερ γεραιέ, πομπίμαν
ἔχων ἔμ' ὥστε ναυσίπομπον αὔραν.
ΟΙ. ἰδοὺ πορεύομαι, τέκνον,
σύ μοι ποδαγὸς ἀθλία γενοῦ.

ναία ἡ τοιαύτη φυγή ἐστι. SCHOL.

V. 1699. Liber L *χέρ'* exhibet.

V. 1702. Hartungius *ὄμμα* pro *ὄνομα* posuit.

V. 1704. *ὁ ποῖος;*] Cfr. Krueg. I 50, 47. — De *ἀλλ' ἦ* particulis vide me ad Devarium Vol. II p. 51 sq.

V. 1706. *τίς σε πύργος· ἀντὶ τοῦ πόλις· τετράπολις γὰρ ἡ Ἀττική.* SCHOL.

V. 1707. *δώμαθ' ἱππίου θεοῦ*] Multo rectius *δώμαθ'* legas, quam *δῶμά θ'*. Nihil enim caussae erat, quamobrem copulam adiceres: multum autem confert pluralis *δώματα* ad amplificandam poetae orationem. De loco cfr. Soph. O. C. 54 *χῶρος μὲν ἱερὸς πᾶς ὅδ' ἔστ'· ἔχει δέ νιν σεμνὸς Ποσειδῶν κτέ.* et argumentum illius fabulae, in quo haec sunt: *ἐπὶ δὲ τῷ λεγομένῳ ἱππίῳ Κωλωνῷ τὸ δρᾶμα κεῖται· ἔστι γὰρ καὶ ἕτερος Κολωνὸς ἀγοραῖος πρὸς τῷ Εὐρυσακείῳ κτέ.*

V. 1710 sqq. Hoc quoque carmen, quod varie constitutum est a viris doctis (cfr. G. Hermanni Elem. doctr. metr. p. 761 et eiusd. Epit. doctr. metr. p. 295), ita comparatum est, ut, si iustam metrorum inter se responsionem instituere velis, plura, quam hodie nobis licet, mutanda esse videantur. Quamobrem hic quoque contra librorum auctoritatem plura mutare non sum ausus.

V. 1714 sq. G. Hermannus exaequans haec omnia de coniectura sua edidit: *Ἰδού, πορεύομαι, τέκνον. Σὺ δή, σύ μοι Ποδαγὸς ἀθλία γενοῦ.*

V. 1715. *σύ μοι ποδαγὸς ἀθλία γενοῦ*] Aptissima plurimorum

ΑΝ. γενόμεθα γενόμεθ' ἄθλιοί
γε δῆτα Θηβαιᾶν μάλιστα παρθένων.
ΟΙ. πόθι γεραιὸν ἴχνος τίθημι;
βάκτρα πρόσφερ', ὦ τέκνον.
ΑΝ. τᾷδε τᾷδε βᾶθί μοι,
τᾷδε τᾷδε πόδα τίθει
ὥστ' ὄνειρον ἰσχύν.
ἰὼ ἰὼ τῶν δυστυχεστάτας φυγὰς
ἐλαυνόντων γέροντά μ' ἐκ πάτρας.
ἰὼ ἰώ, δεινὰ δείν' ἐγὼ τλάς.
ΑΝ. τί τλάς; τί τλάς; οὐχ ὁρᾷ Δίκα κακούς,

librorum atque editionum vett. scriptura *ἀθλία* propterea est, quod sic Oedipus filiam deplorat, quod non meliorem sortem ipsa nanciscatur. Id illi, qui prouti vel *μοι* vel *μου* legebant, *ἀθλίῳ* vel *ἀθλίου* iam antiquo tempore substitui voluerunt, non satis recte considerasse videntur.

V. 1716. *ἄθλιοί*] Sic constantem Graecae linguae usum spectans scribendum coniecit Porsonus pro vulgato *ἄθλιαί*. Cfr. Krueg. I 43, 1, 3. Non officere huic masculino quod sequitur *Θηβαιᾶν μάλιστα παρθένων* idem Porson. et Schaeferus allatis ex utroque sermone exemplis evicerunt; cfr. Matth. § 459 I p. 856 ed. II.

V. 1722. *ὥστ' ὄνειρον ἰσχύν*] Libri: *ὥστ' ὄνειρον ἰσχὺν ἔχων*. Delevi *ἔχων*, ut manifestam interpretationem. Ipse pes vocatur *ἰσχὺς ὥστ' ὄνειρος*. Sic v. 1748 vulgo additum *ἔχουσα* omittunt codices. G. HERM. Recte, nisi quod pes est *ὥστε ὄνειρος ἰσχύν*, 'quasi somnium quod ad vim attinet'. Cfr. v. 1545. Herwerdenus *ὥστ' ὄνειρον . . ἔχων* explicationem habet eorum quae scripserit poeta *ἰσόνειρον ἰσχύν* (haec si vera essent, ego praeferrem *ἀντόνειρον ἰσχύν*).

V. 1723. *τῶν δυστυχεστάτας φυγὰς ἐλαυνόντων*] Sic scripsi. Sensus est: 'vae eis qui in miserrimum exilium senem me ex patria eiciunt'. Dicitur *φυγὴν ἐλαύνειν* eadem ratione qua *ὁδὸν πέμπειν, ὁδὸν φανῆναι*. De gen. *τῶν ἐλαυνόντων* ab *ἰὼ* apto cfr. Krueg. I 47, 3, 2. De *γέροντά με* sine articulo posito cfr. ib. II 50, 7, 4. Libri *τῶν* omittunt; pro *φυγὰς* codices ABF *φυγᾶς*, pro *ἐλαυνόντων* libri plerique *ἐλαύνων τὸν* exhibent, aliquot *ἐλαύνει τὸν* ex manifesta correctione sensum captante natum, ut nefas sit huic scripturae emendationem superstruere, quod fecit Nauckius *Κρέων ἐλαύνει* coniciens.

V. 1726. *τί τλάς: τί, φησίν, ἀεὶ λέγεις ὅτι δεινὰ τλάς; εἰ γὰρ καὶ συνεχῶς αὐτὸ λέγεις, ὅμως ἡ Δίκη τοὺς κακοὺς οὐχ ὁρᾷ οὐδὲ μετέρχεται αὐτῶν τὰς ἀσεβείας καὶ ἀσυνεσίας.* SCHOL. Non minus haec explicatio contorta est quam ipsa quaestio *τί τλάς*, quae natura sua refutantis est et refutando consolantis eum, qui se gravia passum putet, cum multo graviora homini possint accidere. Id patet quam alienum sit ab hoc loco, ubi eo miseriorem dici Oedipum oportebat quod impuniti manerent improbi a quibus ei iniuria fieret. Id faceret, si diceret *τάλας, τάλας*. Sed hoc non est credibile in *τί τλάς, τί τλάς* mutatum fuisse. Ea causa *ἔτλας, ἔτλας* scripsi. G. HERMANNUS.

οὐδ' ἀμείβεται βροτῶν ἀσυνεσίας.
ΟΙ. ὅδ' εἰμὶ μοῦσαν ὃς ἐπὶ καλ-
λίνικον οὐράνιον ἔβαν
παρθένου κόρας αἴ-
νιγμ' ἀσύνετον εὑρών.
ΑΝ. Σφιγγὸς ἀναφέρεις ὄνειδος.
ἄπαγε τὰ πάρος εὐτυχήματ' αὐδῶν.
τάδε σ' ἐπέμενε μέλεα πάθεα,
φυγάδα πατρίδος ἄπο γενόμενον,
ὦ πάτερ, θανεῖν που.
ποθεινὰ δάκρυα παρὰ φίλαισι παρθένοις
λιποῦσ' ἄπειμι πατρίδος ἀποπρὸ γαίας
ἀπαρθένευτ' ἀλωμένα.
φεῦ τὸ χρήσιμον φρενῶν
εἰς πατρός γε συμφορὰς
εὐκλεᾶ με θήσει·
τάλαιν' ἐγὼ συγγόνου θ' ὑβρισμάτων,
ὃς ἐκ δόμων νέκυς ἄθαπτος οἴχεται
μέλεος ὤν, εἴ με καὶ θανεῖν, πάτερ, χρεών,
σκότια γᾷ καλύψω.

V. 1727. Probabiliter Heimsoethius βροτῶν ἀνοίας.

V. 1728. μοῦσα καλλίνικος οὐράνιος dicitur κλέος καλῆς νίκης οὐρανόμηκες (κλέος οὐρανῷ στηρίζον, ut est in Bacch. v. 972), ut sensus sit: 'is sum qui gloria praeclarae victoriae sidera feriam'.

V. 1732. Σφιγγὸς ἀναφέρεις ὄνειδος] Τὸ ὄνειδος ἀντὶ τοῦ κλέος, τῆς Σφιγγός, οὐχ ὃ εἶχεν ἡ Σφίγξ, ἀλλ' ὃ ἔλαβεν αὐτὸς διὰ τὴν Σφίγγα. SCHOL. Vide quae supra ad v. 821 dicta sunt.

V. 1733. ἄπαγε] Videtur huc pertinere glossa Hesychi: Ἄπαγε· παῦσαι. Ad sententiam enim ἄπαγε cum participio constructum est, quasi παῦσαι scriptum esset.

V. 1737. ποθεινὰ δάκρυα] I. e. 'lacrimas desiderio mei obortas'. Quia ipsa desideratur (ποθεινή ἐστιν cfr. v. 320), lacrimas relinquit. Ita epitheton translatum est ab homine.

V. 1739. ἀπαρθένευτ'] 'Praeter morem virginis'. De accusativo neutri pro adverbio posito supra explicavimus ad v. 310 sq.

V. 1740—1747 bene post v. 1757 transponit Schoenius.

V. 1743 sq. τάλαιν' ἐγὼ συγγόνου θ' ὑβρισμάτων, ὃς κτἑ.] In his ego librorum scripturam servavi. E Musgravi coniectura edidit G. Hermannus τάλαιν' ἐγὼ σοῦ συγγόνου θ' ὑβρισμάτων, quod scholiasta explicaret: Ἀθλία εἰμὶ ἕνεκα τῶν σῶν κακῶν καὶ τῶν τοῦ ἀδελφοῦ Πολυνείκους ὕβρεων. Potuit id etiam esse: τάλαιν' ἐγὼ σῶν συγγόνου θ' ὑβρ., ut iam A. Matthiaeus vidit. Magis etiam apta sententia ex Naucki coniectura τάλαιν' ἐμῶν συγγόνου θ' ὑβρισμάτων.

V. 1744. ὃς ἐκ δόμων] Comparavit Valckenarius Alc. 767 ἣ δ' ἐκ δόμων βέβηκε et Bacch. 1313 νῦν δ' ἐκ δόμων ἄτιμος ἐκβεβλήσομαι.

V. 1746. σκότια] Sic G. Her-

ΟΙ. πρὸς ἥλικας φάνηθι σάς.
ΑΝ. ἅλις ὀδυρμάτων ἐμῶν.
ΟΙ. σὺ δ' ἀμφὶ βωμίους λιτάς.
ΑΝ. κόρον ἔχουσ' ἐμῶν κακῶν.
ΟΙ. ἴθ' ἀλλὰ Βρόμιος ἵνα τε ση-
κὸς ἄβατος ὄρεσι μαινάδων.
ΑΝ. Καδμείαν ᾧ
νεβρίδα στολιδωσαμένα ποτ' ἐγὼ
Σεμέλας θίασον
ἱερὸν ὄρεσιν ἀνεχόρευσα,
χάριν ἀχάριτον εἰς θεοὺς διδοῦσα;
ΟΙ. ὦ πάτρας κλεινῆς πολῖται, λεύσσετ', Οἰδίπους ὅδε,

mannus: σκοτίᾳ libri. Cfr. v. 336. Nauckius conicit σκότῳ γᾶς.

V. 1747. πρὸς ἥλικας φάνηθι σάς] I. e. 'ut eis valedicas'. Mirum tamen est haec loqui Oedipodem post ea quae in v. 1708 sq. dixit. Hanc ob rem omnes qui sequuntur versus ab hac fabula alienos iudicat Hartungius. Vide ad v. 1539.

V. 1748. ἅλις ὀδυρμάτων ἐμῶν] Praecepit Aristoteles Eth. Nicom. X 11 εἰς τὰς ἀτυχίας καλεῖν τοὺς φίλους ὀκνοῦντα. μεταδιδόναι γὰρ ὡς ἥκιστα δεῖ τῶν κακῶν, ὅθεν τὸ Ἅλις ἐγὼ δυστυχῶ. VALCK.

V. 1749. Scholiasta annotat: ἀπὸ κοινοῦ τὸ 'φάνηθι', ἵνα ἱκετεύσῃς τοὺς θεοὺς λῆξιν δοῦναι τῶν κακῶν καὶ εὐμενεῖς πρὸς τὰ λοιπὰ γενέσθαι, παραπέμψαντας ἡμᾶς εἰς Ἀθήνας. Sed scribendum videtur σοῦ δ' cl. Hesychi gl. σοῦ· ἴθι, τρέχε, ὅρμα. Ceterum memorabilis breviloquentia; nam ἀμφὶ βωμίους λιτὰς (φάνηθι) dicitur, quia sensus est: ἀμφὶ βωμοὺς πρὸς λιτὰς φάνηθι (ἴθι). Speciose Herwerdenus σὺ δ' ἀμφιβωμίους λιτὰς — ἴαλλε, Βρόμιος κτἑ. (v. 1751).

V. 1750. κόρον ἔχουσι scil. οἱ βωμοί, quod ex βωμίους subauditur. Cfr. Krueg. II 43, 3, 7.

V. 1751. σηκὸς ἄβατος] Ὁ τάφος τῆς Σεμέλης ὅπου ἐστὶν ἐν Κιθαιρῶνι. SCHOL. Cfr. Bacch. 10 αἰνῶ δὲ Κάδμον, ἄβατον ὃς πέδον τόδε τίθησι θυγατρὸς σηκόν, Paus. IX 12, 3 θαλάμων δὲ ἀποφαίνουσι (scil. Thebani in arce) τοῦ μὲν Ἁρμονίας ἐρείπια καὶ ὃν Σεμέλης φασὶν εἶναι· τοῦτον δὲ καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι ἄβατον φυλάσσουσιν ἀνθρώποις. Mirum est id bidental hoc loco in Cithaerone poni.

V. 1753. ᾧ, nisi οὗ (ubi) scripsit Euripides, ad Βρόμιος referendum, ut sit 'cuius gratia'. Scholiasta annotat: τούτῳ μὲ κελεύεις χορεῦσαι, ᾧ ποτε ἀνεχόρευσα ἐγὼ Καδμείαν νεβρίδα στολισαμένη, κατὰ τὸν ἐν ὄρεσι θίασον τῆς Σεμέλης; ἀλλ' ὅμως χάριν οὐκ ἐδεξάμην ἀνθ' ὧν ἐχόρευσα.

V. 1755. Metri causa Porsonus θίασον Σεμέλας ἱερὸν, Hermannus Σεμέλας ἱερὸν θίασον posuit.

V. 1757. χάριν ἀχάριτον] Sic ter Aeschylus χάριν ἄχαριν, tum Euripides Iph. Taur. 566 κακῆς γυναικὸς χάριν 'ἄχαριν ἀπώλετο.

Ibid. εἰς θεοὺς διδοῦσα] Cfr. Bacch. 421 ἴσα δ' εἴς τε τὸν ὄλβιον τόν τε χείρονα δῶκ' ἔχειν οἴνου τέρψιν ἄλυπον, Hcl. 1425 ἣν σὴν εἰς ἔμ' εὔνοιαν διδῷς.

V. 1758. κλεινῆς] Sic recentes aliquot libri, veteres κλεινοί. — Hunc et proximum versum Valckenarius ex Soph. Oed. R. 1524

ὃς τὰ κλείν' αἰνίγματ' ἔγνω καὶ μέγιστος ἦν ἀνήρ,
ὃς μόνος Σφιγγὸς κατέσχον τῆς μιαιφόνου κράτη,
νῦν ἄτιμος αὐτὸς οἰκτρὸς ἐξελαύνομαι χθονός.
ἀλλὰ γὰρ τί ταῦτα θρηνῶ καὶ μάτην ὀδύρομαι;
τὰς γὰρ ἐκ θεῶν ἀνάγκας θνητὸν ὄντα δεῖ φέρειν.

ΧΟ. ὦ μέγα σεμνὴ Νίκη, τὸν ἐμὸν
βίοτον κατέχοις
καὶ μὴ λήγοις στεφανοῦσα.

illatos putabat. Alii unum v. 1759 expungunt, in quo tertia verbi persona offendit, cum prima *κατέσχον* sequatur. Vide ad v. 1539.

V. 1761. *αὐτός* quia nihil adsit cui sit oppositum metricorum supplementum iudicavit G. Hermannus et e levi recentium librorum indicio edidit *νῦν ἄτιμος οἰκτρὸς οἰκτρῶς ἐξ. χθονός*. Nauckius *αὔτως* proponit. At *αὐτός* defendi potest ipso sensu dicentis, qui hoc enuntiat: 'qui aliis praesidio fui, nunc ipse inops sum'. — Notanda similitudo v. 627.

V. 1763. Cfr. Soph. fragm. 523 *χρεὼν τὰ θεῖα θνητοὺς ὄντας εὐπετῶς φέρειν*, Eur. Med. 1018 *κούφως φέρειν χρὴ θνητὸν ὄντα συμφοράς*.

V. 1764 sqq. *ὦ μέγα σεμνὴ κτέ.*] Lucianus in Piscatore § 39 *προσεκύνησα τήν γε πρώτην, μᾶλλον δὲ τραγικώτερον αὐτὸ ποιήσειν μοι δοκῶ, σεμνότερον γάρ — 'ὦ μέγα σεμνὴ Νίκη, τὸν ἐμὸν βίοτον κατέχοις καὶ μὴ λήγοις στεφανοῦσα'*. Eandem clausulam habent Orestes et Iphigenia Taurica. Vide annotationem ad Med. v. 1415 sqq.

BIBLIOTHECA GRAECA

VIRORUM DOCTORUM OPERA

RECOGNITA ET COMMENTARIIS INSTRUCT

CURANTIBUS

FR. JACOBS ET VAL. CHR. FR. ROST.

LIPSIAE IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

Bedeutend ermässigte Preise.

Erschienen sind bis jetzt: M. P

Aeschinis in Ctesiphontem oratio recensuit explicavit *A. Weidner* . 3.6
Aeschyli Agamemno, illustr. *R.H.Klausen.* Ed. II. ed. *R. Enger.* 8. mai. 1863 3.7
Aristophanis Nubes. Ed. illustr. praef. est *W. S. Teuffel.* Ed. II. 8. mai. 1863 1.2
Delectus epigrammatum Graecorum, novo ordine conc. et comment. instr. *Fr. Jacobs.* 8. mai. 1826 . . . . 1.8
Demosthenis conciones, rec. et explic. *H. Sauppe.* Sect. I. (cont. Philipp. I. et Olynthiacae I.—III.) Ed. II. 8. mai. 1845 . . . 1.-
Euripidis tragoediae, ed. *Pflugk* et *Klotz.* Vol. I., II. et III. Sect. I.—III. 14.7

Einzeln:

Vol. I. Sect. 1. Medea. Ed. III. 1.8
„ I. „ 2. Hecuba. Ed. III., quam curavit *N. Wecklein* 1.2
„ I. „ 3. Andromacha. Ed. II. 1.2
„ I. „ 4. Heraclidae. Ed. II. 1.2
„ II. „ 1. Helena. Ed. II. 1.2
„ II. „ 2. Alcestis. Ed. II. 1.2
„ II. „ 3. Hercules furens. Ed. II., quam cur. *N. Wecklein* 1.8
„ II. „ 4. Phoenissae 1.8
„ III. „ 1. Orestes 1.2
„ III. „ 2. Iphigenia Taurica 1.2
„ III. „ 3. Iphigenia quae est Aulide 1.2

Hesiodi carmina, recens. et illustr. *C. Goettling.* Ed. tertia quam curavit I. Flach 1878. . . . . 6.6

Hierzu:

Glossen und **Scholien** zur Hesiodischen Theogonie mit Prolegomena. Von Dr. Hans Flach. gr. 8. geh. 8.-
Homeri Ilias, varietat. lect. adi. *Spitzner.* Sect. I.—IV. 8. mai. 1832—36 4.5

Einzeln:

Sect. I. lib. 1— 6 . . . . —.9
„ II. „ 7—12 . . . . —.9
„ III. „ 13—18 . . . . 1.3
„ IV. „ 19—24 . . . . 1.3

Lysiae et **Aeschinis** orationes selectae, ed. *I. H. Bremi.* 8. mai. 1826 1.5
Pindari carmina cum deperditarum fragm., variet. lect. adi. et comment. illustr. *L. Dissen.* Ed. II. cur. *Schneidewin.* Vol. I. 1843. 3.9
——— Vol. II. Sect. I. II. (Comment. in Olymp. et Pyth.) 1846. 47. (à 1 Mk. 50 Pf.) 3.-
Platonis opera omnia, recensuit, prolegomenis et commentariis instruxit *G. Stallbaum.* X voll. (21. Sectiones). 8. mai. 1836—61.

Vol. I. Sect. 1. Apologia Socratis et Crito. Ed. V. ed. *Wohlrab* 2.4
„ I. „ 2. Phaedo. Ed. V. cur. *Wohlrab.* 1875. . . 2.7
„ I. „ 3. Symposium c. ind. Ed. III. 1852. [Vergr.] 2.2
„ II. „ 1. Gorgias. Ed. III. 1861 . . . . 2.4
„ II. „ 2. Protagoras c. ind. Ed. III. ed. Kroschel. 1865 1

M. Pf.

Platonis opera omnia, recensuit, prolegomenis et commentariis instruxit *G. Stallbaum*. X voll. (21 Sectiones.) 8. mai. 1836—61.

Vol. III. Sect.		Politia sive de republica libri decem. 2 voll. Ed. II.	7.50
„ III. „	1.	Politia lib. I.—V. 1858. [Vergr.]	4.20
„ III. „	2.	lib. VI.—X. 1859. [Vergr.]	3.30
„ IV. „	1.	Phaedrus. Ed. II. 1857	2.40
„ IV. „	2.	Menexenus, Lysis, Hippias uterque, Io. Ed. II. 1857	2.70
„ V. „	1.	Laches, Charmides, Alcibiades I. II. Ed. II. 1857	2.70
„ V. „	2.	Cratylus cum. ind. 1835	2.70
„ VI. „	1.	Euthydemus. 1836	2.10
„ VI. „	2.	Meno et Euthyphro itemque incerti scriptoris Theages, Erastae, Hipparchus 1836. [Vergr.]	4.20
„ VII. „		Timaeus et Critias. 1838. [Vergriffen.]	5.40
„ VIII. „	1.	Theaetetus. Ed. II. rec. *Wohlrab*. 1869.	3.—
„ VIII. „	2.	Sophista. 1840	2.70
„ IX. „	1.	Politicus et incerti auctoris Minos. 1841	2.70
„ IX. „	2.	Philebus. 1842	2.70
„ X. „	1.	Leges. Vol. I. lib. I.—IV. 1858.	3.60
„ X. „	2.	lib. V.—VIII. 1859.	3.60
„ X. „	3.	lib. IX.—XII. et Epinomis. 1860.	3.60

Sophoclis tragoediae, rec. et explan. *E. Wunderus*. 2 voll. 8. mai. 1847—1875 . . . 9.60

Einzeln:

Vol. I. Sect.	1.	Philoctetes. Ed. IV. ed. *Wecklein*.	1.50
„ I. „	2.	Oedipus rex. Ed. V. ed. *Wecklein*	1.50
„ I. „	3.	Oedipus Coloneus. Ed. III.	1.80
„ I. „	4.	Antigona. Ed. V. ed. *Wecklein*	1.50
„ II. „	1.	Electra. Ed. III.	1.20
„ II. „	2.	Aiax. Ed. III.	1.20
„ II. „	3.	Trachiniae. Ed. II.	1.20

Thucydidis de bello Peloponnesiaco libri VIII., explan. *E. F. Poppo*. 4 voll. 8. mai. 1843—1875.

Einzeln:

Vol. I. Sect.	1.	Lib. I.	Ed. II.	3.—
„ I. „	2.	„ II.	Ed. II.	2.25
„ II. „	1.	„ III.	Ed. II. ed. *J. M. Stahl*	2.40
„ II. „	2.	„ IV.	Ed. II. ed. *J. M. Stahl*	2.70
„ III. „	1.	„ V.	Ed. II. ed. *J. M. Stahl*	2.40
„ III. „	2.	„ VI.	Ed. II. ed. *J. M. Stahl*	2.40
„ IV. „	1.	„ VII.		1.50
„ IV. „	2.	„ VIII.		1.50

Xenophontis Cyropaedia, comment. instr. *F. A. Bornemann*. 8. mai. 1838. 1.50

——— Memorabilia (Commentarii), illustr. *R. Kühner*. 8. mai. 1858. Ed. II. . . . 2.70

——— Anabasis (expeditio Cyri min.), illustr. *R. Kühner*. 1852. . . . 3.60

Einzeln à 1 Mk. 80 Pf.

Sect. I. lib. I.—IV.

„ II. „ V.—VIII.

——— Oeconomicus, rec. et explan. *L. Breitenbach*. 8. mai. 1841. 1.50

——— Agesilaus ex ead. recens. 8. mai. 1843. . . . 1.20

——— Hiero ex ead. rec. 8. mai. 1844. . . . —.75

——— Hellenica, Sect. I. (lib. I. II.), ex ead. rec. Ed. II. 8. mai. 1880. 1.80

——— ——— Sect. II. (lib. III.—VII.), ex ead. rec. 8. mai. 1863. 4.80